

**Series II. — «ANALECTA OSBM» — Sectio III.
Серія II. — «ЗАПИСКИ ЧСВВ» — Секція III.**

LITTERAE EPISCOPORUM

HISTORIAM UCRAINAЕ ILLUSTRANTES

(1600 - 1900)

Vol. III: 1665-1690

PARAVIT, ADNOTAVIT EDITIONEMQUE CURAVIT

P. ATHANASIUS G. WELYKYJ OSBM

ROMAE 1974

PP. BASILIANI - VIA S. GIOSAFAT, 8 (PIAZZA S. PRISCA)

IN MEMORIAM EXC. D. JOANNIS BUCZKO, AEP.PI LEUCADENSIS

« ANALECTA ORDINIS S. BASILII MAGNI »

(Series II)

Ex Sectione I-ma - « OPERA »:

1. WOJNAR M., OSBM, *De regimine Basiliianorum Ruthenorum a Metropolita Josepho Velamin Rutskyj instauratorum, Romae 1949*, pp. XX - 218.
2. SOLOWIJ M., OSBM, *De reformatione liturgica Heraclii Lisowskyj* (1784-1809), Romae 1950, pp. XII - 128.
27. BLAŽEJOWSKYJ D., *De potestate Metropolitarum Kioviensium in clerum regularem* (1595-1805), ed. 2, Romae 1973, pag. 196.
28. ТРЕМБІЦЬКИЙ В., *Український Державний Гимн та українські патріотичні пісні*, Нью Йорк-Рим, 1973.

(sequitur)

Ex Sectione II-a : ANALECTA (periodica-miscel.)

Vol. I, fasc. 1, 2-3, 4: Romae 1949, 1950, 1953 (pp. 680)

Vol. II, fasc. 1-2, 3-4: Romae 1954, 1956 (pp. 578)

Vol. III, fasc. 1-2, 3-4: Romae 1958, 1960 (pp. 640)

Vol. IV, fasc. 1-2, 3-4: Romae 1963, 1963 (pp. 572)

Vol. V, fasc. 1-4: Romae 1967. XIV, 420 (reeditio ex s. I)

Vol. VI, fasc. 1-4: Romae 1967, (XVI, 608) (Josaphatiana)

Vol. VII, fasc. 1-4: Romae 1971 (pp. 572)

Vol. VIII, fasc. 1-4: Romae 1973 (pp. 400)

Vol. IX, fasc. 1-4: Romae 1974 (pp. 420)

(sequitur)

ANALECTA ORDINIS S. BASILII MAGNI

SECTIO III

Sectio III:

**DOCUMENTA ROMANA ECCLESIAE CATHOLICAE
IN TERRIS UCRAINAЕ ET BIELARUSJAE**
CURA PP. BASILIANORUM COLLECTA ET EDITA

**EPISTOLAE METROPOLITARUM, ARCHIEPISCOPORUM
ET EPISCOPORUM**

LITTERAE EPISCOPORUM
HISTORIAM UCRAINAЕ ILLUSTRANTES
vol. III: 1665-1690

COLLEGERUNT: ATHANASIUS G. WELYKYJ ET PORPHYRIUS B. PIDRUTCHNYJ
O. S. B. M.

**IN MEMORIAM EXC. D. JOANNIS BUCZKO, ARCHIEP.PI LEUCADEN.
(1891 - 1929 - 1974)**

R O M A E

**Series II. — «ANALECTA OSBM» — Sectio III.
Серія II. — «ЗАПИСКИ ЧСВВ» — Секція III.**

LITTERAE EPISCOPORUM

HISTORIAM UCRAINAE ILLUSTRANTES

(1600 - 1900)

Vol. III: 1665-1690

PARAVIT, ADNOTAVIT EDITIONEMQUE CURAVIT

P. ATHANASIUS G. WELYKYJ OSBM

ROMAE 1974

PP. BASILIANI - VIA S. GIOSAFAT, 8 (PIAZZA S. PRISCA)

IN MEMORIAM EXC. D. JOANNIS BUCZKO, AEP.PI LEUCADENSIS

IMPRIMI POTEST

Romae, e Curia Generali Ordinis Basiliani S.ti Josaphat die 15. XI. 1974.

P. PAULUS P. MYSKIW
Vicarius Generalis

IMPRIMATUR

Romae, e Vicariatu Urbis, die 10. XII. 1974.

+ ALOYSIUS ROVIGATTI
Archiep.pus Aquaviven., *Vicesgerens*



JOANNES BUCZKO, ARCHIEP.PUS LEUCADENSIS
VISITATOR APOSTOLICUS UCRAINORUM
(1891 - 1929 - 1947 - 1974)

1. X. 1891 — 21. IX. 1974

DOMINO . JOANNI . BUCZKO
ARCHIEPISCOPO . TITULARI . LEUCADENSI
VISITATORI . APOSTOLICO . UCRAINORUM
« ARCHIPASTORI . EXSULUM »
ORDINIS . BASILIANI . S. JOSAPHAT . FAUTORI
« ANALECTORUM . OSBM » . BENEFACTORI
IN . GRATAM . PERENNEMQUE
M E M O R I A M
DICANT

« ANALECTA OSBM »

PRAEFATIO

Tertium iam volumen « Litterarum Episcoporum historiam Ucrainae illustrantium » (1665-1690) in lucem prodit seriemque hanc per ulteriores 25 annos protrahit et complet imaginemque historicam illorum temporum perfectiorem reddit Studiosisque historiae Ecclesiae Ucrainae ad manus obiicitur, ut tempora praeterita melius illustrent et hominibus proponant cognoscenda.

Sunt sane tempora in historia nota ut tempora s. d. « ruinae » nationalis, socialis et ecclesiatis, quae ruinae programmatum et intentionum politicarum subsecuta sunt et in totam vitam nationis ucrainae et bielarussae influxum suum exercuerunt. Fere omnes eparchiae Ecclesiae Unitae huius temporis in terris Ucrainae et Bielarussiae in variis eventibus et etiam gloriosis partem suam habuerunt earumquae episcopi frequentibus de variis negotiis litteris tracabant etiam cum Sede Apostolica.

In primum locum episcopi Chelmenses et Mukačovienses in praesenti volumine notantur. Primum tamen locum occupat episcopus Chelmensis Jacobus Susza (1652 1687) cuius epistolae, ut plurimum ineditae proponuntur et fere quamdam editionem eiusdem litterarum constituunt, quod volumen cum praecedenti eiusdem episcopi « opera amnia » quasi efficiunt, saltem ea quae Romae asservantur.

Etsi coniunctio Ecclesiae Unitae tunc temporis cum Sede Apostolica ad eiusdem Ecclesiae pertinebat Metropolitam Kiovensem, Haliciensem totiusque Russiae et dein etiam ad Metropolitam Haliciensem (ab anno 1807), et Metropolitae ipsi hoc eorum officium, pro eorum posse et circumstantias temporum, fideliter explebant (cfr. Epistolae Metropolitarum Kiovensium) tamen vox et litterae Hierarchiae ruthenae ad plenam informationem multum contribuebant, ut notari possit etiam ex documentis nostri voluminis aliorumque, iungendo huic collectioni quoque alias Praelatos ecclesiasticos (Cardinales, Archiepiscopos, Praelatos minores).

Sic proposito volumine Documentorum Ecclesiae Unitae, liceat nobis etiam sequentia praeficere. Cum volumen tertium « Litterarum Episcoporum » Ecclesiae Unitae activitatem Episcoporum saeculi XVII bene illustret, praesertim magni illius Praesulis Chelmensis Jacobi Susza, opportunum et iustum nobis videbatur hoc nostrum opus collectorium memoriae pie functi Archiepiscopi Joannis Buczko, tit. Leucadensis dicare in memoriam, qui nostram Collectionem semper attente et benevole sequebatur et animum infundebat temporibus adversis. Imo, ipse fuit, qui annis 1953-1954, tum verbo tum

opere, editioni « Documentorum Pontificum Romanorum historiam Ucrainae illustrantium » velle et posse apposuit, occasione data VII centenarii a coronatione Regis Danielis revoluti, qua re sibi in nostra Collectione « Documentorum Ecclesiae Unitae in terris Ucrainae et Bielarusjae » perenne acquisivit meritum. Nunc vero decuit, ut ipsius memoriae et nos poneremus monumentum «aere perennius» nostrae aestimationis et gratitudinis, qui pro Ecclesia Ucraina per plus quam quadraginta annos laboravit tempore adverso, ab Unione Berestensi an. 1595 duratione munericis episcopalis tertius.

« ANALECTORUM OSBM » REDACTIO

Romae, die 20 octobris 1974.

INTRODUCTIO

Novum proponitur studiosis rerum Europae orientalis volumen « *Litterarum Episcoporum historiam Ucrainae illustrantium* », ordine tertium, quinque lustra comprehendens (1665-1690), quod periodum historiae Ucrainae comprehendit, quae s.d. « ruina » vocatur non solum rerum politicarum et socialium, sed etiam ecclesiasticarum, ad invicem stricte coniunctarum.

« Ruina » politica et socialis Ucrainae et Bielarusjae iam nobis in sua serie eventuum optime nota est. Res vero ecclesiasticae in eventibus internis Ecclesiae unitae manifestae sunt, praesertim ann. 1665-1667, 1671-1673, 1683-1686, in litibus scilicet et dissidiis inter hierarchas ad invicem et cum Religiosis; alia signa ruinosa referuntur ad conamina inania pacem et unionem ineundi inter Ecclesiam unitam et non unitam nec non difficillima tentamina uniendi episcopos Leopoliensem et Peremysliensem cum Ecclesia catholica et Sede Romana (1677-1682). Etiam in eparchia Mukačoviensi toto fere hoc tempore quaedam confusio viget in regimine et disciplina ecclesiastica, inter formam catholicam et non catholicam fluctuans. Omnes hi eventus considerari possunt, ut malum ecclesiasticum huius periodi.

In tota hac periodo eminet praesertim episcopus Chelmensis sua actione ad procurandam pacem et concordiam, cuius litterae plus quam quartam partem praesentis voluminis constituant; simile quod et litterae res Mukačovienses spectantes praeseferunt. Etiam res lamentabiles Eparchiae et Episcopi Peremysliensis non minorem habuerunt attentionem in Curia Romana.

Praeter litteras Cardinalium Curiae Romanae et Ecclesiae Catholicae in genere (numero 52), etiam praesenti volumini necessum erat quasdam litteras Nuntiorum Varsaviensium et Vindobonensium adiungere (n-ro 8), quae recentius inventae sunt, ne eorum vox pereat in hac periodo illustranda, si ad *Miscellanea remitterentur*. Ratione naturalis connexionis et melioris intelligentiae causa etiam quasdam litteras Praelatorum minorum praesenti volumini adiunximus.

Quod spectat ipsam formam editionis et solitas abbreviationes, Lectorem ad alia volumina nostrae Collectionis remittimus, quia nihil novi huic adiungere valeamus.

Tandem praesens volumen tertium « *Litterarum Episcoporum historiam Ucrainae illustrantium* » sanctae memoriae Archiepiscopo Leucadensi Joanni Buczko dicamus in memoriam, ut « monumentum aere perennius », ob

eius in historia Ecclesiae Ucraina momentum et pastoralem favorem ac benevolentiam quoad nostrum collectorium incepturn, quod ipse verbo et opere sustinuit, praesertim in editione « *Documentorum Pontificum Romanorum historiam Ucrainae illustrantium* » (1953-1954).

Ad maiorem Dei gloriam et hominum bene meritorum laudem!

P. ATHANASIUS G. WELYKYJ, OSBM

NOTA BIOGRAPHICA

DOMINUS JOANNES B U C Z K O

Archiep.pus tit. Leucaden., Visit. Apostolicus

Natus est die 1 octobris 1891 in Hermaniv, Ucraina occid.

Filius Gregorii et Agrippinae Buczko, agri cultorum.

Scholam elementarem in Hermaniv et studia media Leopoli absolutus est, in Gymnasio s. d. Academico.

Studiis philosophico-theologicis operam dabat Romae in universitate Gregoriana, in Collegio Rutheno degens.

Die 21 februarii 1915 ordinatus est sacerdos Romae, ab Ordinante Urbis L. Mladenov.

Anno 1922 lauream in S. Theologia Romae obtinuit et Rector Seminarii Minoris Leopoli devenit eiusque Instaurator.

Annis 1923-1928 fuit Professor S. Theologiae in Academia Leopolitana.

Die 17 martii 1929 nominatus ep. tit. Cadoëns et die 20 octobris 1929 consecratus ut Auxiliaris Leopolitanus, Romae, praesente universa Hierarchia ucraina.

Annis 1929-1939 erat Vicarius generalis et Visitator Archieparchiae Leopolitanae, in quo officio Congressum adunavit Leopoli sub invocatione « Iuventus Ucraina Catholica-Christo », Anno Sancto Redemptionis 1933 vertente.

Mense iulio 1939 missus est ut Visitator Apostolicus in regiones Brasiliae et Argentinae.

Annis 1941-1942 venit in Civitates Confoederatas Americae Septentrionalis, ubi erat Auxiliaris Episcopi Constantini Bohachevskyj et Vicarius generalis.

Anno 1942 rediit Romanu, ubi vixit in Pontificio Collegio S. Josaphat usque ad suam piam mortem an. 1974, exsul Patria.

Romae agebat Consultorem S. Congregationis pro Ecclesia Orientali et Ordinarem alumnorum ucrainorum in Urbe usque ad suum obitum, explendo alia munia Sedis Apostolicae suisque consiliis iuvando negotia Ecclesiae Ucrainae tempore bellico et postbellico.

Die 13 decembris 1947 nominatus est Visitator Apostolicus Ucrainorum Europei Occidentalis, qui in exsilio vivebant.

Anno vero 1953, die 27 aprilis, nominatus fuit Archiepiscopus tit. Leucadensis, Comes Romanus et Adsistens throno Pontificio.

Tempore sui officii Visitatoris Ucrainorum partem primariam habuit in celebratione Anni Sancti 1950, in celebratione VII Centenarii a Coronatione Regis Danielis de Halyč a Papa Innocentio IV (1953), et Millenii Ucrainae Christianae a baptimate principissae Kiovensis S. Olgae (1955), Seminarium Minus S. Josaphat in Loury in Gallia instauravit (1951), dein Romam transferre curavit ad sedem digniorem et aptiorem.

Annis 1960-1965 in praeparatione et celebratione Concilii Oecumenici Vaticani II partem activam habuit et renovationi post-conciliari in populo ucraino invigilabat.

Anno 1972 munus Visitatoris Apostolici ad manus Summi Pontificis deposuit et Visitator Ap. emeritus devenit; tandem die 2 julii 1974 successorem in hoc labore et munere obtinuit, quem et consecravit die 28 iulii 1974, et ipse cum Symone gratias agendo canebat: « Nunc dimittis servum Tuum, Domine... ».

Die ideo 21 septembbris 1974 pie et sancte in Domino requievit in pace aeterna, a suo successore adstitus et in sepulchrum depositus, adstante universa communitate romana ucraina.

Die 26 septembbris 1974 tandem a Hierarchia Ucraina in cripta ecclesiae S. Sophiae (via Boccea) Romae sollemnissime tumulatus est, adstante populo et clero, ubi exspectat resurrectionem mortuorum, quia anima eius iam coram Deo promerita mercede in Eius misericordia gaudet.

Archiepiscopus Joannes B u c z k o per longum tempus munus et servitium episcopale in Ecclesia exercuit et tertius hac sacra longaevitate in Ecclesia Ucraina hucusque consideri potest, inde ab Unione Berestensi an. 1595, solummodo a Metropolitis Josaphat Bulhak (1787-1838) et Andrea Szeptyckyj (1899-1944) superatus. Erat homo vere fortis et patiens spiritu; sacerdos pius, zelosus, hominumque salutis amans; episcopus exemplaris, providus, meritus et sanctus. Eminuit humilitate, assiduitate, labore et perseverantia.

Requiescat in pace Domini et memoria eius maneat perennis apud homines et in Ecclesia!

LITTERAE EPISCOPORUM
HISTORIAM UCRAINAE ILLUSTRANTES

Vol. III: 1665-1690

**LITTERAE EPISCOPORUM
HISTORIAM UCRAINAE ILLUSTRANTES
(1665-1690)**

1.

Varsavia, 20. I. 1665.

*Episcopus Chelmensis latinus Summo Pontifici supplicat pro retentione
bonorum et beneficiorum contra praetensiones Cleri Uniti.*

ASV, *Vescovi*, vol. 49, fol. 359r.

Sanctissime ac Beatissime Pater.

Paterna Sua Clementia Sanctitas Vestra alterum mihi prorogaverat
annum...

Tam Cathedralis, quam Dioecesanae meae ecclesiae, a suis primordiis, tenues habuerunt et habent proventus, qui nunc per hostiles, easque frequentes, in Dioecesim incursiones attriti, et nonnulli penitus extincti, manent. Proinde suppliciter obsecro, ut Sanctitas Vestra Ill.mo Domino Nuntio suo, in Regno Nostro commoranti, concedere dignetur facultatem dispensandi cum Clero Dioecesis meae super tenenda et possidenda beneficia, idque exhibito sibi prius a me super tenuitate testimonio. Satagit item Clerus Ritus Graeci, Sacrae R. Ecclesiae Unitus cum suis Vladicis per decisiones Sacrae Rotae Decimas ab ecclesiis meis latinis avellere, obventionesque earum nullo iure intercipere. Ut igitur circa iura et possessiones antiquas, ecclesiae meae latinae conserventur, supplices Sanctitati Vestrae defero preces. Deum pro felici incolumitate Sanctitatis Vestrae exoraturus, etc.

Sanctitatis Vestrae humillimus, devotissimus et obsequentissimus ser-
vus

Thomas Lezensky, ep. Chelmensis.

Die 20 Januarii, Anno 1665.

2.

Romae, 29. I. 1665.

*Jacobus Susza transmittit copiam alicuius informationis de Metropolia Kio-
viensi et petit, ut ipsi restituatur.*

APF, *Scritt. rif. n. Congreg.* (Fondo Vienna), vol. 18, fol. 247.

Ill.me et Rev.me Domine, Domine et Patrone Observandissime.

Informationem de Metropolia R.mo Polocensi conferenda, dedi Ill.mo Domino Albericio primum, deinde Eminentissimis duobus Cardinalibus, tum etiam nuper Vestrae Ill.mae Dominationi. Si pericrunt, quid faciendum? Copiam ex qua illas porrexii Vestrae Ill.mae D.ni mitto, orans, ut possim recipere. Insuper scripserunt omnes litteras ad Sanctissimum D. Nostrum Episcopi Nostri Rutheni, pro eodem in Metropoliam evehendo; quae debent esse in Secretaria Sacrae Congregationis de Propaganda. Item litteras ad ipsam Sacram Congregationem non modo nostri Episcopi, sed etiam Religiosi et varii scripsere Magnates. De quibus inquirere dignetur. Mea interim obsequia V. Ill.mae Dominationi defero. Ad Aedem SS.m Sergii et Bacchi, Januarij 29, 1665.

Ill.mae et R.mae Dominationis Vestrae in Christo servus

Jacobus Susza, Episcopus Chelmen. (mpp).

3.

Romae, 29. I. 1665.

Amplissima informatio Jacobi Susza de Metropolia Kiovieni, eiusque longa vacatione cum damno Unionis deque promotione ad eam Archiepiscopi Polocensis.

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni* (Fondo Vienna), vol. 18, f. 248-252v.

INFORMATIO DE METROPOLIA.

Metropolia ab anno 1654, Octob. 5, vacat. Nec procurabatur ab ullo Episcopo statim post mortem Antonii Sielawa, ultimi possessoris Metropoliae, ut eam apprehenderet. Idque propter invasionem Regni Poloniae, et M. Ducatus Lituaniae a Kosacis, Svecis, Rakocio, Moscho, qui Lituanię fere totam in possessione habebat sua; in qua unita separata est Dioecesis Metropolitana, ad Archiepiscopatum Metropolitanum Kiovensem pertinens. Redeunte post Serenissimo Rege in Polonię, anno 1655, sub Varsavia in Iulio accipit eius administrationem in temporalibus modernus R.mus Polocen., nec adiit eius possessionem, propter Moschum ipsam possidente, nisi anno 1658; idque in nonnullis bonis, in caeteris autem post annum. Eadem propter metum Cosacorum non dabatur ulli per privilegium Regium, et praesentationem SS.mo Domino N. per aliquot annos. Tandem idem D. Polocensis, ante tres circiter, aut quatuor annos, in Cancellaria M.D. Lituaniae, ne praescriptio aliqua, in non usu Metropoliae, a Schismaticis obiiceretur, in personam sui, a Rege Serenissimo obtinuit. Haec de Metropolia in quo statu sita sit.

Quam vero id malum sit, quod vacet, ex defectu Capitis in qualibet communitate colligi potest. Hinc enim primo disordo oritur internus, Episcopi ab Administratore, ut ab incerto Pastore, non possunt regi, et iudicari. Obedire etiam in bonis ei non tenentur, nec volunt. Ex quo in necessitatibus quoque Unionis induci non possunt ad ferendum in commune auxilium, nisi sponte sua in id ferantur. Archimandritae etiam nec religioso (f. 248v) Regimine, nec Administratoris stringi ad aliqua possunt. Insuper iure agere non potest de bonis ipsis et necessitatibus Metropoliae, non existens Metropolita, utpote cum sit incompetens actor. Quod est cum manifesto fructuum et bonorum Metropoliae dispendio. Denique multa inde inconvenientia oriuntur, et membra omnia Unionis non bene vadunt.

2do. - Ex vacante Sede Metropolitana oritur grande periculum, imo ipsa ruina Unionis. Archiepiscopus quippe Metropolitanus, de usu etiam in Schismate immemorabili (quem felicis recordationis Clemens VIII, anno 1595, confirmavit, et reassumpsit atque iterum confirmavit Paulus V, Pontifex Maximus, anno 1605) est Episcoporum consecrator, et Sacrae Collator, de quo infra latius. Cum ergo nunc desit Metropolitanus, morientibus Episcopis, periculum est ne Episcopatus deveniant in manus Schismaticorum. Sicut de facto nunc Episcopus noster Praemysliensis, in fine Februarii, mortuus est. Evidem est coadiutor per privilegium Principis, sed non consecratus. Et periculum est magnum, ne reliqua pars uniti Episcopatus occupetur. Cathedram enim Praemysliensem schismaticus per violentiam et bella moderna tenet. Noster autem defunctus in bonis quibusdam ecclesiam pro cathedra habuit, ubi Episcopalibus fungebatur officiis, et Synodos peragebat. Semper autem in motu et defensione tam iuridica, quam armata, suae possessionis fuit. Caeterum Coadiutori eius non consecrato, non tam facile erit defendere sua. Moraque ipsa, donec acquirat Consecrationem, Coadiutor debilitabitur, adversarius Schismaticus evadet fortior. Non potuit autem consecrari, existente adhuc nostro vivo Praemyslien., quia non est Metropolitanus consecrator.

Seniculus etiam Archiepiscopus Smolenscen. expulsus a Moschis, de gratia Serenissimi, vacante Episcopatu nostro Pinsensi, per mortem nostri etiam Episcopi immediati, Episcopatum habet Pinsensem, cum confirmatione Metropolitani (f. 249) defuncti, quia de suo Archiepiscopatu, a Moschis occupato, nec obulum ad sustentationem sui habuit. Is ergo Archiepiscopus habet coadiutorem per privilegium S.R. Maiestatis, non tamen consecratum. Idemque sequitur periculum post mortem eius, ne et Archiepiscopatus, et Episcopatus cedant Schismaticis. Et sic maxima sui parte paulatim caderet Unio.

Et sane vivat Serenissimus noster quam diutissime, quod ipsi, uti fideles subditi, millies optamus. Sed dato, ut e vivis cedat tamquam mor-

talis, existente interregno, summe periclitabitur Metropolia, et Episcopatus vacantes. Schismatici enim sunt plurimi nobiles. Cosacorum etiam illa pars, quae obediens est Ser.mo, potens est maxime. Ergo in novi regis electione, si Metropolia vacet, vel aliqui episcopatus, et obtruserint schismatici nobiles cum Cosacis, ad nullam se descensuros electionem, nisi vacantes sedes unitorum illis reddantur, tum quod per tot annos, ab Unione inchoata, per tot bellorum tempestates, per tot nostrum persecutiones, non poterant efficere, isto in tempore facile efficerent; seque-
returque sensim totius ruina Unionis.

Hoc autem iam probavimus, in interregno post Sigismundum III, in Vladislaviana electione, quo tempore etiamsi non vacaverit Metropolia, obtinuerunt Schismatici Archiepiscopatum Metropolitanum per legem, quem non habuerunt, et Cathedram Chioviensem, cum potiore parte bonorum nobis eripuerunt. Similiter Episcopatum Luceoriensem, et alias Cathedras et Monasteria. Hoc etiam modo tempore bellorum istorum eruptus fuerat Episcopatus Chelmensis, vacante etiam sede, et quaedam alia vacantia. Sane Deo propitio iterum Schismaticis (f. 249v) eruptus est Episcopatus Chelmen., alia autem loca etiamnum illi possident. Providendum igitur tam manifestis Unionis periculis. Nec negandus Metropolitanus, ut etiam aliae sedes facile conserventur. Quia alias, ut dixi, quod nequiverunt omnibus viribus suis Schismatici perficere, per non usum benefiorum Unionis, perficiunt.

Dari autem Metropolitanam, potissimum nunc, res ipsa persuadet, cum Schismatici miscentur, duos habentes Metropolitanos electos, nec utrique bene favent. Ipsi vero Cosaci passim dicere feruntur, de Vinnicio Episcopo Praemysliensi, Electorum altero,¹ eum esse presbyterorum tyrannum, ut de facto est; de altero Tukalscio, Episcopo Mscislaviensi,² eum esse antiquum (ut pace dixerim eorum verba) veteratorem, qui etiam in Rempublicam suspectus est perduellionis, et brevi Malborgi futurus est, ut mihi ex Patria scribitur. Et ex his causis ne utrum eorum Cosaci affectant.

Ut autem conferatur Metropolitanus Archiepiscopatus Domino Polocensi, non tam ipse iam instat, quam R.mi Episcopi, et alii concernentes. Ipse enim penitus se declaravit indifferenter; et quemcumque praebuit ad eum Archiepiscopatum obicem, in litteris suis deprecatur. Itaque postea-
quam inita est Concordia cum Domino Polocensi,³ consilia secum miscue-

¹ Antonius Wynnyckyj, Episcopus Peremysliensis non unitus (1650-1679), dein vero Metropolita Kiovensis unius factionis, ab anno 1663.

² Josephus Nelubovyč-Tukalskyj (1663-1675) et Episcopus Mstislaviensis (1661-1667).

³ «Concordia» cum Archiepiscopo Polocensi, Gabriele Kolenda, et aliis hierar-

runt Domini Episcopi et Religiosi, atque his fulti rationibus, consenserunt.

Primo, quia in Regno nostro semel datum alicui privilegium, et beneficium collatum, nisi sit, Regis et Reipub. perduellis, aut suis actionibus infirmet, vel evertat privilegium, idque nisi iuridice deducatur, (f. 250) nunquam adimitur. Cavetque Cancellaria, ne privilegium contra privilegium super aliquo benificio extradatur. Quia Cancellarii iurant super iura et consuetudines Patriae, ut Custodes eorum iurum, et consuetudinum.

Accedendo vero ad nostram Metropoliam, volente aliquo obtinere aliud privilegium, super Metropolia, etiam ipso Serenissimo permittente, nescitur quomodo posset aliquis adire Privilegium, et per illud Metropoliae possessionem. Non posset enim Cancellaria Regni Poloniae sola extradere; quia bona Metropoliae unitae non sunt in Regno, sed in Lituania. Et solum propter titulum conservandum Chioviensem, praeter Lituanicum apponitur aliud Sigillum Regni; utpote quod Chiovia ad Regnum pertinet, non ad ducatum Lituaniae. Non posset etiam Vicecancellarius M.D. Lituaniae extradere, quia Cancellaria una alteri, et iure et more introducto, non praejudicat, sed observat, ut privilegia contra privilegia non exeant. Et si exeant, illud potius quod prius. Cancellarius autem M.D. Lituaniae nulla ratione extradet, quia Domino Polocensi iam extradidit. Suamque praetensionem et autoritatem in extradito Privilegio constanter tuetur, et tuebitur, ob suum super iura Patriae et consuetudines iuramentum. Dominus etiam Polocen. non est ullo modo perduellis Reipublicae, nec quidquam tale egit in patriam, ut everteret suum privilegium. Et sic nostra Metropolia semper pendebit, cum periculo eius nobis eripiendae a Schismatis eo, quod non sit in usu.

Et dato aliquo casu, quem non putamus, ut aliis superinducatur Metropolitanus, (f. 250v) per obtentum quoquomodo Privilegium, possent sequi discordiae, et scissurae maiores, quam fuerunt, quod absit.

Deinde R.mus Polocen., quaecunque fuerunt dissidia, per suas amicabiles actiones, in Concordia cum Religione et Episcopis facta, abolevit. Eamque Concordiam servaturum se constanter promittit, uti discordiis praeteritis bene in rebus edoctus, et recollectus. Antequam porro Metropolitanum Archiepiscopatum adeat, modus praescribendus, ne in posterum cum Religione sint discordiae. Cui etiam, in Synodo, quam petunt omnes (de qua alibi), occurretur. Sperant etiam, imo ferme palpant Religiosi,

chis et Religiosis Basilianis inita fuit anno 1663 in novembri; de eius tenore cfr. *Litterae Episcoporum*, vol. II, pag. 282-292, nr. 178.

facto Domino Polocensi Metropolitano, et concordia cum ipso stabilita, discolos praelatos, ipsius adiutorio, facile compescendos. Quia et potens est, ratione consanguinitatum, et Praelati discoli non facile excurrent ad Magnates saeculares, Domino Polocensi ipsis contrario existente, et apud Magnates Religionem defendantem. Sperandum autem hoc, quia ipse fassus est, se aliorum praelatorum consilio, ad aliqua dissona facienda inductum esse. Neque talem eum esse naturae, ut nolit bonum agere. Praecipue, quando a sibi addictis personis interius dirigetur.

Itaque, hinc iura et consuetudines Patriae, hinc autoritatem Domini Cancellarii M.D. Lituaniae (cuius et gratia in multis rebus Unioni est necessaria, et potentia, ne noceat, plurimum observanda), hinc etiam pericula Unionis ingruentia, R.mi Episcopi, et Religionis primores considerantes, in Dominum Polocensem, ut fieret Metropolitanus, consenserunt. Postmodum, iuxta sua antiqua iura, iuxta viam toti Ecclesiae S. ordinariam, ac secundum petita (f. 251) suorum Antecessorum de Electione, quando videlicet ad Unionem S. Praelati Rutheni accesserunt, Clementi olim 8vo proposita, elegerunt. Quae petita a Rege Sigismundo III sunt confirmata, anno 1595. Et constat ea Clementem VIII certo confirmavisse, praecipue quod attinet ad petitum Electionis Praelatorum liberae, eorumque consecrationis. Siquidem in Bulla sua quae incipit: « Decet Romanum Pontificem eos, qui pravis Schismatum erroribus », etc., sub data anno 1595, 7mo idus Martii, sic dicit: « Cupientes nunc eosdem ulterioribus gratiis prosequi, cum Provincia Russiae seu Ruthena longo intervallo a Romana Curia distet, et propterea Episcopis, qui pro tempore eligentur, valde incommodum futurum sit ad Apostolicam Sedem, pro suae Electionis confirmatione accedere, seu etiam alias, qui eorum nomine huiusmodi confirmationem petant, ad eandem Sedem transmittere, eorum in hac parte commodis, et indemnitate, quantum in Domino possumus, consulere volentes, motu proprio et ex certa scientia, ac de Sedis Apostolicae protestatis plenitudine, hac nostra perpetuo valitura constitutione statuimus, et ordinamus, ut quandocumque post hoc aliquas de praedictis eorum Cathedralibus ecclesiis, seu sedibus, Episcopatibus, Vladimirien., nimirum et Bresten. invicem, Luceorien. et Ostrosien. etiam invicem, Polocen. et Vitebscen. etiam invicem, Pinscen. et Turovien. pariter invicem, Praemislien. et Samborien. similiter invicem, Chelmen. et Belzen. etiam invicem, Leopolien. et Camenecen. etiam invicem, perpetuo vel alias unitis seu annexis, Pastoris solatio destitui, aut quovis modo vacare contigerit, is qui ad dictas Ecclesias, Pastoris solatio destitutas, seu vacantes, iuxta morem eorum, seu modum illis permissum electus seu nominatus fuerit, a praedicto Archiepiscopo Metropolita Chiiovensi, et Haliciensi nunc et pro tempore existente, auctoritate, et nomine Sedis (f. 251v) Apostolicae

confirmari vel institui, eique munus consecrationis impendi possit, et debeat. Ac ut sic Electus seu Nominatus, et confirmatus, vel institutus ab eodem Archiepiscopo Metropolita, vel de eius licentia, ab alio Catholico Antistite, eiusdem Nationis, gratiam et Communionem Sedis Apostolicae habente, duobus vel tribus aliis Episcopis Catholicis, ac similem communionem habentibus assistantibus, munus consecrationis huiusmodi suscipere, idemque Antistes illi dictum munus impendere valeat, super quo ipsi tam in Episcopum pro tempore Electo seu Nominato, et confirmato, quam Archiepiscopo Metropolitae pro tempore existenti, plenam, amplam, et liberam potestatem et facultatem per praesentes concedimus, et indulgemus. Verum cum Sedes Archiepiscopales, seu Metropolitanas Ecclesiasticas Kiovien. et Halicien., praedictas, similiter invicem perpetuo, vel alias unitas, sive annexas, per obitum vel alio quovis modo, quandocunque tam forsan in Romana Curia, quam extra ubilibet, Pastoris solatio destitui, seu vacare contigerit, volumus, et pari Motu et Auctoritate perpetuo statuimus et ordinamus, ut is qui in Archiepiscopum seu Metropolitam, iuxta eorum morem seu modum illis permisum pro tempore similiter electus seu nominatus fuerit, Electionis seu Nominationis Confirmationem, et Institutionem seu Provisionem, nec non muneric Consecrationis licentiam a Nobis et a Romano Pontifice pro tempore existente, petere et obtinere omnino teneatur, et debeat. Volumusque et similiter perpetuo statuimus, ut Litterae Confirmationis seu Institutionis et Provisionis huiusmodi et licentiae praedictae in eadem Curia per officiales, ad quos spectat, per viam secretam, gratis expediuntur. Decernentes sic et non aliter per quoscunque Iudices et Commissarios, quacunque authoritate (f. 252) et dignitate fungentes, sublata eis aliter iudicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, iudicari, et diffiniri debere, etc., etc., etc. Non obstantibus... Haec Bulla reassumpta est, et confirmata a Paulo V, Pontifice, anno 1605, quarto Kalen: Junii, incipitque: « Provisionis nostrae debet provenire subsidio, ut ius suum cuilibet conservetur. Hinc est quod nos tenorem, quarundam Litterarum felicis recordationis Clementis PP. VIII ».

His igitur Bullis, nec non aliquibus Regum Privilegiis, in quibus Metropolia et alia beneficia Unitis in perpetuum tribuuntur, exceptis rationibus suprapositis, innixi, R.mi Episcopi et Religiosi, praesentes Zyroviiciis in Congressu, per libera vota, et vivas voces, absentes autem scripto, dictum D. Polocensem elegerunt. Et Sanctissimo Domino nunc unanimiter commendant, darieque sibi petunt. Ne in enumerata incident pericula, totiusque Unionis discrimen.

Et sane si timetur, ne Dominus Polocen., factus Metropolitanus, similia ante actis attentare velit, quod omnino aliter futurum speramus, certe magis praeponderare debet timor periculorum Unionis. Nam si

Dominus Polocensis, ex humana fragilitate, aliquid etiam faceret, vitae ipsius brevitate concluderetur. Metropolia semel erepta difficile recuperabitur; et ruinae Unionis, exinde sequenti, longe difficilius post hac occurri poterit.

Ultimo hic addiderim, tanquam jurium nostrorum, et Iurium Schismaticorum, deinde rerum Patriae, et rerum Schismatis peritus. Nunc Schismaticos optime scire, quod non sit apud nos Metropolitanus, et aspicere quid nobiscum ager S.R. Sedes; quin imo, etiam Mosci, a Ruthenis Schismaticis (f. 252v) stimulati, id ipsum intenti observabunt. Certo enim scimus stimulari eos a Schismaticis, sicut, ex petitis eorum, in praeteritis commissionibus, patuit. Deinde si sua sponte in nostri oppressionem schismatici Rutheni ruunt a potiori nunc, quando sic nobiscum proceditur, tanquam insidiatores e custodia sua prorumpent, et animabuntur nostra beneficia sibi petere.

Imo vero, quandoquidem in punctis Vladislavianis, quasi concordiae Ruthenorum gentis, tempore eius electionis factis, a Vladislao Rege et DD. variis tam senatoribus, quam equestris ordinis, in electione hac Nunciis subscriptis 1632, 1 Novembris (quae puncta postea, aliquot Republicae Constitutionibus in Comitiis confirmata sunt); Quandoquidem, inquam, habent hoc Schismatici cautum, hisce formalibus: «Cathedrae quoque aliae et beneficia, quae penes Unidos manserunt, Unitis debent distribui. Cum hac tamen cautione, ne ulla ratione, aut praetextu, bona Ruthenae Ecclesiae a Ritu ipsorum Graeco alienentur». Sequitur ex his, quod si aliquo casu nostra nobis beneficia non dentur vel etiam a nobis abalienentur, tum ipso iure Patriae de facto Schismatici cedent, cum periculo perdendae Unionis, et tot millionum animarum. Tandem hoc etiam considerandum (quod sincere, tanquam coram Deo, coram SS.mo D.no, et Sancta Ecclesia dico) Rutheni Schismatici, ne dicam Moschi, Moldavi, Valachi, in suo Schismate obdurabuntur, et quamcumque hactenus inclinationem ad Unionem habuerunt, videntes sic fieri nobiscum, ab illa recedent, atque cum tanto animarum damno, quarum in sola Russia comprehendere numerum certum, fere impossibile, suae duritiei immorientur.

4.

(Romae, 1665).

Supplicatio Ep.pi Chelmensis pro nominatione Ep.pi Mukačoviensis eiusque subiectione Metropolitae Kiovensi.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. gen.* (Fondo Vienna), vol. 17, fol. 77.

ARCHIV. STATUS VINDOBONENSE, *Acta Romana*, vol. 7, pag. 69.

HODINKA A., *Okmanyara...*, nr. 160, pag. 208.

Beat.me Pater.

Jacobus Szusza, Ep.pus Chelmensis unitus exponit S.ti V. instantiam principissae Rakoziae apud Metropolitanum Russiae et toties per literas sui confessarii ad oratorem directas, quibus illa instantissime orat pro zelo catholico ep.pati Munkaczoviensi peramplo in Hung., post recens defunctum schismaticum,⁴ pastorem praeficiendum atque submittendum aliquem ex Russia unitum S.R.E. Ep.pum, quod facile Metropolitanus Russiae et cum gaudio, ubi affulget lucrum animarum S.R.E., praestabit, nimirum consecrando idoneum mittendoque quantocius. Sed quia recens innotuit dictam principissam Rakoziam velle quidem Ep.pum Ruthenum unitum, sed qui subsit Archiep.po Strigoniensi Rit. Lat. in Hung., ideo supplicat dictus orator, quatenus S.tas V. juxta morem Orientalis Eccl.ae velit subdere ep.pum praeficiendum cum ep.patu Metropolitanu Russiae, tamquam pastori et consecratori. Ita enim facile consecrandus lucrabitur animas ad fidem, si pendebit a Metropolitanu Russiae, uti proprii ritus pastore. Accedit, quod cum in regno Polon. adsint Archiep.pi latini et tamen uniti Ep.pi Rutheni non pendent ab his, sed a suo Archiep.po Kioviensi Metropolitanu. Quam deus...

(Verso): Ss.mo D.N. Alex. d. prov. Papae VII. Alla Congr. de Prop. F. — pro card. Vidono a Jacobo Szusza Ep.po Chelm. de ep.patu Munkaczoviensi in Hung. uniendo Metropolitanu Russiae. Il Vescovo di Chelma Rutheno unito ha rappresentato alla S.tà di N.S., che la principessa di Tran.nia ha fatta istanza più volte al Metropolita, che si promova alla chiesa Munkaczoviense in Ung. un vesc. Rutheno, essendo già morto il vesc. scismatico. Al che egli dice, che sarebbe condesceso e ne haverebbe consecrato uno meritevole, ma havendo inteso, che la detta principessa vorebbe, che il vesc. Rutheno fusse soggetto al Arcivesc. di Strigon., che è di Rito Lat., ha supplicato S. S.tà, che il vesc. resti soggetto al Metropolita della Russia, che l'ha da consecrare conforme l'uso della chiesa orientale. Il memoriale è stato rimesso alla S. Congr. — Quanto a questo, nella congr. particolare faceva istanza il vesc. di Chelma, che la S. Congr. condescendesse alla istanza della detta principessa di esser ammessa all'unione della S. Chiesa assieme col suo figliolo e molte migliaia di Rutheni suoi sudditi, havendo eletto una persona dotta e zelante da consecrarsi al loro vescovato. Si attende pero risposta di Mr. Nunzio di Germ., al quale si è scritto per informatione.

⁴ Forsan agitur de Michaële Molodec (1653-1664).

5.

(Roma, 1665).

Sententia cuiusdam Anonymi de provisione Episcoporum in Ritu Latino et Graeco, forse occasione provisionis Eparchiae Mukacoviensis data.

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni generali* (Fondo Vienna), vol. 17, f. 82.

APF, *Ibidem*, vol. 17, fol. 90-91.

Dico succintamente il mio senso. Nelle Provincie dove ugualmente si serva il Rito Greco, et il Rito Latino, ordinariamente sono di vescovi uno del Rito Latino, il quale viene ordinato da chi commanda il Sommo Pontefice, il quale vive independemente dal Patriarcha, o Metropolita di quella Provincia. L'altro è di Rito Greco, e perche si ordini dal Patriarcha, o Metropolita col consenso delli Vescovi suoi suffraganei, e così si osservava. Al tempo di Papa ... essendosi partiti dal Collegio Greco doi Ruteni, Elia Marocovio, e Gio. Velaminio, e quelli fatti Vescovi in quella Provincia operando, si da una buona parte de Ruteni abrancorno lo schisma, e così mandarono un Vescovo a Roma il quale appresso il Sommo Pontefice stabili l'unione. Ne però poi il Sommo Pontefice s'intrighò all'ordinario, nè delli Vescovi, ma quelli seguirno il loro rito dependenti da loro Superiori, et in questo modo s'è proceduto sempre in tutte quelle parti, che li Vescovi Greci uniti con la Chiesa Latina esercitarno la loro giurisdizione. È ben vero che quelli di Rito Latino ordinati per li Latini sono sempre stati dependenti dal Sommo Pontefice, e questo s'è usato per tutto. Si che al presente molti Metropoliti Greci, li quali erano soggetti alli Patriarchi, et hora per esimersi da questa authorità, sono propensi d'unione con la Chiesa Romana, si piglano l'arbitrio d'ogni cosa, e si esimano in quella giurisdizione, e si fanno come essi si chiamano Autocephali, e slargano, come a loro pare, la loro giurisdizione. Senza ricognoscere niuno Superiore per il dominio del Turco. Del che più volte si lamentò Cirillo Lucari, et hoggidì in Venetia si tiene uno Arcivescovo Greco Schismatico, o vogliamo dire, heretico, il quale professa lo schisma, et il suo Antecessore compose molte operete contro la Chiesa Romana, il quale hoggi s'ascribe l'authorità dei Greci sottoposti al Dominio Veneto ordinando li preti. E perciò li Sommi Pontefici per rimediare a cosa sifatta hanno stabilito di venire a Roma, un vescovo Greco ordinato in Levante secondo il rito Greco, il quale habbia da tenere a Roma le ordinationi, e lo trattengono alle loro spese. E perchè Monsignor Cariofilo, ordinato alla latina, ordinava molti alla Greca, e quelli di Levante, o pure Greci in Italia non gli amettevano, fu trattenuto, e chiamato in Roma un Vescovo ordinato alla Greca da Greci come si vede chiaramente nella Constitutione di Papa Urbano VIII,

che s'è fatta per le Provincie dove fioriscono questi doi riti. Poiche l'ordinando deve havere la sua patente del suo Patriarcha, o metropolita, o vescovo, e quando questa mancava dalla Congregazione, d'altri inferiori, che sono, etc. etc...

6.

(*Roma, 1665*).

Adnotatio Secretarii P.F. de negotio Mukacoviensi et de instantia Principissae Rakoczy.

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni generali* (Fondo Vienna), vol. 17, l. 209v-210.

E con questa occasione piacerà anco all'EE.VV. di dar un occhiata all'istanza della Principessa Ragozia di Transilvania, la quale sendo restata Vedova, abiurato lo scisma insieme con il figliuolo, si è accostata all'Unione Cattolica, e fa istanza di conferire il Vescovo di Munkach in Transilvania e come di Rito Greco di sottrarlo dal Primate di Strigonia, e sottoporlo al Metropolita Greco.

A' chi veramente spetti la nomina di detto Vescovato non è facile à decidersi, perche essendo situato nell'Ungheria, pretenderà l'Imperatore di nominare al suddetto come à gl'altri di quel Regno, massime, che dalle scritture, che si danno all'EE.VV. sopra questo particolare al summario n. 4,⁵ apparisce, che alcuni suoi Predecessori hanno havuta detta Nomina.

Ma per parte della Principessa Ragozia si adduce, come in dette scritture, che la nomina di questo Vescovato è andata sempre con il dominio temporale di Munkach, abenche non costi di detto Vescovato che a i Principi Ragozj hanno ab antiquissimo tempore (f. 210) fondato il detto Monastero di Munkach, e come tali nominato a detto Vescovato anche nel secolo presente, e che intanto i Re d'Ungheria hanno proveduto a detta Chiesa in quanto sono stati Signori della giurisdizione di Munkach.

In ordine poi di sottrar detto Vescovato dalla Giurisdizione Metropolitica di Strigonia di Rito Latino, e soggettarlo à quella di Rito Greco, doveranno l'EE.VV. riflettere tanto al pregiuditio della Chiesa Strigoniese, come anche al solito in simili casi, ne quali ancora non si ha notitia, come si sia praticato dalla Sede Apostolica.

⁵ Forsan agitur de *Summario quodam apparato pro congregatione diei 25 februarii 1665*; cfr. *Acta S.C. de Prop. Fide*, vol. I, pag. 308-321, nr. 523.

7.

(Roma, ante 25. II. 1665).

*Episcopus Chelmensis Romae degens informat de Episcopatu Mukacoviensi.*APF, *Scritt. rif. n. Congreg. gen.* (Fondo Vienna), vol. 17, fol. 100rv.ARCHIV. STATUS VINDOBONENSE, *Acta Romana*, vol. 7, fol. 69 sq.HODINKA A., *Okmanyara...*, nr. 161, pag. 209.

Informatio de ep.patu Munkaczoviensi.

Iste ep.patus non tam pridem erectus est, siquidem ante 200 annos vel minus Munkaczovia erat sub Ep.po Praemisliensi. Sed quia haec dioecesis Praemisliensis latissima sit, quae nunc ecclesias parochiales absque provincia Munkaczoviensi ad 5 millia numerat, difficile Ep.pi Praemislienses poterant attendere omnibus, maxime provinciae Munkaczoviensi, quae remotissima est. Qua de causa fortassis quando Hung. Regnum divisum sit a Polonia, nam antea sub uno rege tam Polonia, quam Hung. erant, hic ep.patus erectus est a Regibus Hung. propter homines Ruthenos illius regni subditos. Ep.pus Mukaczoviensis semper habebat relationem ad Metropolitanum Kiovensem, a quo consecrationem acciebant.⁶ Postquam vero Metropolita cum Archiep.pis et Ep.pis suis S. Sedi et Pontifici Romano obedientiam reddiderint, ille ep.pus uti in alieno regno et inter rudes homines schismate obnoxius remansit et hucusque a quo consecrationem acciebat, ignoro. Hoc tantum scio, quod semper erat schismaticus iste Ep.pus Mukaczoviensis. Hodie, quia Mukaczovia sub D.nio principissae Tran.niae Rakocziae, quae ante 10 circiter annos ex Helvetica facta est optima Catholica, non vult ibi ep.pum habere schismaticum, ideo ad Metropolitanum nostrum et ad Religionem Basilianam scripsit, petendo Religiosum aliquem pium et doctum pro ep.patu illo, cuius dioecesis non solum sub D.nio dictae principissae continetur, sed etiam in illis partibus, quae sub Imperatore uti Rege Hung. existunt et extenduntur. Ideo Imperator primario et illa principissa ad collationem hujus ep.patus concurrunt et uterque dant privilegium praesentationis. Itaque Metropolitanus, quia a tanto tempore non exercebat jus suum in illis partibus et ut majorem inter catholicos habeat autoritatem, petit licentiam mittendi in illas partes a se consecratum Ep.pum, qui immediatam haberet dependentiam a Metropolita Kiovensi, prout de facto est digna tali munere provisa persona.

⁶ Cfr. A. BARAN, *Metropolia Kiovensis et Eparchia Mukacoviensis*, Romae 1960; A. PEKAR, *Narysy istoriji Tserkvy na Zakarpatti*, Romae 1967.

8.

(Roma, ante 25. II. 1665).

Episcopus Chelmensis Jacobus Susza instat et informat de eparchia Mukac̄oviensi.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. gen.* (Fondo Vienna), vol. 17, fol. 98-99.

APF, *Scritt. rif. n. Congressi di Croazia...*, vol. 1, fol. 11.

ARCHIVUM STATUS VINDOBONEN., *Acta Romana*, vol. 7, pag. 69 sq.

HODINKA A., *Okmanytara...*, nr. 162, pag. 210.

Princeps Rakozia⁷ post mortem conjugis sui aperta catholica facta, cum antea fidem catholicam occultasset, filium etiam suum ad eandem pertraxit idque in S. Ritu Latino. Et quia in ditionibus suis in Hung. existentibus multi Rutheni, Rascii ibi dicti, inveniebantur et ep.patus antiquus Munkaczoviensis R. Gr. Ruthenus, nam Ruthenica lingua illic populus utitur vulgariter, in sacris Sclavonica, adjecit animum ad salutem populi sui et schisma extirpandum. Itaque a. 1663 per suum confessarium egit cum Patribus Soc. Jesu Polonis et illi mecum Leopoli. Rescripsi principissae Rakoziae omnem operam pollicendo, ut petitis potiretur. Eodem anno in Oct. cum DD. Ep.pis nostris et Religionis Superioribus egi,⁸ destinata persona, bona et docta, pro ep.patu illo. Interim princeps Rakozia Rev.dum olim Petronium, Ep.pum Ungariae unitum, sed non Munkaczoviensem et in ditionibus principis Homonay existentem sollicitat, Munkaczoviensem Ep.pum schismaticum expellit, eidem Petronio Munkaczoviense monasterium et residentiam ep.pi tradit. Non cessat tamen etiam Romae sollicitare me ejus confessarius et primo quidam Polonus, uti ex litteris patet. Ego utriusque respondi, excusans nostram tarditatem. Interim, dum ego hic negotiis variis Unionis S. in Russia procurandis incumbo, moritur Petronius.⁹ Instanter ad me scribit P. Milley, confessarius principissae, cui spem faciens et celerem succursum promittens respondi. Dedi etiam literas hac super re ad Ill.mum D. Archiep.pum Russiae. Caeterum, ut subjiciatur Ep.pus unitus Ill.mo D. Archiep.po Hung., non expedit propter varias rationes. — Cum nostri

⁷ Sophia Bathory vid. Rakoczy Georgii, qui obiit an. 1660. Cfr. A. PEKAR, *op. cit.*, pag. 31-32.

⁸ IBID.

⁹ Parthenius Petrovyc obiit initio an. 1665, et erat Episcopus Mukačoviensis catholicus ann. 1651-1665, et sat difficilem habuit vitam et regimen; cfr. A. PEKAR, *op. cit.*, pag. 31-34.

Ep.pi in Regno Poloniae non subsunt ulli latino Archiep.po quoad jurisdictionem, cur ergo debeat subesse in Hung.? Deinde non potest persuaderi, ut etiam ille, qui consecrabitur in ep.pum et mittetur in Hung., velit hoc pati, eo ipso, quod a nostro consecrabitur Archiep.po et in patria nostra subjectio ista non est. Et vero cum schismaticus praeteritus non fuerit subjectus quoad jurisdictionem D. Archiep.po Strigon., quare debeat subjici noster unitus, non video. Ritus ipse diversus, modi procedendi alii et similia hoc idem inhibent. Schismatici etiam ipsi non modo in dicti-
nibus principissae Rakoziae ad S. Unionem amplectendam, sed etiam in confinibus provinciis, Moldavia, Valachia, imo ipsa in Russia, pertrahentur et in illa firmabuntur, quando Archiep.pus lat. non intrudit se in regimen uniti, qui paenitus in omnibus subsit Metropolitano Russiae unito. Sciendum enim est, quod homines seu potius populi Rutheni in Hung. existentes antea ad nostrum Ep.pum Praemisl. Ruthenum pertinuerunt,¹⁰ successu vero temporis, propter loci distantiam, regni diversitatem in Hung. Munkaczoviensis Ep.patus erectus et monasterium Munkaczovense illi pro residentia datum est. Unde a fortiori si Ep.po Praemisl. Rutheno antea in Hung. eccl.ac Ruthenae suberant independenter ab Archiep.po lat. Hung., cur etiam modo esse independenter ab eodem cum ep.po suo unito non debeant? Proinde S. Congr. dignetur nomine S.tmi: primo, ipsam principissam literis alloqui collaudando ejus zelum catholicum et rem Unionis promovendo, quod schismaticum expulerit, nec alium acceptarit gratias agendo, deinde dignetur scribere ad D. Archiep.pum Hung. lat., ne nostrum ep.pum ad suam trahat jurisdictionem, tandem etiam Ill.mum D. Archiep.pum Russiae, ut personam jam destinatam consecrari curet et in Hung. dirigere.

9.

(Hungaria, 1665).

Epistola memorialis Archiepiscopi Strigoniensis de Ruthenis et eparchia Mukačoviensi.

APF, *Scritt. rif. nei Congressi: Greci di Croatia, Dalmatia, Sclavonia, Transilvania e Ungaria;* vol. II, f. 19-24v.

APF, *Scritt. rif. nei Congressi: Germania e Missioni Settentrionali,* a. 1622/80, v.l., f. 232v-236.

¹⁰ Ratione vicinitatis: his temporibus in memoriam revocandus est praeprimis ep. Athanasius Krupeckyj, qui ann. 1612-13 prima semina Unionis in hac regione seminavit; cfr. auctores A. BARAN et A. PEKAR aliique qui de hac regione et de his temporibus scripserunt, ut ex. gr. M. LACKO, S.J., *Unio Užhorodensis Ruthenorum Carpathicorum cum Ecclesia Catholica*, Romae 1955.

RUTHENI HUNGARIAE

(f. 232v) Carpatis Montes Hungariam a Polonia dividere tum experientia ipsa, tum etiam Cosmographorum tabulis declaratur, ita ut ex hac parte, usque ad summitatem montis pertineat ad Hungariae Regnum, altera pars inde deorsum ad Regnum Poloniae. Hos montes incolunt populi vulgo dicti Rutheni, incipiendo fere a Comitatu Scepusiensi, usque Marmaros in Transylvania, lingua utentes Ruthenica et Ritum Graecum profitentes; verum non solum a Sancta Matre Ecclesia Catholica alieni, quin etiam varijs erroribus in fide, ac perditissimis moribus depravati hactenus vixerunt sub Episcopo quodam Graeci Ritus Munkacsensi, habentes sacerdotes ab huiusmodi Schismaticis ordinatos plurimos in quolibet fere Regno (Pago) decem, duodecim, plures etiam; qui coloniales sessiones possidebant, et Rusticorum more, non tantum sibi, sed etiam Dominis Terrestribus operas, et manuales labores, censusque, ac alias a Colonis solitas obventiones praestabant, unde fiebat, ut si quid horum negligenter, vel intermitterent, aut etiam alio modo delinquerent, ab officialibus, et ministris saecularibus Dominorum Terrestrium verberibus, carceribus, alijsve poenis mulctarentur.

Et quidem Poloni habuerunt curam suorum ex altera parte Montis habitantium Ruthenorum, et prout potuerunt ad unionem Sanctae Matris Ecclesiae reducere eos conati sunt, partis vero Regno Hungariae subiectae nulla fere cura est habita; vixerunt prout voluerunt alioquin in magna confusione, tamen sub Episcopo Munkacsensi ritus Graeci.

Qui Episcopatus Munkacsensis conferebatur plerumque a Dominis Terrestribus, qui arcem, et dominium Munkac possidebant, illudque longo usu continuatum, partim a possessoribus dictae Arcis, ijsdemque (f. 233) Principibus Transylvaniae, Gabriele Bathory, et Gabriele Bethlen, et proximis temporibus a Georgio Rakoczy,¹¹ arcis Munkac possessore; accepta igitur donatione, mox sese ad proximum, vel quemvis alium Episcopum Graeci Ritus schismaticum conferebant, ubique Episcopi consecrabantur, quod idem accidit proxime defuncto Petro Parthenio, qui partim ab aliquibus Dominis Terrestribus, partim a pluralitate sacerdotum in Episcopum Ritus Graeci schismaticum conferre properavit, ab eoque Consecrationem Episcopalem suscepit, licet alioquin esset unitus Catholicus sacerdos Ritus Graeci, ne tamen praeveniretur ab alio quem intrudere reliqui Domini Terrestres, et sacerdotes moliebantur, quacumque tandem

¹¹ Principes Transylvaniae hoc tempore erant: Gabriel Bathory (1608-1613), Gabriel Bethlen (1613-1629), Georgius Rakoczy I (1630-1648), Georgius Rakoczy II (1648-1657; 1658; 1659-1660).

id conscientia praestitit; quem suum errorem agnoscens postea deploravit, et ad Sanctae Matris Ecclesiae confugiens gremium expiationem, et peccatorum, et censurarum, quas incurrit, et simul iterari Consecrationem suam Episcopalem humillime postulavit, et supplicavit. Quae omnia ubi per Archiepiscopum Strigoniensem ad Sedem Apostolicam Romam delata fuissent, Sacraeque Congregationi proposita, amplissimam concessit facultatem dicto Archiepiscopo, ut secundum quod in Domino iudicaret, tum ipsum Petrum Parthenium a censuris absolveret, tum etiam in Episcopum Ritus Graeci consecraret.¹² Compertum igitur fuit, per Theologos examinata ipsius in Episcopum per Schismaticos ordinatione, valde probabile fuisse, quod Characterem Episcopalem in ea per Schismaticos facta consecratione Parthenius accepisset. Quare nonnisi ad Cauthelam, et pro securitate ipsum Parthenium ad ea quae substantialia essent Episcopatus adordinandum fuisse, praesertim quod ipse Parthenius summopere desideraret, et scrupulos haberet, de validitate suae ordinationis, vel etiam ex eo quod pecuniam dedit Sacrae illi Ritus Graeci Episcopi ut ordinatur; unde etiam Simonia fuisset (f. 233v) secuta; quapropter Archiepiscopus Strigoniensis vigore talis, a Sua Sanctitate acceptae, potestatis, saepe dictum Parthenium ab omnibus censuris ecclesiasticis absolvit, et ad Cauthelam substantialia Episcopalis ordinis eidem contulit ipsumque Ruthenorum Munkachiensis Dioecesis Episcopum constituit, implorando etiam auxilium DD. Terrestrium Catholicorum; subiecerunt se eidem Episcopo, opera Domini Archiepiscopi inducti, prope trecenti sacerdotes Rutheni Ritus Graeci, qui etiam unioni Sanctae Matris Ecclesiae sese subscriperunt.¹³

Parthenius igitur iste, dum vixit, Ecclesiam Ruthenorum praefatam, ut potuit, gubernavit, iurisdictionem in sacerdotes exercuit et alia disposuit. Complures tamen sacerdotes Rutheni, subiecti Dominis Terrestribus haereticis, sese subtrahere conati sunt, patrocinio eorumdem suffulti.

Apposuerat omnem animum, et conatum Archiepiscopus Strigoniensis modernus, jam vero cum Episcopatum Agriensem administraret, hos Ruthenos ad gremium Sanctae Matris Ecclesiae reducere, modisque omnibus in eorum conversione laborare, id quoad minimum ter centena millia animarum ad viam salutis reduci, et Ecclesiae uniri posse animadvertisit, inter alia Episcopum ipsorum pro tunc existentem nomine Blasium Tarasovics¹⁴ ad unionem Sanctae Matris Ecclesiae perduxerat.

¹² Anno 1655, ex indulto Alexandri PP. VII; cfr. de eodem eventu scriptores M. LACKO et A. PEKAR, in operibus citatis.

¹³ IBIDEM; cfr. etiam *Documenta Pontificum Romanorum*, vol. I, pag. 559, nr. 505.

¹⁴ Agitur de Basilio Tarasovyč (1633-1651); nomen Blasius ut videtur erronee scriptum.

Ita ut coram Imperatore professionem fidei Viennae emitteret; verum Dominum rediens, a Ministris, et Officialibus Rakoczij, heretici Principis, statim compraeahensus in carcere coniectus, rebus omnibus, monasterio, ipsoque Episcopatu spoliatus fuit, usquedum a proposito resileret, quo etiam vita functo, praefatum Petrum Parthenium loco eius constituere studuit, usquedum ad hos terminos, de quibus supra dictum est, eosdem Ruthenos cum suo Episcopo deduceret.

Res non caruit summa difficultate, siquidem ex altera quoque parte Calvinistae haeretici freti eiusdem fidei Dominorum Terrestrium, praesertim Principis Rakoczij auctoritate, eosdem Ruthenos, (f. 234) quos a proprijs ritibus abducere non potuerant, saltem ad immitationem nostram, suae tali quali Ecclesiae Calvinisticae unirent: iamque negotium eo adduxerant, ut ipsi Calvinistae praedicantes, duodecim ad hoc destinati, quempiam in Episcopum Munkacsensem eligerent, eumque vel ipsi consecrarent, vel proximo schismatico Episcopo consecrandum offerent. Deo nihilominus adiuvante, superatae fuerunt maiori ex parte difficultates, et res Ruthenorum ad statum, prout supra dictum est, redactae.

Postquam igitur, Deo Inspirante, relicta Vidua, Principissa Transylvaniae, Georgij Rakoczij, una cum filio Francisco omnium bonorum haerede unico, ad Catholicam Religionem conversa est, quae de facto Munchaciense dominium possidet jure dominii terrestris, atque adeo istos Ruthenos maiori ex parte sub se habet; mortuo etiam recenter Episcopo Parthenio, nunc tempus est, et optima occasio denuo hos Ruthenos ad caulam Ecclesiae perfectae reducendi, sublatis quibusvis erroribus in fide, abusibus contra sacros canones, et perditissimis populi moribus, ac sceleribus extirpandis. Quod fiet, si nunc bonus Episcopus catholicus Ritus Graeci ipsis praeficiatur, qui eosdem gubernet, et ad viam salutis dirigat.

Non desunt alij quoque Domini Terrestres Catholici possessores, horum Ruthenorum, vel magnae partis eorum, quorum opera uti possumus ad istos Ruthenos perfecte in ordinem redigendos, ac Sanctae Matri Ecclesiae uniendos, utpote Domina Vidua Homonnaiana, Dominus Sigismundus Petheo, Barones filij Ladislai Barkocsij et alij nonnulli, cum quibus iam egerat Archiepiscopus Strigonien. et ab illis obtinuerat, nimirum catholicis, ne sacerdotes Rutheni ad operas manuales Dominis suis praestandas cogerentur, sed potius pecuniarum census annuatim praestarent neque ob excessus quosvis a saecularibus officialibus verberibus, carceribus, alijsque poenis multarentur, sed si quid delinquissent, ab Episcopo eorum judicarentur, quod multum profecit, ut prope trecenti sacerdotes, seu, ut vulgo (f. 234v) vocant Batycones ipsorum, unioni Ecclesiae, et subiectioni Episcopo Petro subscriberent.

Cum igitur negotium in eo consistat, ut bonus aliquis Episcopus

ipsis constituatur, sede utpote nunc vacante, oritur non levis quaestio, cuinam competit nominatio Episcopi Munchacensis; et primum quidem praetendit illam modernus quoque Dominus terrestris Franciscus Rakoczij cum sua matre, fundamentis hisce subnixus: Primo, ratione fundationis Monasterij Munchacensis, cui monasterio annexa ab immemorabili tempore habetur collatio dignitatis episcopaloris. Ita ut quicumque Superior esset Monasterij Munchacensis, idem et Episcopus haberetur; 2do, allegat Franciscus Jus semper fuisse penes Dominos Terrestres arcis, et Dominij Munchacensis, conferendi praedictum Episcopatum, uti patet in particulari ex literis Joannis Regis, qui Episcopo demorituro dat potestatem in Testamento suo alium substituendi; 3o, usum, et consuetudinem hactenus observatam, quod Domini Munchacenses tam haeretici, quam Catholici contulerunt saepe dictum Episcopatum, prout habetur in literis praesertim Gabrielis Bethleem¹⁵; 4o, ultimus Collator, Georgius Rakoczij, Avus moderni,¹⁶ qui eumdem Episcopatum contulit Blasio Tarasovics, sicque ex praedictis causis ius nominandi Episcopum sibi competere assereret ac praetenderet.

Ex altera vicissim parte, Sua Maiestas Caesarea ac Regia vigore Privilegii Regum Hungariae, abinde a temporibus Sancti Stephani Regis a Sede Apostolica concessi, sibi competere nominationem existimat, uti habetur, quod in omnibus Regni Hungariae Ecclesijs ipsi Reges Episcopos nominare, et eligere possint ac valeant.

Ex 3tia parte, Sua quoque Sanctitas, seu Sedes Apostolica nimirum nominandi Episcopi habet confirmationem, ad instar aliorum omnium in Hungaria Episcoporum.

Videretur omnium optimum fore, et concordari controversiam hoc modo posse: Ut Franciscus Rakoczij Episcopum promovendum Suae Majestati proponeret; Sua vero Majestas, ex privilegio Coronae suae, eumdem Suae Sanctitati repraesentaret, et pro confirmatione instaret; ac demum Sua Sanctitas Confirmationem impertietur potestatemque, ac munus Episcopi consecrandi, vel alicui Ep.po Ritus Graeci concederet, vel Latini Ritus Episcopo catholico deferret.

(f. 235) Et quidem ea condicione concedi posset nominatio Francisco Rakoczij, ut proventus, et possessiones a fundatoribus monasterio, scu-

¹⁵ De his collationibus cfr. documenta in II vol. *Litterarum Episcoporum*, pag. 22-24, nr. 15 (quoad Gabrielem Bethlen), et pag. 24-27, nr. 15 (quoad Georgium Rakoczy I).

¹⁶ Dum hacc litterae scribebantur iam etiam Georgius Rakoczy II erat mortuus, et mansit vidua Georgii, Sophia.

Episcopatui concessos prae manibus suis habitos restitueret, signanter iuxta tenorem fundationis Ducis Theodori, Monasterio factae.¹⁷

Quo autem modo, et qua ratione erectus sit ille Munchacsensis Episcopus monasterio coniunctus, notitia ex literalibus instrumentis haberi non potest, solum ex usu continuato ab aliquot saeculis, et etiam privilegijs Regum, Ducum, et Comitum, ubi fit semper mentio Episcopi Munkacsensis.

Porro suggessi ego suae Maiestati Caesareae, cum habebatur diversis in locis in Regno Hungariae huiusmodi Ritus Graeci sequaces complures, utpote Taurini, Comaromis etc., qui alioquin proprios Episcopos et peculiares etiam Ritus Graeci non habent, subijcerentur huic futuro Episcopo Munkacsensi unito, et catholico.

Quae omnia placuerunt Suae Majestati, restaret solum eorundem effectuatio, et executio.

In quibus omnibus valde instanter postulat Archiepiscopus Strigonensis patrocinium, et auxilium Exc.mi Domini Nuntij Apostolici.

Quoad secundum punctum, ob quod Dominum Episcopum Vacziensem mitti ad Suam Excellentissimam D. Nuntium Apostolicum opportuit, erat confirmatio Episcopatum Hungar. seu eorum, qui iam a Sua Maiestate nominati sunt Episcopi per Sedem Apostolicam fienda. Scripsit D. Archiepiscopus iam ante, neque desinet admonere nominatos a Sua Maiestate Episcopos, ut pro confirmatione suorum Episcopatum processus suos in Nuntiatura fieri current, quod et se facturos promiserunt, feceruntque etiam licet non omnes. Verum quia Sedes Apostolica non vult recognoscere legitimam horum per Reges Hungariae factam nominationem et electionem, frustra et laborare, et expensas facere praetendunt; opus igitur est, ut Sua Majestas cum Sede Apostolica transigat, ut sua nominatio acceptetur, atque confirmatio eorum obtineatur. (f. 235v) Qua de re habet apud se Dominus Regni Hungariae Cancellarius discursum, et scriptum nomine Suae Maiestatis confectum, pro defensione jurium Coronae Regni Hungariae.

Siquidem autem deductio legitimae nominationis Suae Maiestatis circa quemlibet Episcopatum in longum procederet, neque controversia tam facile dirimi posset, videretur ad redimendam jacturam salutis animarum, ut interea Sua Maiestas eo condescenderet, ut quicumque huiusmodi Episcopatus, non ita diu praeteritis temporibus, et annis, ad nominationem Suae Maiestatis acceptati, et confirmati fuissent, idque exemplis ostendi, et demonstrari posset, deinceps etiam sine difficultate acceptarentur, et

¹⁷ Cfr. *Litterae Episcoporum*, vol. II, pag. 16-17, nr. 15.

confirmarentur. Licet enim quidam reperti fuissent praesertim Religiosi a Sua Maiestate nominati, qui seposita dicta nominatione immediate a Sua Sanctitate collationem, et confirmationem Episcopatum acceptassent, pro hoc tamen jus coronae Suae Maiestatis destrui et cassari minime potuisse, vel etiam cassatum fuisset. Praesertim cum ea sine consensu, et etiam scitu Suae Maiestatis contigissent, signanter autem, ut Episcopus Transylvaniensis a sua Maiestate nominatus quantocius confirmaretur possetque ingredi Transylvaniam, et ibi episcopalia peragere. Incredibile enim est, quantum damni spiritualis Transylvanicus afferat, nullum ad eos ingredi Episcopum, et episcopalia munia exercere. Et licet Transylvani lege lata statuerint, Episcopum Catholicum non intromittere, tamen non deerit modus transigendi cum Principe, et Provincia, dummodo aliquis Transylvaniensis Episcopus sit confirmatus, et consecratus, quem eo mittere possemus.

Posito tali fundamento, simili ratione de translatione personarum ab uno Episcopatu ad alterum sine consensu Suae Sanctitatis de jurisdictione ante confirmationem Suae Sanctitatis, statim post nominationem regiam per Episcopos nominatos exercendi, alijsque similibus qui contra Sacros Canones fieri praetenduntur, passus faciendus, et singula in bonum ordinem reducenda. In quibus praesertim confirmationibus supradictis Episcoporum, ut sua quoque Excellentia Dominus Nuntius suam operam interponere, et patrocinio suo afflictissimum hoc Regnum prosequi velit, rogatur obnixe, etc.

(Epistola memorialis Archiepiscopi Lippay, anno 1665).

10.

Roma, an. 25. II. 1665.

Petitiones Ep. Chelmensis et P. Pachomii pro bono Unitorum. Cfr. Decretum Congr. de Prop. Fide, de dat. 25. II. 1665.

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Pol., Ruteni*, vol. 1, fol. 376-382, cum quibusdam annotationibus Curiae Romanae.

MUH, vol. III, pag. 217-225, nr. 114.

Diverse istanze del Vescovo di Chelma, del Padre Pacomio Provinciale e de suoi monaci, per servitio de Rutheni uniti.

Mons. Vescovo di Chelma rappresentando la necessità, che vi è di radunare i vescovi, abbati et altre persone gravi della natione per diversi bisogni spirituali della medesima, motiva a chi spetti nella vacanza della metropolia di convocare i congressi de vescovi, se all'amministratore in temporalibus, ch'è l'Arcivescovo di Plosco, o al Vescovo di Vladimiria, a

cui va congiunto il titolo di prototronio, et ha l'assistenza del ius antiquo. Propone nondimeno per toglier queste difficoltà, che doppo finita la visita, della quale si è detto nell'altro discorso, si convochino da Mons. Nunzio, non come a Sinodo, ma come ad un Congresso privato. Intanto così in suo nome, come de monaci e della natione supplica di ordine opportuno a diverse cose, che meritano e sono capaci di presentaneo rimedio, e chiede diverse gratie per beneficio della natione.

1. Che si tolga l'abuso da loro introdotto di non portar l'habito regolare, se non qualche parte di esso, e questo anco di rado, et in diocesi alcuni lo dismettono del tutto, altri poi si vanno accomodando all'habito latino, o ne inventano un terzo, con che irritano (f. 376v) grandemente i nationali et i Scismatici.

2. Che si proibisca a medesimi di poter ritenere più benefizii senza alcuna licenza apostolica, come da poco in quà hanno introdotto di tenerne fino a quattro, dove che i passati la chiedevano sempre per ritenerne solamente due.

3. Che i vescovi in cambio di applicar qualche parte delle loro entrate in beneficio et ornamento delle loro chiese e monasterii, alienano gli argenti et ornamenti antichi delle medesime, e le convertono ne loro usi privati, e le dispensano a loro parenti, comprandone stabili per loro. Aggravano i monaci e si appropriano le rendite de monasterii, altri trascurando il governo della lor gregge lasciano avanzar lo scisma, et uno in sette anni, ch'è vescovo,¹⁸ non è mai andato alla residenza, ma se ne gode i frutti con danno degli Uniti e scandalo de Scismatici; onde supplica di rimedio.

Quanto a mcnaci, oltre le cose proposte nell'altro discorso del P. Pacomio, rappresenta:

4. Essersi da loro introdotte molte novità nelli riti, accommodando il greco al romano, o mutandoli et inventandoli a loro arbitrio senza veruna necessità.¹⁹

All'incontro il P. Pacomio (il quale vedendo la depressione in che stanno i suoi monaci e natione, et i continui travagli, che perciò (f. 377) patiscono da Cosacchi e Scismatici, desidera che passino al Rito Latino) rappresenta, che quando la Sacra Congregatione persista in volere, che

¹⁸ Ut videtur, agitur de Antonio Terleckyj, Ep. Peremysliensi (1662-1669), etsi tempus forsitan exageratum est.

¹⁹ Nota in margine sic habet: « Esplichi quali sono. Preferiscono nel credo Filioque; Mons. Chelmense non vorrebbe. Dicono ogni giorno le Messe basse, e lo fa anche il Vescovo, ma con le ceremonie della Messa cantata ».

i monaci continuino nel Rito Greco, sarebbe di gran giovamento il conceder loro di valersi in caso di necessità anco del latino, mostrandosene quella plebe grandemente divota, affermando, che se ne vedria frutto grandissimo.

5. Acciò che l'Arcivescovo di Plosco non s'introduca affatto nel governo della Religione, nè la riduca senza sacerdoti, mentre non vuol ordinar veruno, la medesima supplica, che il Vescovo di Chelma, come eletto nel Capitolo Protoarchimandrita, possa ordinarli per hora e conferire anche le archimandrie.²⁰

6. Che al medesimo Arcivescovo di Plosco fu conferito dal Nunzio e dai collatori il monastero Soprasliense in riguardo, che si trovava all' hora esule e privo dei beni del suo arcivescovato, havendo hora recuperata buona parte di detti beni e godendo anche quelli della metropolia, non par dovere, che ritenga più l'accennato monastero gravato e danneggiato da lui malamente; onde supplicano di ordine, che lo restituiscala religione e faccia anche l'istesso del monastero Berezvecense, che essendo stato eretto da suoi fondatori con titolo di priorato, è stato da lui convertito (f. 377v) in archimandria, e se n'è fatto archimandrita perpetuo.²¹

7. Che il P. Gregorio Biencovschi, che partì da Roma con infamia e pregiuditio della casa di SS. Sergio e Bacco, s'inhabiliti a qualsivoglia grado, non convenga, che sia premiato con l'archimandritati, che ha ottenuto da Mons. Arcivescovo di Plosco, quando dal medesimo doveva esser punito in esecutione degli ordini dell'Eminenze Vostre.

8. Che i loro Religiosi, che studiano in Collegio Greco, siano obbligati ad imparare la lingua greca, ne si lascino partire, se non finiti li studii, e doppo chiunque tornarà alla patria da qualsivoglia luogo debba affaticarsi per servizio della religione, ne possa aspirare alle dignità prima d'haver fatigato per qualche tempo determinato, sotto pena di censure e nullità degli honorii.²²

9. Che se bene hora per causa delle calamità passate non habbiano

²⁰ Episcopus Chelmensis fuit Protoarchimandrita Ordinis, electus post obitum Benedicti Terleckyj in Cap. Generali Zyrovicensi, diebus 19-27 decembris 1661; cfr. M. WOJNAR, OSBM, *De Capitulis Basiliyanorum*, Romae 1954, pag. 13-14.

²¹ Cum accessus ad superioratus simplices non erat tam facilis, primum convertebantur monasteria in archimandrias, quae ratione archimanditarum subdebantur Metropolis; hic abusus hoc tempore dissensionum invaluit in Ecclesia Unita.

²² Plurimos alumnatus pontificios procuravit praesertim metropolita Josephus Rutskyj circa an. 1615, ut ex. gr. Romae, Vilnae, Pragae, Olmutii, Vindobonae etc. Ex his Collegiis pontificiis, ut plurimum, proveniebant dein candidati ad episcopatus et superioratus fere toto saeculo XVII et XVIII.

soggetti da mandare ne Collegii pontificii, ne quali la Religione loro gode alcuni luoghi, con tutto ciò supplicano che siano loro conservati i medesimi luoghi, anzi che hora vi siano ammessi quei pochi Religiosi, che saranno atti alli studii anche minori, e d'avantaggio quei secolari che sperano poi far religiosi.

10. Che sia conservato, anzi ampliato, il loro Collegio di Santi Sergio e Bacco, promettendo, che in avvenire si mandaranno soggetti di osservanza e di (f. 378) costumi incolpati, e che la Sacra Congregatione si degni di contribuire alla riparatione del medesimo, che hanno inteso haverne bisogno.

Avertimento di Monsignor segretario.

L'Eminenze Vostre pensarono di affittar quella casa, e con i denari del fitto et alcune altre entratuccie che ha, e con il legato di cento scudi annui del cardinal S. Onofrio, mantenere tre altri alunni Rutheni nel Collegio Greco, oltre i quattro che l'istesso Collegio è obbligato per altro di tenere, con questo però, che dovessero ogni festa andare un di loro ad officiare quella chiesa, ma l'Arcivescovo di Plosco, a cui se ne scrisse, mostrò molto senso, che ciò non si facesse, essendosi poi scritto a Mons. Nunzio, che scoprissse il senso degli altri, risponde, che il Vescovo di Chelma, che fra di loro fa maggior figura, disse che più tosto si metta il denaro a moltiplico, sinchè se ne faccia una somma bastante per formare un Collegio in S. Sergio, poichè gli alunni allevati nel Collegio Greco riescono poco utili alla religione cattolica.

11. Che havendo un tal Giovanni Dubovich, giovane Vilnese,²³ fatto nella sua morte seguita nel Collegio di SS. Sergio e Bacco di Roma²⁴ un legato di 20 mila fiorini al medesimo collegio, si degni la Sacra Congregatione di farlo ricuperare dai Padri Carmelitani Scalzi, in mano de quali stanno.²⁵

13. Per causa di molti competitori nella corte regia, (f. 378v) la regina non può dare il possesso dell'archimandritato di Vilna a chi meritamente è stato conferito dalla loro Congregatione, onde supplicano che

²³ Obiit Romae in hospitio SS. Sergii et Bacchi an. 1640, mense augusto; cfr. *Acta S.C. de Prop. Fide*, vol. I, pag. 175, nr. 304 etc.

²⁴ Erat frater P. Alexii Dubovyč, Archimandritae Vilnensis; legatum hoc nunquam recuperatum fuit, etsi iam inde ab anno 1641 tentamina facta fuerunt; cfr. IBID. secundum Indicem nominum et rerum.

²⁵ Post nr. 11 deletus fuit postea nr. 12, sequentis tenoris: « 12. Perche alcuni hanno ottenuto rescritti dal principe di farsi consegnare da' Religiosi i tesori delle Chiese per maggior sicurezza, e nel qual modo stanno forse in maggior pericolo, supplicano che si proveda anche a questo ».

fino a tanto che l'elettione habbia effetto, ne resti padrona la Religione per ceder poi il luogo e i beni al medesimo provisto. E perchè il Terleschi, quando fu archimandrita di quella chiesa, asportò di là una imagine della Madonna miracolosa, l'archivio della Religione con gl'istromenti e tutte le altre scritture, acciò che non rimanessero preda de Moschi, supplicano che a detti competitori e disturbatori non sia lecito d'innovare cosa alcuna.

14. Che della Santità di Nostro Signore sia raccomandata la Religione al Re e magnati di Polonia e Lituania.

15. Circa poi alla natione in generale, supplica che si rimedii all'oppresionis, che fa il clero latino di Chelma all'unito, sopra di che si riporta al P. Pacomio.²⁶

16. Che si proibisca al medesimo clero latino Chelmense di usurpare le decime, che per decreti di questa Santa Sede spettano alli uniti.²⁷

17. Perchè i prelati giudici del tribunale Lublinense si fanno pagare da i Vescovi et altri Superiori Rutheni la pensione per le liti, facendosi dare 200 o 100 fiorini a proportione della quantità che si litiga, e ciò proviene perchè i giudici non hanno stipendii, nè godono l'applicazione delle multe, come i giudici secolari, e suole accadere, ch'essendo passati molti anni senza lite, una che ne venga, si (f. 379) sodisfano sopra quella per tutti gli anni, o non spediscono la causa, supplica, che si scriva agli arcivescovi di Gnesna e di Leopoli et altri vescovi di tutto il Regno, che vogliono sgravare gli Uniti di questo peso.

18. Che per rimediare a gl'infiniti aggravii, che riceve il loro Rito, non può farsi cosa migliore che deputare un commissario con facoltà di correggere et ordinare.

19. Essendo gl'Uniti travagliati in tanti modi da i Scismatici, desiderano, che la Sacra Congregatione ritrovi qualche mezo, con cui possano riconciliarsi con essi et assumere il calendario corretto, ricercando ancora la licenza di scrivere a i medesimi per poterli allettare all'unione.²⁸

²⁶ P. Pachomius Ohilevyč, Provincialis Ordinis, ad latus Episcopi Chelmensis, tunc Protoarchimandritae, qui missus fuit Romam in negotiis Religionis ipsumque Jacobum Susza in Urbe praecessit; dein adiutorio ei erat in omnibus negotiis; post redditum in patriam permansit in regimine Ordinis etiam in dependentia a Metropolita, et in Cap. anni 1675 electus fuit et ipse Protoarchimandrita.

²⁷ Quaestio decimarum et praesertim Chelmensium per longa tractabatur decennia et nunquam fere plene conclusa est in favorem Ruthenorum; erat praesertim crux totius episcopatus Jacobi Susza, et etiam eius praedecessoris Methodii Terleckyj (1630-1648).

²⁸ Haec quaestio erat etiam in mandatis Jacobi Susza, ut persuaderet S. Congregationi et Pontifici, ut scriberent litteras ad varias personas non unitorum in hac materia, ut allicantur ad Unionem cum Ecclesia Catholica; cfr. sub dat. 30.VIII.1666,

20. Che sia raccomandata l'Unione alli Generali delle Religioni Franciscana, Domenicana, Carmelitana e de Gesuiti, acciò la raccomandino caldamente a loro Provinciali, essendo queste Religioni assai potenti in Polonia.

21. Che si concedano espressamente e specialmente al metropolita, vescovi et ecclesiastici de Rutheni uniti le solite prerogative, libertà et immunità ecclesiastiche, che non furono concesse da Papa Clemente VIII nella Bolla dell'Unione se non generalmente, e che si proibisca ad ogniuuno di molestare il loro clero con violenza, o in giudicio, e di alienare sotto qualsivoglia titolo i beni pertinenti ad esso.²⁹

22. Che si confermino dalla Sede Apostolica i privilegii concessi agli Uniti dalli Re di Polonia,³⁰ per esimersi in questo modo da molte ingiurie, (f. 379v) che fanno loro tanto i secolari, quanto il clero latino, offendendo i sacerdoti, distrahendo i loro beni ecclesiastici, esigendo con la forza le Decime, e facendo altri atti simili, per le quali cose venendo spesso in risse, e risultandone molti scandali, i Scismatici si ritrahono assai dall'Unione.

23. Benchè habbiano inteso, che la Republica voglia comunicare a gli Uniti i privilegii concessi alli Scismatici in questo tempo di ribellione, con tutto ciò desiderarebbero che vi cooperasse anche Sua Santità con raccomandarli per questo al Re et alla Republica, credendo, che per l'emulatione giovarà assai a tirar li Scismatici all'Unione.³¹

24. Il metropolita Giuseppe Rutschi³² vendette alcuni beni della metropolia di Szieszoly per prezzo di 50 mila fiorini ad effetto di comprarne de gli altri, ma essendosi poi promulgata una legge che prohibiva tali compre a gli Ecclesiastici, investì la medesima somma ne beni de Nobili con un censo annuo, che hanno goduto egli et i successori; hora desiderano,

ubi haec res praecisius proponitur et nomina specificantur; litterae vero datae fuerunt a S. Congregatione sub dat. 23.VII.1667; cfr. *Litterae S.C. de Prop. Fide*, vol. I, pag. 285-292, nrr. 423-434.

²⁹ Praeprimis agebatur, ut videtur, de locis Metropolitae et Episcoporum in Senatu Regni, et aequalitate iurium civilium ad magistratus et officia Regni; in hisce rebus usque ad tempora exdivisionis Poloniae saec. XVIII provisiones iustae desiderabantur.

³⁰ Agitur potius de privilegiis characteris civilis, qua in re Sedes Apostolica solummodo modo hortatorio procedebat, quia immiscendi se in res civiles Poloniae non erat res possibilis neque etiam utilis.

³¹ Cfr. *Documenta Pontificum Romanorum historiam Ucrainae illustrantia*, vol. I, pag. 593-603, nr. 536-552 etc.

³² Josephus Rutskyj, Metropolita Kioviensis (1613-1637).

che la Santità di Nostro Signore proibisca il poterlo alienare, e che intanto s'impieghi in riparare le chiese e monasterii disfatti da Moscoviti, già che la metropolia è vacante.

25. Che havendo il metropolita Antonio³³ lasciati nella sua morte 10 mila fiorini da distribuirsi in cause pie, si proveda, che non si distraiano in usi privati, come ne anche il suo corpo sia trasportato dal luogo, dove volse esser sepellito.

(f. 380) 26. Furono dalla santa memoria di Urbano VIII dati tre mila scudi e dal Vescovo di Vilna 10 mila fiorini, e più di 20 mila ne furono radunati da diversi vescovi e clero Rutheno,³⁴ con i quali si comprarono beni stabili di valore di 50 mila fiorini per il seminario Minscense, dove si aprirono e fiorirono i studii con molto frutto de Secolari e de Religiosi mediante l'opera del Terleschi, ma succedendo poi la guerra Moscovitica, andò per terra ogni cosa. Hora supplicano di qualche ordine, acciò che i medesimi beni, con qualche privilegio del Re, non vengano in mano de privati, ma si conservino per il Seminario, e che inoltre si ordini, che dove i Religiosi uniti insegnarono le lettere, da veruno possano essere impediti, e particolarmente da Gesuiti, massime in Minsci, ch'è il luogo del Seminario.³⁵

27. Per rimediare alli scandali, che seguono, perchè in qualche luogo il clero latino ne i matrimonii procura di tirar per forza i Rutheni a quel Rito, si ordini, che lo sposo nel contrarre il matrimonio seguiti la parrocchia della sposa, tanto se sia Ruthena, come Latina, come si osserva in tutta la Lituania.

28. Che si conceda al P. Ignatio Jelich, Gesuita, non professo,³⁶ di passare fra monaci per farlo promovere alla metropolia, promettendosene gran giovamento et utilità per l'Unione, per essere egli ricco e desiderato da quei Senatori e da i Cosacchi, che ne rimarrebbero edificati.³⁷

³³ Antonius Sielava, Metropolita Kiovensis (1641-1655).

³⁴ Tempore Synodi Kobrynen sis an. 1626; Seminarium hoc existentiam habuit sat effimeram.

³⁵ Seminarium hoc nunquam amplius apertum fuit saec. XVII vel XVIII et sors harum pecuniarum ignota permanxit usque ad finem Regni Poloniae.

³⁶ P. Ignatius Jelec, Soc. Jesu. Hic proponebatur ad Metropoliam Kiovensem propter suam acceptiōnem a coetu Nobilium et ob suas divitias; cfr. de eo *Litterae Episcoporum*, vol. II, secundum Indicem nominum et rerum.

³⁷ Post promotionem Gabrielis Kolenda in Metropolitam res haec non amplius tractabatur. Erat tamen remedium malorum tunc temporis, durante Sede metropolitana vacante. Cfr. de hac periodo opus JOANNIS PRASZKO, *De Ecclesia Ruthena catholica sede metropolitana vacante 1655-1665*, Romae 1944.

29. Che sicome vi era anticamente un Cardinale Protettore (f. 380v) della Russia, così supplica, che si rinovi, overo che si aggiunga al Protettore di Polonia.

30. Che si assegni provisione per un residente di Russia in Roma, overo si contentino, che habbia questo titolo il Rettore del Collegio, che pensa la Sacra Congregatione di erigere in SS. Sergio e Bacco, potendo questo giovare sommamente per accrescere la confidenza de Ruteni verso la S. Sede.

31. Per la conversione de scismatici rappresenta, che si proibisca a i monaci convertiti nuovamente l'ordinarsi la seconda volta, come han fatto molti vagabondi, perchè s'irritano con questo grandemente i Scismatici, quando però non fossero stati la prima volta ordinati da qualche persona incerta.

32. Quando i Gesuiti o altri convertono i Scismatici, gli persuadono a passar' al Rito Latino, ma perchè si è osservato, che da questo ne risulta poco frutto, poichè se sono secolari sono freddissimi nelle cose della fede, e se sono monaci, non imparano mai cosa di buono; ma all'incontro si fa gran danno ne Scismatici, a i quali dispiacendo questo, s'indurano maggiormente nell'odio contro gli Uniti; lo rappresentano, acciò si proveda, come si stimarà meglio.

33. Suggerisce finalmente, che se si contentasse la S. Sede d'invitare con le lettere paterne così gli ecclesiastici come i laici Nobili scismatici, come anche le confraternità delle città principali, et i capi dell'esercito polacco, e così ancora il gran duca di Moscovia, il patriarca di Costantino-poli (f. 381) e quel de Moscoviti, altri simili, questa benignità e carità della S. Sede partorirebbe ottimi effetti.³⁸

34. Supplica finalmente delle seguenti gracie per beneficio della natione:

E primieramente che all'altare della Beata Vergine dipinta da S. Luca, ch'è nella cathedrale di Kelma, si conceda indulgenza plenaria in tutte le feste della Madonna così del nuovo come del vecchio kalendario, nelle feste del nostro Salvatore, della Pentecoste, et in tutte le prime domeniche di ciascun mese.

35. Di altre indulgenze per una confraternità istituita in Chelma sotto l'invocatione della Natività della Madonna, nella quale possono ascriversi i confrati dell'uno e dell'altro Rito, e perchè honorano una imagine della B. Vergine, la quale essendo portata nell'essercito si ottenne una vittoria contra i Cosacchi et i Tartari, si è istituita una processione il giorno

³⁸ Cfr. supra, nota 28.

della Pentecoste in memoria di sì gran vittoria, onde anche per questa processione desidera l'indulgenze. Altre indulgenze chiede per una divotione, che si usa in Chelma la domenica dalla Madonna detta Acathyston.

36. Che si rinnovino tutte l'indulgenze date a i Rutheni da Clemente VIII e Paolo V, quali enumera ad una ad una, oltre le quali ne chiede anche delle altre, cioè per tutti quelli, che con la lingua e col cuore confessaranno, che lo Spirito Santo procede dal Figliuolo; per quelli che invocaranno il nome di Gesù, e molte altre.

37. Che si concedano indulgenze a tutti quelli, che si affaticaranno per promovere l'Unione, a chi interviene alle processioni, che si fanno con l'imagini miracolose in honore della Madonna (f. 381v) in Vilna e Minsco. A quelli, che portaranno lo scapolare dell'Ordine Basiliano segnato con la croce. Ai confrati delle compagnie, che son governate dalla loro religione, e che si rinnovino l'indulgenze concesse da Paolo V ad istanza del metropolita Giuseppe Ruschi,³⁹ et altre per le feste proprie de monasterii.

38. Chiede delle reliquie per la cathedrale di Chelma, e per i monasterii di Zirovicio et altre.

39. Perchè concorrono molti cattolici di rito Romano alla chiesa cathedrale unita di Chelma per la divotione di una imagine miracolosa della Madonna, e desiderano di confessarsi, gli Uniti li fanno confessare da qualche sacerdote Romano, che ivi si trovi a caso, dal quale fanno anco consacrare dell'ostie per conservare nell'altare. Supplica il Vescovo insieme con i monaci, che possano ascoltare le confessioni de forastieri quei, che saranno da lui deputati. E se è possibile, almeno in caso urgentissimo, sia lecito ad un sacerdote unito di consacrare nell'istessa Messa le particole in azimo con la forma in lingua schiavona, affermando, che ciò è stato praticato da alcuni Uniti in Vienna di consiglio de Padri Gesuiti, il che però egli quando era nel campo col Re, non ardì mai di fare, ancorchè pregato.

Il P. Pacomio dice, che i suoi monaci comunicano sempre in Rito Latino e tengono in una custodia le particole consacrate da sacerdote latino, sebene qualche volta si fan lecito gl'istessi monaci di consacrare in azimo, stimando (f. 382) di poterlo fare ex epycheia in casu necessitatis, col consiglio de Padri Gesuiti.

40. Che possa trasportare a Chelma il corpo del Vescovo suo antecessore,⁴⁰ che nel principio della guerra con i Cosacchi fu da quei canonici

³⁹ Praesertim anno 1615. Cfr. ex. gr. *Documenta Pontificum Romanorum...*, vol. I, pag. 357, nr. 253, et alia.

⁴⁰ Agitur de Methodio Terleckyj, Episcopo Chelmensi (1630-1648), qui sepultus fuit Crasnostaviae cura Capituli Chelmensis Latinorum.

portata a Crasnostawa, quattro leghe lontano da Chelma, mentre egli stava in esilio.

41. Che nella chiesa di Zirovicio possano dimorarvi quattro teologi con il privilegio di penitentieri apostolici et uso delle verghe, conforme vi sono nella chiesa di Czestocovia, atteso che vi è grandissimo concorso di popolo, e vi vanno anche quelle maestà per la venerazione di una immagine della Madonna, la quale solendosi porgere a baciare a i fedeli, si desidera per questo qualche indulgenza.

42. Che promovendosi la canonizzazione del beato Stanislao Kostcha, vi si unisca anche il beato Iosafat, martire, e intanto se ne ordini il processo, e perchè il corpo del medesimo vien diminuito a poco a poco da quelli, che ne prendono i pezzi per divotione, si proibisca sotto pena di scomunica il levarne più nemeno una minima particella.⁴¹

43. La dispensa della bigamia a Gregorio Schiomaka, Notaro di Valdimiria, perchè possa farsi sacerdote.

44. La dispensa per l'Arciprete di Dubna nella diocese di Premislia,⁴² ch'è sospeso per haver preso la seconda moglie, et anco per il paroco Szeplense, ch'è bigamo.

45. Che si costringa a tornare in Russia con permissione di vivere nel Rito Latino un (f. 382v) monaco che doppo haver finiti li studii in Vienna pigliò la cura di una parrocchia in Ungaria senza licenza de Superiori.⁴³

Che havendo etc.

11.

Roma, post. 25. II. 1665.

Animadversiones Prosecretarii P.F., Manfroni, super petitionibus J. Susza.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. gen.* (Fondo Vienna), vol. 17, fol. 114-115.

⁴¹ Tota materia spectans canonizationem S. Josaphat his annis et sequentibus cfr. in nostra Collectione: *S. Josaphat - Hieromartyr*, vol. I, (1623-1628), Romae 1952; vol. II (1628-1637), Romae 1955; vol. III (1637-1687), Romae 1967. Suam canonizationem sollemnissimam S. Josaphat expectare debuit usque ad 28 Junii 1867.

⁴² Cfr. *Acta S.C. de Prop. Fide*, vol. I, pag. 320-321, nr. 523, ubi de his et similibus instantiis agitur.

⁴³ Agitur de Gabriele Kozovickyj, OSBM, Alumno Pont. Coll. Vindobonensis, ubi admissus erat ad theologiam 30.IX.1639; sed, finitis studiis, remansit in Transcarpatia; cfr. de eo *Litterae Episcoporum*, vol. II, secundum Indicem nominum et rerum.

CONSIDERATIONI

di Mons. Prosegretario sopra la scrittura per la Congregazione particolare de Rutheni.

Al nr. 66. Questo è l'Arciprete di Dubova,⁴⁴ in nome del quale il Vescovo di Prismilia due anni sono rappresentò alla S. Congregatione che si ritrovava sospeso per esser passato doppo la morte della prima moglie alle seconde nozze senza dispensa, della quale ne fece istanza, ma non ostante li motivi addotti di sopra, e quelli che furono all' hora riferiti, l'Eminenze Vostre non condescero a fargli la gratia, non stimandosi espeditivo di aprire questo nuovo esempio non mai per l'addietro praticato, ma ordinaronon che si astringesse a lasciar la donna, che, per quanto si vede, ancora la ritiene.

Al nr. 67, 68 e 69. Si trova sotto li 3 Giugno 1637 rimessa al S. Officio l'istanza de preti Rutheni, per esser dispensati dalla bigamia.

Al nr. 18, dice Monsignore, che il Vescovo di Kelma poco prima del suo arrivo scrisse ch'essendosi appellato a Roma il clero latino di Chelma da un decreto di Mons. Nuntio, con cui gli vien proibito d'esiger le Decime dagl'Uniti, si facesse sospendere ogn'atto sin' alla sua venuta, poichè egli haverebbe portate varie (f. 114v) scritture sopra questo negotio, ma non si sono havute. Si trova però sotto li 17 Decembre 1624, che la S. Congregazione ordinò di scrivere al Nuntio di Polonia, che havendo i Rutheni i proprii parochi, a' quali pagano le Decime, procurasse di liberarli da pagarle a i Latini.

Al nr. 53. Una simil istanza fu fatta nelle passate da Basilio detto Kamien, Polacco, il quale dal vescovo scismatico fu promosso in un sol giorno a tutti gl'Ordini, et havendo poi abiurato lo scisma, se n'era venuto quà per la dispensa di esser ordinato dal vescovo cattolico, et havendo l'Eminenze Vostre rimesso il memoriale al S. Officio, s'intende, che da quella Congregazione sia stata dichiarata... la detta ordinatione.⁴⁵

Al nr. 54. Vi sono molti decreti che lo proibiscono, onde quando l'Eminenze Vostre comandino, si potrebbe confermare o innovare.

Al nr. 30. Dice Monsignore, poter forsi scrivere a questo proposito quel che in altra occasione simile rispose la S. Congregazione, quando un vescovo Rutheno domandò licenza per due sacerdoti Ruteni di poter celebrare al Rito Latino col messale Illirico nella chiesa della Madonna

⁴⁴ Haec adnotatio et sequentes referuntur ad numeros congregacionis de Prop. Fide de dat. 25.II.1665, et hic agitur de archipresbytero Dubnensi Gregorio Szumakovski; cfr. *Acta S.C. de Prop. Fide*, vol. I, pag. 308-322, ubi et alii bigami tractantur hoc anno.

⁴⁵ De hac instantia cfr. in congregacione de dat. 25.II.1665.

di Zirovice,⁴⁶ acciò comunicare i Latini, che in gran numero vi concorrevano, ciò che non era espediente di condescendere alla domanda per divertire i Rutheni scismatici dall'Unione, vedendo permettersi il passaggio al Rito Latino, tanto maggiormente potendo i Latini (f. 115) comunicarsi da i loro capellani, che concorrevano alla festa, come per apunto pare che potrebbero fare anche adesso.

Al nr. 32. Dice Monsignore, che nel Collegio Urbano non si riceve chi è di Rito Greco, perchè non vi è instrutto ne bastante, et il Collegio Greco non sia forsi in stato di potersi caricar di bocche.

Post nr. 1, e pare che meritì qualche riflessione ciò che scrisse il Vescovo di Chelma, che ammettendosi alla metropolia, non sarebbe per riconoscere più la Sede Apostolica, e farebbe tutto a capriccio.

Al nr. 31. È vero, et il Rettore del detto Collegio disse di haver ricordato più volte che si mandino soggetti per empirirli.

Al nr. 24. Mons. Nuntio ancor egli scrisse che si poteva appoggiare il governo spirituale della metropolia all'Arcivescovo di Plosco, con proibizione, che non s'ingerisse nell'amministratione interna della sua Religione, come disse esser stato altre volte concesso dalla S. Congregatione, et anche praticato più volte.

Al nr. 22. Quest'istanza ha fatta Mons. Vescovo sin dal 1661, e l'Eminenze Vostre risposero: *Non expedire.*

Al nr. 16. Altre volte si fece quest'istanza, e fu detto che si sentissero i Gesuiti, ma non si è toccato poi altro.

12.

Romae, (16. VI). 1665.

J. Susza petit facultates metropolitanas, quarum dat elenchum.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. gen.* (Fondo Vienna), vol. 18, fol. 255-257v.

Eminentissimi Principes.

Iacobus Susza, Episcopus Chelmensis unitus, post confirmatum oraculo SS.mi D.mi Nostris Russiae metropolitanum, facultates eidem concedi solitas Vestris Eminentissimis praesentat, supplicatque eas primo apud SS.mum confirmandas, deinde ad Ill.mum Nuntium Regni Poloniae transmittendas esse. Quam Deus etc.

⁴⁶ Forsan agitur de temporibus Metropolitae Rutskyj et objectionibus tunc temporis factis de archimandria Zyroviciensi; cfr. *Epistolae Josephi Velamin Rutskyj*, pag. 180-182, nr. 80, et in aliis voluminibus nostrae Collectionis, praesertim in *Actis S.C. de Prop. Fide*, sub anno 1626.

(f. 258v) Em.mis Principibus S. Romanae Ecclesiae et S. Congr. de Prop. Fide Cardinalibus. Pro Gabriele Kolenda, Metropolitano Russiae.

Signor Card. Orsino. 16 iunii 1665. Servetur solitum, et ad Sanctum Officium. A. Manfronus prosecretarius.

(f. 256) 16 iunii 1665.

Facultates concedi solitae a Summis Pontificibus Metropolitanis Russiae et eius Coadiutoribus. Recens Confirmato Gabrieli Kolenda, Metropolitano Russiae, concedi postulantur.

1. Conferendi Ordines extra tempora et non servatis interstitiis, usque ad Presbyteratum inclusive, si sacerdotum necessitas ibi fuerit.

2. Dispensandi in quibusunque irregularitatibus, exceptis illis, quae vel ex bigamia vera, vel ex homicidio voluntario proveniunt.

3. Dispensandi super defectu aetatis unius anni, ob operariorum paenitentiam, ut promoveri possint ad sacerdotium, si alias idonei fuerint.

4. Dispensandi et commutandi vota simplicia, etiam Castitatis, ex rationabili causa, in alia pia opera, non tamen Religionis.

5. Dispensandi in quacumque Simonia, et in reali, dimissis Beneficiis, et super fructibus male perceptis iniuncta poenitentia salutari vel eleemosina, arbitrio dispensantis.

6. Dispensandi in 3 et 4 Consanguinitatis et affinitatis simplici et mixto, et in 2, 3 et 4 mixtis, non tamen in 2do solo, quoad futura Matrimonia; quo vero ad praeterita etiam in 2do solo, cum iis qui ab haeresi vel infidelitate convertuntur ad fidem Catholicam, et in praeteritis casibus prolem susceptam declarandi legitimam.

7. Dispensandi super impedimento publicae honestatis Justitiae ex sponsalibus proveniente.

8. Dispensandi super impedimento Criminis, neutro tamen Coniugum machinante, ac restituendi ius petendi amissum debitum.

9. Dispensandi in impedimento Cognitionis spiritualis, praeterquam inter levantem et levatum.

10. Hae vero dispensationes matrimoniales, videlicet 6ta, 7ma, 8va, et 9na, non concedantur nisi cum Clausula: dummodo mulier rapta non fuerit, vel si rapta fuerit, in potestate raptoris non existat, et in dispensatione tenor huiusmodi facultatum conferatur cum expressione temporis, ad quod fuerint necesse.

11. Dipsensandi in gentilibus et infidelibus plures uxores habentibus, ut post conversionem et Baptismum quam ex illis maluerint, si etiam ipsa fidelis fiat, retinere possit, nisi prima voluerit converti.

12. Consecrandi Olea cum sacerdotibus, qui poterunt haberit, dummodo ad minus sint quinque, non tamen extra diem Caenae Domini.

13. Delegandi simplicibus sacerdotibus potestatem benedicendi paramenta et alia utensilia ad Missae Sacrificium necessaria, ubi non intervenit unctio, et reconciliandi ecclesias pollutas aqua ab Episcopo benedicta et in casu necessitatis etiam aqua non benedicta ab Episcopo.

14. Largiendi ter in anno Indulgentiam plenariam, contritis et confessis et Sacra Communione refectis.

(f. 256v) 15. Absolvendi ab Haeresi et Apostasia a fide et a Schismate quoscunque, etiam Ecclesiasticos, tam saeculares quam regulares, non tamen eos qui ex locis fuerint, ubi Sanctum Officium exercetur, nisi isti nati sint ubi impune grassantur Haereses, et post Iudicialem abiurationem illuc reversi, in haeresim fuerint relapsi et hoc in foro conscientiae tantum.

16. Absolvendi ab omnibus Casibus Sedi Apostolicae reservatis etiam in Bulla Caenae Domini contentis.

17. Concedendi Indulgentiam plenariam primum conversis ab Haeresi atque etiam fidelibus quibuscunque in articulo mortis, saltem contritis, si confiteri non potuerint.

18. Concedendi Indulgentiam plenariam in oratione 40 horarum, ter in anno indicen. diebus ipsi Episcopo benevisis, contritis et confessis et Sac. Communione refectis, si tamen ex concursu populi et expositione Sanctissimi Sacramenti nulla probabilis suspicio sit sacrilegii ab Haereticis et infidelibus, aut Magistratum offensum iri.

19. Lucrandi sibi easdem indulgentias.

20. Singulis secundis feriis ac in die c mmemorationis defunctorum et singulis diebus infra illius octavam, non impeditis officio, vel eis impeditis die immediate sequenti, celebrandi Missam de requie in quocunque altari etiam portatili, liberando animam secundum eorum intentionem a purgatorii paenis per modum Suffragii. Cum illa conditione expressa: dummodo in qualibet ex dictis Ecclesiis tres saltem sacerdotes existant.

21. Tenendi et legendi et suis Religiosis Theologis concedendi Libros haereticorum, vel infidelium de eorum Religione tractantium, ad effectum eos impugnandi et alias quomodolibet prohibitos, praeter opera Caroli Molinei et Nicolai Machiavelli, ac libros de astrologia iudicaria, principaliter aut incidenter, vel alias quomodolibet de ea tractantes, ita tamen, ut libri ex illis provinciis non efferantur. Quia Scismatici ad promovendum suum Schisma haereticos invocarunt, qui etiam haereticos errores, suos per libros, spargunt, atque ideo opus est, ut concedatur licentia eiusmodi suis Monachis unitis.

22. Praeficiendi Parochiis Regulares, eosque suos deputandi Vicarios in defectu Saecularium, de consensu tamen suorum Superiorum.

23. Celebrandi bis in die, si necessitas urgeat, ita ut in prima Missa

non sumpserit ablutionem per unam horam ante auroram, et alia post meridiem (f. 257), sine ministro, sub dio, sub terra, in loco tamen decenti, etiamsi altare sit fractum et sine SS. Reliquiis et praesentibus haereticis, schismaticis et infidelibus atque excommunicatis et aliter celebrari non possit.

24. Deferendi SS.mum Sacramentum occulte ad infirmos, sine lumine illudque sine eodem retinendi pro eisdem infirmis, in loco tamen decenti, si ab haereticis aut infidelibus sit periculum sacrilegii.

25. Induendi vestibus saecularibus, si aliter vel transire ad loca eius curae commissa vel in eis permanere non poterit.

26. Recitandi Rosarium vel alias preces, si Breviarium secum deferre non poterit vel Divinum Officium ob aliquod legitimum impedimentum recitare non valeat.

27. Dispensandi quando expedire videbitur super esu carnium, ovorum, et lacticiniorum, tempore ieuniorum et praesertim quadragesimae.

28. Praedictas facultates communicandi (non tamen illas quae requirunt Ordinem Episcopalem, vel non sine sacrorum oleorum usu exercentur) Suffraganeis, Religiosis, vel Sacerdotibus idoneis, qui in eius dioecesi laborabunt, et praesertim tempore sui obitus, ut Sede Vacante sit qui possit supplere donec Sedes Apostolica, certior facta, quod quamprimum fieri debebit per delegatos, vel per unum ex eis, alio modo provideat, quibus delegatis Auctoritate Apostolica facultas concedatur Sede Vacante, in ea necessitate consecrandi calices, patenas et altaria portatilia sacris oleis, ab Episcopo tamen benedictis.

29. Et praedictae facultates gratis, etc.

Sequentes Indulgientiae concessae sunt a magno SS. Clemente VIII, ad Instantiam Ill.mi Hipaty Pociey et caeterorum Episcoporum Ruthenorum, post redditam Sanctitati Suae obedientiam, initamque cum S. Romana Ecclesia Unionem. Has etiam, utpote concessas Metropolitanis antecessoribus, praesens confirmatus a SS.mo Domino Nostro, Ill.mus Gabriel Kolenda, concedi supplicat pro se atque alijs Episcopis Russiae.

Coronis, Rosariis, Crucibus, numismatibus, et imaginibus, anno Domini MDXCVI. Quisquis apud se habeat unam ex his Coronis, Crucibus, Rosariis, Numismatis et Imaginibus benedictis, confessus et communiciatus fuerit, orando pro exaltatione et augmento S. Ecclesiae, Unione Christianorum Principum, extirpatione haeresum feritatisque Paganorum repressione, toties quoties id fecerit, plenariam indulgentiam consequetur.

(f. 257v) Quicunque pro confirmatione Ruthenorum in fide, initaeque ab eis cum S. Romana Ecclesia Unionis felici successu, accessioneve ad eandem reliquarum gentium, quae adhuc luctuoso implicatae Schismate

tenantur, ter orationem Dominicam cum salutatione Angelica Symbolumque Apostolorum, semel, aut Psalmum: Quare fremuerunt gentes, dixerit, vel quocunque modo utrumque istorum, opera aut consilio promoverint, centum annorum Indulgentiam lucrabitur.

Quisquis, item confessus et communicatus, aut confitendi et communicandi semel saltem in quolibet mense propositum habens, Rosarium vel Coronam recitaverit, pro qualibet vice 500 annorum Indulgentiam consequetur.

Quicunque conscientiam suam examinare quotidie solitus, post peractum examen, ter orationem Dominicam et ter salutationem Angelicam pro necessitatibus S. Ecclesia dixerit, decem annorum Indulgentiam lucrabitur.

Quisquis habens in usu recitare Coronam ter in septimana, confessus et communicatus fuerit oraveritque, ut supra, in quolibet Domini et B. Virginis Festo plenariam Indulgentiam consequetur.

Item dicens Psalmum: Laudate Dominum omnes gentes, supplebit defectus quoscunque in recitatione Divini Officii aut celebratione Missae inanimadvententia commiserit.

Quicunque, in agone aut extrema vitae periodo constitutus, nomen IESU, si ore non possit, corde et animo proferat, plenariam Indulgentiam lucrabitur.

Omnis autem hae praedictae Indulgentiae et singulae earum applicari etiam poterunt per modum Suffragii animabus constitutis in purgatorio, faciendo vel dicendo, prout in supradictis continetur.

Sufficiat autem ad consequendas has omnes indulgentias unam ex his Coronis, Rosariis, Crucibus, Numismatis et Imaginibus penes se, aut ante et coram se habere, quae, observatis supradictis, ubique locorum atque pro omnibus valeant.

Romae, ex Typographia Vaticana. — Superiorum permissu.

13.

Vilna, 11. VII. 1665.

Metropolita Kioviensis, Gabriel Kolenda, gratias agit pro sua elevatione ad metropoliam et petit benedictionem auxiliatricem.

ASV, *Vescovi*, vol. 49, fol. 179 (orig.).

Sanctissime ac Beatissime Pater, Domine Domine Clementissime.

Sensit Unio Sancta fecundum verbum Beatitudinis Vestrae, quo infirma mundi, qualis eram ipse, elegit, ut confundat fortia. Haec dona Sedis Sanctissimae Petri, cum in me derivata conspicio, eas Sanctitati

Vestrae referto gratias, quas animus ipse capere potest, simulque gaudentis Russiae de Metropolitano eidem proviso, non possum non testari laetitiam. Hinc enim pusillum nostrum gregem, contra acies Schismaticas terribilem factum, atque duce Pastore fortia agere et pati ausurum quis dubitet? Et iam erigenti caput eoque valentius adorituro hostem, Paternam Suam Beatitudi Vestra adiicere dignetur benedictionem: hac solidatus grex iste, generosos in vinea Domini operarios, sudantesque pro gloria Dei, iterum atque iterum Sanctae Romanae Ecclesiae dabit athletas.

Interim pedibus Sanctitatis Vestrae prono advolutus osculo, annorum vitae faustam ac diuturnam seriem, ex animo meis subscribo votis.

Sanctitatis Vestrae humillimus ad pedes servus,
Vilnae, 11 Julii 1665.

Gabriel Kolenda, Archiepiscopus (m. pr.).

14.

Roma, 18. VII. 1665.

Joannes Oliva, Praep. generalis Soc. Jesu Card. A. Barberini de non pertrahendis Ruthenis ad Ritum Latinum.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. gen.* (Fondo Vienna), vol. 17, fol. 137.

Em.mo e R.mo Signor mio, Padrone Colendissimo.

Significo riverentissimamente a Vostra Eminenza, essersi da me con ogni più ossequiosa puntualità eseguiti i due ordini della Sacra Congregazione de Propaganda, fatti a favore dell'Unione de' Ruteni della Polonia. Poichè non si metterà più verun' opera in persuadere, che i convertiti dallo scisma passino al Rito Latino, potendo con loro maggiore utilità, e con minore offesa degli Scismatici, fermarsi nel Greco, per altro approvato dalla Sede Apostolica. Quanto poi al raccomandare i Ruteni cattolici a nostri Padri di Polonia, confessò a Vostra Eminenza non essermi stato necessario l'adoperare molta premura, mentre ciò si eseguiva da essi con affettuosissimo zelo. E umilissimamente la riverisco.

Dal Giesù, 18 Luglio, 1665.

Di Vostra Eminenza humilissimo, obligatissimo e divotissimo servitore

Giovanni Paolo Oliva.

(f. 138v) Rutheni. Roma 18 luglio 1665. Il Padre generale de Gesuiti. Che eseguirà l'ordine della S. Congr. di non far passar Rutheni al Rito Latino, e che li suoi Religiosi aiutano quelli Religiosi etc. Reponatur.

15.

Roma, 27. VIII. 1665.

Copia litterarum A. Barberini, de anno 1644, de Alumnis Ruthenis in Coll. P.F. admittendis.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. gen.* (Fondo Vienna), vol. 17, fol. 139-140.

27 augusti 1665.

Lettera del Cardinal Sant'Onofrio per metter dui alunni in Collegio Urbano.⁴⁷

In nomine Domini. Amen.

Haec est copia ingrossationis epistolae infrascriptae ad Acta Cancellariae Ill.mi et R.mi D.ni Ioannis de Torres, Romani etc. in Regno Nuntii apostolici oblatae, videlicet:

Die vigesima sexta martii 1650. Haec est copia litterarum Eminentissimi et R.mi D.ni Cardinalis S. Honufrii, collegii Propagandae Fidei protectoris, scriptarum R.mo D.no Episcopo Methodio Terleschio, producta in Actis Cancellariae huius per Adm. R.dum Patrem D.num Iacobum Susza, sacrae theologiae doctorem, Sanctae Romanae Ecclesiae Catholicae unitum, ad acta huius ingrossari tenoris infrascripti, videlicet:

Ab extra: R.mo D.no Methodio Episcopo Chelmensi et Belzensi Rutheno, etc.

Ab intra: R.me D.ne uti frater. Magna in Domino laetitia affecti sumus, quod Dominationis Tuae sincera pietate et catholicae religionis amore, ea per epistolam tuam Cracovia datam ad nos afferuntur, quae pastorali tua sollicitudine digna sunt; cui non mediocri auxilio futura ea germina speramus, quae a Rutheno caelo in Romanum translata, uberrimos dioecesi tuae producent fructus. Quapropter binos quos Dominatio Tua huc missura iuvenes promittit praestolamur, ut in Collegio de Propaganda Fide non solum doctrinarum fontem hauriant, sed etiam sacrarum ceremoniarum ritu et verae pietatis lacte pascantur, brevique istuc in vinea Domini tecum laboratur revertantur. (f. 139v) Amamus in iis praecipue eorum alterum phylosophiae, ut scribis, alterum theologiae audiendae iam idoneos esse. Nam si altioribus scholis aptos Dominatio Tua ad nos mittet, et facilius hic erudiantur, et quam citius ad te probe redibunt, quibus Russiam repetentibus poterit Dominatio Tua vel binos vel ternos semper denuo Romam mittere, ubi quamvis nationum istarum

⁴⁷ Cfr. hanc epistolam in *Litterae Episcoporum*, vol. II, pag. 54, nr. 31, sub dat. 13.XI.1644.

collegium nobis impensis gravissimis praepeditis exstruendi et fundandi facultas non sit, ut viva voce Dominationi Tuae hoc postulanti respondimus, frequentibus tamen adolescentium ad Collegium de Propaganda Fide isthinc missionibus, eosdem prorsus dioecesis tua fructus colliget, ac si Russia et Prussia in Urbe collegio proprio fruerentur, atque ita petitionis etiam tuae fini, qui in catholicam fidem amplificandam dirigitur, omnino satisfiet. Caeterum in ecclesia et domo Patrum Ruthenorum necessariam quidem collabentium, si quae foret, partium restaurationem, non autem novam exstructionem polliciti iam praestabimus, et erga nepotem tuum nostra officia desiderari non patiemur. Valeat Dominatio Tua, nostrique memor apud Deum esto.

Romae, idibus Novembbris 1644.

Dominationis Tuae uti frater addictissimus

Fr. Antonius, Card. S. Honuphrii.

Gabriel Lewicki, procancellarius.

(f. 140) Ex actis supra memorati Ill.mi et R.mi D.ni Nuntii apostolici in Regno Poloniae extractae et sigillo Suae Ill.mae et R.mae Celsitudinis communitum.

(Sigillum Nuntii de Torres).

Gabriel Lewicky, publicus s. authoritate apostolica notarius, ad mandatum Ill.mi pro Cancellario subscrispi.

(f. 140v) L'originali di queste scritture si sono consegnati a Mons. Vescovo di Chelma, di 27 Agosto 1665.

16.

Posonia, 20. X. 1665.

Epistola Archiepiscopi G. Lippay ad Nuntium Viennensem in negotio provisionis episcopatus Mukačoviensis et aliorum.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. gen.* (Fondo Vienna), vol. 17, fol. 62r-63r.

LACKO M., *Unio Užhorodensis...*, Romae, 1955, Appendix, pag. 244, nr. 54.

Excellentissime ac Reverendissime Domine Colendissime.

Binas accepi Excellentiae Vestrae cum omni submissione proximis diebus litteras. Priores quidem ratione confirmationis et translationis episcoporum ad Coronam Regni hujus Hungariae spectantium et super abusibus, qui circa praedictos episcopatus vigent, tollendis.

Circa quae sic informatam esse cupio pro hac vice Excellentiam Vestram: Me hactenus quoque nullatenus intermisisse admonere nominatos episcopos, ne ea quae sui sunt officii, intermittent. Facturum denuo idipsum occasione felicis ingressus Excellentiae Vestrae in hanc Nunciaturam, et voluntatis Sacrae Congregationis ac Suae Sanctitatis.

Verum in eo difficultatum summam, et cardo rei versatur, quod praedicti nominati episcopi asserent, se hactenus quoque obligationi suae minime defuisse, sed pro confirmatione atque etiam translatione apud praedecessores Nuntios, ipsamque Sedem Apostolicam institisse, et si quid eatenus omissum fuisset, aut neglectum, deinceps quoque media omnia possibilia adhibituros. Quominus tamen voti sui compotes fierent, obstitisse difficultates et impedimenta, quae a Sacra Congregatione et Sede Apostolica opponebantur. Quae cum nonnisi autoritate Suae Maiestatis Caesareae et Regiae, tanquam Regis Hungariae componi et accommodari possint, expectandum esse felicem Suae Majestatis redditum Viennam, et inter quem et Sedem Apostolicam tractari et statui oportebit, quinam illi sint episcopatus, qui proprie ad nominationem Suae Maiestatis pertineant, et usu possessioneque hactenus firmata reperiuntur.

Gravis sane haec est quaestio, de qua discursus et praetensiones ultro citroque inchoatae, et Suae Majestati exhibitae, in Cancellaria Hungarica haerere videntur.

Circa quae omnia meum debitum affectum, et omnem conatum, prout hactenus feci, ita deinceps quoque adhibere sum paratissimus.

Alterae litterae Vestrae Excellentiae erant: Num vacantem episcopatum Ritus Graeci Sanctitas Sua cuiquam benemeritae et idoneae personae conferre vel committere, ut missionario Apostolico, debeat.

Quo in negotio magni sane ponderis, et in quo salus ut minimum trecentarum millium animarum sita sit, et Deus Optimus praeclarissimam, si, inquam, hoc tempore occasionem suppeditare videatur praedictas animas lucrificandi, et ad gremium Sanctae Matris Ecclesiae reducendi, ita et de aliis omnibus, prout etiam de priori maximo puncto, Excellentiae Vestrae medio Reverendissimi Domini Episcopi Vacziensis, primitus Viennam mittendi, uberiorem informationem transmittere non sum omis- surus. Interim id solum Excellentiam Vestram hac vice Sacramque Congregationem, et Sedem Apostolicam summe ac demisse rogatam habeo, ne properet Sacra Congregatio, aut Sua Sanctitas cuiquam Ruthenorum episcopatum in Hungaria conferre, aut missionarios Apostolicos destinare, donec accepta omnimoda informatione id statuatur, quod ad Gloriam Dei et salutem animarum spectaverit vel maxime, neque confusiones fiant, et optima occasio elabatur in optimum ordinem redigendi Ruthenos istos, et graecae fidei populos ac sacerdotes. Servet Deus Excellentiam Vestram in annos quam plurimos salvam, et incolumem.

Ego vero maneo dum vivo Excellentiae Vestrae devotissimus et obli- gatissimus servus

Archiepiscopus Strigoniensis (m.p.).

Posonii, 20 Octobris, Anno 1665.

17.

Vindobona, 31. X. 1665.

Epiſtola Nuntii Vienensis ad Praefectum S. Congr. de Prop. Fide, transmitendo Romam praecedentem epistolam Archiep. G. Lipppay.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. gen.* (Fondo Vienna), vol. 17, fol. 61.

Eminentissimo et Reverendissimo Patrone Colendissimo.

Ancorchè la risposta annessa di Mons. di Strigonia circa gl'abusus introdotti da vescovi nominati alle chiese d'Ungheria non mi sodisfi molto, mentre suppone il Prelato, che si fatti inconvenienti habbiano le radici tropp'alte, e che perciò non sia di facile provincia il svellerle così di piano, tuttavia mi giova sperare, che l'applicatione de remedii opportuni servirà per trattenere i progressi del male, se non sarà atta à sanarlo intieramente. E mentre à tal fine io continuerò le mie pratiche appresso chiunque bisogna, doppo che havrò inteso quanto deve riferirmi à bocca Monsignor Vescovo di Vaczien., à Vostra Eminenza fò humiliſſima riverenza.

Vienna, 31 ottobre, 1665.

Di Vostra Eminenza Reverendissima servitore humiliſſimo, devotissimo et obligatissimo

Giulio, Arcivescovo di Laodicea.

18.

Roma, an. 1665.

Jacobus Susza instat de nominatione Metropolitae Kiovensis, ut possit providere de eparchiis vacantibus.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. gen.*, (Fondo Vienna), vol. 18, fol. 38, 39v.

Beatissime Pater.

Jacobus Susza, Episcopus Chelmen. Unitus, nomine Rhussiae Unitae, quam apud S. Sedem istam nunc repreäsentat, supplex defert S. Vestrae summum S. Unionis discrimen. Ad quod, exemplo hactenus in Rhussia inaudito, toto iam decennio vacante Metropolitana Sede, delata; anno superiore, Episcopum Premislien. unaque cum eo Episcopatum etiam ipsum, nunc vero recentissime Archiepiscopum Smolenscen., eundemque interim, dum hostis habet Smolenscum, Episcopum Pinscen., discrimine utriusque huius quoque Dioecesis luit. Litura propediem se denique ipsam, nisi Sanctitatis Vestrae gratia quamprimum salutet Metropolitam, qui sedibus hisce, sua in Archidioecesi Pastoribus destitutis, op-

portunè, quod sui munii est, provideat. Et iam adsunt, nominatione privilegioque Principis, tres totidem illis Cathedris sufficiendi Candidati. Porro Orator vertit identidem deprecantem apud S. Vestram stilum, in personam Domini Archiepiscopi Polocen., qui vexatione plus quam unquam supplex alterque factus, a Regia vero Maiestate pridem in Metropoliā nominatus, desinit amplius demereri Sanctitatis quoque Vestrae hanc erga se clementiam, maxime tantis Sanctae Unionis perurgentibus momentis.

Quam Deus etc. etc. ...

(f. 39v) Sanctissimo Domino Nostro. Alla Congregatione de Propaganda Fide.

Pro Episcopo Chelmense Rutheno Unito.

19.

Roma, an. 1665.

Chelmensis Episcopus petit, ut ipsi restituantur 14 parochiae a non Unitis occupatae tempore commotionum cosacorum.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. gen.* (Fondo Vienna), vol. 18, fol. 40, 41v.

Eminentissimi Principes.

Jacobus Susza, Episcopus Chelmen. et Belzen. orat humillime Eminentias Vestras, ut specialibus litteris ad Serenissimam Reginam directis, postulent restitui sibi 14 Parochias in bonis Lubomlensibus, eiusdem Serenissimae contentas. Cum enim Schismaticus Wyhowski, Dux Cosa-corum,⁴⁸ ob communis boni integritatem, et rationes, ut aiunt, status, alliceretur praemiis fieretque Senator Regni, et ex liberalitate Reginalis Maiestatis praedictorum bonorum haeres, illico praefatas 14 meas Parochias schisma profiteri obedientiaque sui Pastoris cedere coegit. Quem ego multoties meis, et nomine Nuntij Apostolici, catholicis litteris ad S. Unionem pertrahere, vel saltem emollire conabar; sed verberavi aerem. Tandem, Domino rebus Unionis opem ferente, contigit ut anno elapso 1664, Rebellionis meditatae contra Rempublicam convinceretur, et de-repente a milite Polono globis traiectus, inglorius suis, opportune nobis perierit. Hinc pariter, et bona eiusdem ad Serenissimam, cuius gratia pos-sederat, iterum devoluta. Ergo, ut et praedictae Ecclesiae, de mandato

⁴⁸ Joannes Vyrovskyj, dux cosaccorum (1657-1659); cfr. de ipso amplissimam epistolam Jacobi Susza de dat. 18.III.1659 simul cum adnotationibus, in *Litterae Episcoporum*, vol. II, pag. 132-155, nr. 94, et alia volumina nostrae Collectionis secundum Indicem nominum et rerum.

eiusdem restituantur Episcopo Chelmen. Ruteno, uti proprio Pastori, atque ad obedientiam S.R. Ecclesiae redeant, suam apud Reginalem Maiestatem Eminentiae Vestrae citissimam interponant instantiam. Idemque Nuntio Apostolico erit committendum.

Quam Deus.

(f. 41v) Eminentissimis Principibus Sac. Congreg. de Prop. Fide Cardinalibus.

Pro Jacobo Susza, Episcopo Chelmensi, de recuperandis suaे Dioecesis
14 Parochiis.

20.

Roma, an. 1665.

Varia petita Episcopi Chelmensis, Jacobi Susza, de eparchia et ecclesiis suaे eparchiae, de alumnatibus pro clericis suaе eparchiae, de Seminario in Russia, de synodo celebranda, de exemptione Religiosorum, de P.I. Jelec, de bigamis etc.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. gen.* (Fondo Vienna), vol. 18, fol. 43-45.

Petita privata Episcopi Chelmen.

In Cathedra mea Chelmensi reperitur imago B.V. in cupresso, ut publica vox est, a S. Luca depicta, ab Imperatoribus Constantinopolitanis Basilio et Constantino Fratribus, sub annum Christi 1000-m Duci Russiae Vladimiro primo Christiano donata, cum eorum Sororem in matrimonium duxisset. Gloria miraculorum, et victoria sub Beresteczko de Tartaris et Cosacis obtenta, cum in Castris apud Serenissimum esset, clarissima. Ad maiorem igitur S.mae Virginis cultum, ad Ecclesiam dictam indulgentias pro omnibus festis B.V. tam novi, quam veteris Calendarii. tum etiam pro festis Salvatoris, Pentecostes, et pro primis Dominicis cuiusque mensis obnixe peto.

Frequenter solent ad hunc locum, varii homines utriusque Ritus, miraculorum grandium gratias experti, confluere, et sacramenta Divina percipere. In festivitatibus vero celebrioribus, praecipue Nativitatis B.V. Calendarii veteris, adeo magnus variis ex locis eo appellit populus, ut quandoque supra decem millia numerari possint. Nec Sacerdotes Latini civitatis Chelmensis (qui solum communiter duo vel tres sunt), etiamsi rogati, possunt imo quandoque nec volunt hominibus Latini Ritus illuc confluentibus inservire. Quin etiam sacerdotibus tum saecularibus, quam regularibus, in hoc pio opere laborantibus, variis modis obsistunt et obloquentur. Ideo propter solatium tot peregrinantium, etiam maximae Nobilitatis hominum, impetravi oretenus licentiam ab Ill.mo D. Episcopo

Chelmen. Latino moderno, ut confessiones talium nostri idonei excipere possent religiosi, et faciunt.

Caeterum tam saeculares quam regulares sacerdotes Latini, saepe hic celebrantes, hostias consecrant, quas decenter conservatas, dum desunt illi, saepe nostri Religiosi more latino distribuunt. Et licet Ill.mus idem Episcopus voluerit dare etiam mihi licentiam consecrandi hostias, sub eodem Nostro Sacro, non ausus sum eam sine scitu Sedis Apostolicae acceptare. Quia tamen generali opus est licentia Confessiones excipiendi (aliquando enim levi data occasione, erga nos exacerbantur, partim Domini Episcopi, partim Latinum Capitulum), et saepissime evenit, ut Latini venientes ad hunc Sacrum locum, aliquando absque confessione, aliquando confessi absque communione et solatio recedant. Insuper accidit quandoque, ut latini laici, cum non possint latinam communionem, etiam Graecam recipere desiderent, nobis omnino pernegantibus, neque in Ritum Sacrum Latinum sese intrudentibus. Quare SS.mo D. et Sacrae Congregationi supplico, ut dignetur dare facultatem audiendi talium itinerantium confessiones. Et si quando nullus adfuerit sacerdos latinus pro consecrandis hostiis (f. 43v) Ritu Latino, detur mihi soli facultas eas consecrandi, sub Sacrum meum, et in absentia mei Vicario meo generali, idque solum tempore necessitatis, alias ad praesentes sacerdotes Latinos semper recurremus.

Decretis Sac. Congregationis de Propaganda Fide pro quatuor religiosis nostris et duobus Laicis Ruthenis, in Collegio Graeco concessus fuerat locus, et practicatum id fuit. Tandem R.mus olim Methodius Terlecki, Episcopus Chelmensis, impetraverat etiam pro semper locum in Collegio de Propaganda Fide pro duobus Monasterii Chelmensis Religiosis; eo defuncto etiam id practicatum fuit. Atque de hoc ultimo datae sunt litterae Eminentissimi Cardinalis Antonii Barberini, titulo S. Onofrii, Ill.mo Secretario Albericio. His vero proximis annis tantum tres nostri Religiosi fuerunt in Collegio Graeco. Proinde rogat submisso Religio Nostra, ut admittantur iterum quatuor. Caeterum ego ipse humillime peto pro meis Chelmensis duobus, ut vel ad Collegium de Propaganda Fide admittantur, vel in locum Laicorum duorum, ad Collegium Graecum ita, ut 6 Religiosi etiam imposterum recipi possint. Probatum enim est, quod longe melior sit fructus Sacrae Romanae Ecclesiae ex nostris Ruthenis, quam ex Graecis, qui in Collegio memorato SS.mi Domini Nostri beneficio perfruuntur.

Annis ab hinc duobus in Polonia quaesitus sum ab Ill.mo Nuncio nomine Sac. Congregationis de Propaganda Fide, de Seminario in Russia erigendo, ubinam commodius esse posset? respondi de duobus locis: Minsco et Chelma; Minsci fuerunt iam Scholae et Seminarium, licet non adeo do-

tatum, redactum tamen ad bonum ordinem, antequam Moschus eas partes occupasset. Et quidem Minscum, et totius Palatinatus Minskensis provincia, ab hoste est libera, sed miserrime desolata. Seminarium cum scholis combustum, monasterium cum Ecclesia (quia inibi praesidium sibi Mosci muniverant) nostris oppugnantibus diruta. Nihilominus locus est valde aptus, versus albam Russiam extensus, frugifer, populosus: illic Schismatici haberent illicium ad studia tractanda, et Seminarium ingrediendum. Deinde, etiam Chelmensis terra, maxime frugifer, confinis Volhiniae, et Russiae rubrae Palatinatibus, in quibus plurimi Schismatici, Chelmae ipsa imagine miraculosa toti Poloniae Russiaeque commendata. Hic Schismatici propter devotionem egregiam, cultum Virginis eximum, populi advenientis frequentiam, passim convertuntur. Scholae sunt humaniiores, quondam labore meo promota, bellis interruptae, sed iterum excitatae, Privilegiis regum et SS.mi Urbani VIII Brevi munitae. Quodsi accederet Seminarium, maxima iuventutis Schismatica ad fidem S. pertrahendae occasio foret: Praecipue quod et Ritum servare, et studia tractare possent; et ex illis sacerdotes caelibes (f. 44) fierent, quorum exemplo etiam alii ad eundem caelitum pertraherentur. Proinde, si Sanctitati suae D. Nostro Clementissimo et S. Congregationi placuerit, saltem pro aliquibus Minsci, pro aliquibus Chelmae fundare seminaristis, sive etiam in aliquo horum sigillatim, omni qua par est submissione peto.

Synodus toti Unioni Provincialis, ut olim S.R. Ecclesiae rescripto, qui aliquibus temporibus celebraretur, concessa fuit, ita praecipue nunc ad reformandas res Unionis est necessaria; quemadmodum etiam omnes eam Episcopi et Praelati uniti petunt. Addatur tamen aliquis de Brachio Sedis Apostolicae (si ita placet) vel ex praelatis Ill.mi Poloniae Nuncii, qui, violatis canonibus de beneficiorum pluralitate, et aliis serio prospiciat, et eos fortiter tueatur. Et si placet SS.mo et Sacrae Congregationi, concedatur Nobis, ut aliquem ex Aula Regia de spiritualibus latinis, bene Unioni faventibus, assumamus, qui etiam privilegiis Regum, a variis Nostris Praelatis violatis, tam in aliis rebus, quam in eadem pluralitate beneficiorum prospiciat, et in integrum ea restituat.

Religio ne sit sub regimine Metropolitae, sed sub Generali sive Protoarchimandrita, cum omnibus Archimandritis, propter magnam non Religionis solum, sed etiam Unionis utilitatem, est necesse, de quo antea sunt datae informationes. Hoc tamen cavendum, ut in Sacris ceremoniis, et quoad munia Episcopalia omnino subsint, et Metropolitanum ut pastorem suum in Metropolitana dioecesi, in aliis alias Episcopos agnoscant et revereantur.

Dixi in Sacris Ceremoniis, hasce enim Religiosi vehementer destruunt,

et novitates introducunt, cum scandalo tam schismaticorum, quam ipsorum unitorum.

Petii a R.mo Generali Societatis Jesu nomine Illustrissimorum Episcoporum nostrorum et Religionis, R.P. Ignatium Jelec,⁴⁹ ut ei e Societate facultatem transeundi ad nostram Religionem daret, et dedit. Proinde etiam a SS.mo D. et Sac. Congregatione licentiam de Ritu ad ritum transeundi, humiliter rogo.

Hac aestate Religiosum Nostrum Joachimum Ohilewicz R.mus Generalis O.D. Basilii Italograecorum, nescitur cuius authoritate, et scitu contra decretum Sedis Apostolicae ad suam Religionem suscepit Romae, latineque celebravit, et aliquo eum direxit. Proinde rogo plurimum, det rationem memoratus R.mus facti huius Sedi Apostolicae. Quia alias decreta eiusdem in contemptum vadunt, et discolis impunitis aperiuntur portae effugii, ac ulterioris insolentiae.

Ante annos circiter sex in Dioecesi Luceoriensi Schismatica (in qua tamen inveniuntur ad centum Sacerdotes Uniti) Presbitero Dubnensi Andreae Reczynski,⁵⁰ bonae notae, et perutilem suis serviis in hac dioecesi Unioni Sanctae, R.mus bonae memoriae Chmielowski, Praemysliensis noster Episcopus, administrator Dioeceses dictae quoad unitos, permisit, mortua prima uxore, ducere secundam, existimans se posse impetrare licentiam apud (f. 44v) Ill.mum Nuncium Apostolicum. Sed ea non obtenta suspendit eum ab Officio Divino, nam beneficium nullum, nisi ager, quem arare procurat. Itaque suspensus hucusque manet, et ad incitas fere redactus est, sustentando vicarium. Tamen in servitiis Unionis, huc et illuc excurrendo, schismaticos a parochiis unitis repellendo, ad varios Dominos, ut unitos sacerdotes tueantur, solicitando, unitos ipsos difficillimo hoc tempore animando, et confirmando, clerum instruendo et defendendo nunquam deficit. Supplicatque per me SS.mo, ut non obstante bigamia, altari inserviat. Nam et dimittere uxorem non potest, propter periculum vitae suae, a nobilibus uxorius consanguineis, et schismatici eum in suas partes trahunt, promittentes hanc indulgentiam, et ille, in fide S. bene constans, ad eos recedere penitus recusat.

Supplico etiam pro altero Unito presbitero Gregorio Szumakowski,

⁴⁹ Ignatius Jelec, Soc. Jesu, qui proponebatur suo tempore in metropolitam Kiovensem, ob eius divitias, acceptiōnem ex parte Nobilitatis et cosaccorum; cfr. de eo quae habetur in *Litterae Episcoporum*, vol. II, secundum Indicem nominum et rerum.

⁵⁰ Cfr. *Litterae Episcoporum*, vol. II, pag. 234, nr. 148, et pag. 267, nr. 165, ubi petitiones Ep. Peremysliensis P. Chmelovskyj in eius causa habentur, cum exitu negativo in rescripto anni 1662, die 22 februarii: «nullo modo expediāt novum hoc exemplum».

ex Dioecesi Vladimiriensi, qui ante Ordines susceptos bigamus realis fuit. Nunc autem est in Ordinibus, ut divina possit celebrare.

Similiter pro tertio bigamo reali, Joanne Theodorowicz ex eadem Dioecesi Vladimiriensi supplico, qui nullum adhuc Ordinem suscepit, sed suscipere desiderat. Isti omnes pauperes sunt, sed Ecclesiae necessarii. Et si qui ex Schismaticis bigami reales sacerdotes, conversi ad Unionem accederent, in quacumque dioecesi (quia in hac bellorum turbatione multa facta sunt, et quae licebant apud Schismaticos, nos non audemus, nisi cum scitu Sedis Apostolicae facere) illorum rogo absolutionem, et ut ad servitium altaris admittantur dispensationem. Habemus enim omnium talium bigamorum, a Sede Apostolica, variis ante decretis, ad altare admissionem.

Si R. Pater Provincialis Nostrae Religionis⁵¹ (ut brevi spero futurum) in Patriam dimittatur, cum solatio aliquo dimittatur, praecipue ut pro bono ordine servando, in regimine Religionis ego meo, ipse suo, confirmemur, sicut omnes Episcopi et Praelati volunt; donec postea in Synodo, collatis omnibus difficultatibus, aliquid aliud statuamus, et ad S. Sedem pro confirmatione statutorum recurramus.

Plurimas ego Chelmae, et in tota mea Dioecesi (uti etiam alii Domini Episcopi in suis Dioecesibus ab aliis) a Capitulo et Clero Latino Chelmensi patior iniurias, nec unquam iustitiam ab illis, etiamsi recurram ad officiale, et ordinarium, refero. Iniuras nonnullas solum strictim commemoro. Canonicus quidam Chelmensis et commendarius, invasit Caemeterium meum, Nobilem quaedam persecens, et facta obsanguinolentatio multa. Idem sacerdotem quendam meum ludibrioise concussit; famulum meum in nundinis quibusdam sclopetis armatus persecutus est, occisurus nisi effugeret. Virginis SS.mae Imaginem, quod illic (f. 45) miracula soleant esse, et populus confluat, invidus, aethyopissam vocavit. Me absentem, in diversorio publico, ad duellum cum Maria Sua, hoc est imagine provocavit. Cuidam Ruthenae nobili cum latino, feria quarta magnae hebdomadae passionis apud Ruthenos (iam in novo Calendario post Pascha fuit), cum famulo suo iussit dari matrimonii benedictionem, quod postea di-remptum et dissolutum. Alteri bonae notae nobili Unitae lethaliter aegrotanti, quasi Unitorum fides esset mala, nescio qualem persuasit Unionis revocationem quod post tres dies facta latina convalitura esset. Quae confessa, latino Ritu communicavit, sed non convalescens et mutationem dolens ad ecclesiam meam sepeliri se iussit, nec a marito, persuadente

⁵¹ P. Pachomius Ohilevič, qui tunc Romae agebat simul cum Jacobo Susza; dein fuit Provincialis etiam sub Gabriele Kolenda (usque ad an. 1675), et demum et ipse Protoarchimandrita (1675-1679).

eodem Canonicō, sepulta fuit. Quā certe tentando Deum de miraculo sanitatis, in fide etiam perplexam fecit; Me ex eo, quod argētūm Ecclesiae meae pro solutione militū, de licentia SS.mi, Latinis extradere iussum in Regnum solum Poloniae, non extradiderim, excommunicare per suum Vicarium ausus. Sed hanc frivolam excommunicationem, ex canonistis, ipsumque, quod litteris Apostolicis aliquid addiderit, cum Rutheni in illis non includerentur, esse excommunicatum publice demonstravi. Plura alia oppressionis exempla omitto.

Remedium tamen a S. Sede Apostolica eorum omnium subnixe postulo; et praecipue ut nobis via recta sit agendi cum illis coram Nuncio Apostolico. Nam usurpatum in Polonia, Canonicos non posse nisi ab Episcopis, idque in sua Dioecesi iudicari. Officialis vero, non solum Canonicos non iudicat, sed neque parochos in similibus iniuriis vult iudicare. Episcopus autem Chelmensis fere nunquam solet esse in dioecesi sua, sed in Abbatia residet, culpans redditum Episcopatus sui paucitatem. Iterato itaque rogo, ut ad Ill.mum Nuncium recta in omnibus iniuriis, non ad latinos Officiales, recurramus, quia nullam nobis administrant Iustitiam.

Jacobus, Episcopus Chelmensis (m.p.).

(f. 45v) Alcune domande del Vescovo di Chelma. — Polonia, Russia.

21.

(*Hungaria, 1666*).

Ut videtur, informatio Primatis Hungariae de monasterio Mukacoviensi.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. gen.* (Fondo Vienna), vol. 17, fol. 73-76.

ARCHIV. STATUS VINDOBONENSE, *Acta Romana*, vol. 7, fol. 69-100.

HODINKA A., *Okmanytara...*, nr. 166, pag. 213.

In nomine D. Jesu Christi.

Brevis informatio de monasterio Munkacziensi ejusque Ep.po et dioecesi praetenso.

Arx Munkacz et situ seu natura montis, in quo est collocata, et propugnaculis regularibus ac moeniis, quibus est munita, est fortissima. Ista arx cum suo oppido et omnibus bonis adjacentibus est in Regno Hung. et in cot.tu Bregiensi, sub moderni Imperatoris absoluto dominio ac in dioecesi Agriensi. Quia ista arx, uti praemissum est, est fortissima et principes Tran.niae nunquam fuerunt, nec de facto sunt tuti et securi in illorum principatu, ideo omnes modos quaerebant, ut hanc arcem pro ultimo refugio possent in ditione et dominio imperatorio, uti Regis Hung. habere. Ita Gabriel Betlehemus,⁵² excludendo verum ac legitimū posses-

⁵² Gabriel Bethlen, princeps Transylvaniae (1613-1629).

sorem Ill.mum D. Comitem quondam Nicolaum Eszterhassy, palatinum Regni Hung., ex arce Munkacz, in pacis conditionibus illam a Ferdinando II obtinuerat, cum cot.tibus posseditque usque ad mortem. Vita functus, reliquit principissae suae consorti Catharinae Brandenburgicae; verum posteaquam Georgius Rakoczy senior⁵³ fuisse introductus ex Hung. pro principe Tran.niae ibique in principatu stabilitus, incepit animo volvere, quomodo posset arcem Munkacz fortissimam in suam potestatem redigere. Collusit tandem cum Ballingio, praedictae arcis capitaneo, qui, exclusa principissa Bethlehemissa, intromisit praesidium Rakoczianum arcemque ipsam tradidit possidendam Rakoczio, a. 1633. Successu temporis Rakoczius movit bellum contra imperatorem Ferdinandum III, et contra partes inferiores Hung., a. 1644. Facta tandem suspensione armorum cum Rakocio 1645, paceque conclusa 1647, in conditionibus pacis cesserunt Rakocio 2 cot.tus, Zabolcz et Szattmar, et arx Munkacz occupata cum suis bonis. Demortuo Rakoczio sen., relicta ejus principissa sectae calvinisticae, exivit ex Tran.nia et, ut majorem securitatem haberet in arce Munkacz, notabilem summam pecuniarum deposita Ferdinandu III per palatinum Hung. Paulum Palfi ac mediante statutione regia se ac suos posteros in illa hereditavit et perpetuavit. Occiso a Turcis Georgio Rakoczio jun. demortuaque principissa sene, juniore relicta principissa, Sophia Bathori, cum filio unico, Francisco Rakoczi, successit in possessionem arcis Munkacz, oppidi et bonorum Munkacz et consequenter monasterii Munkaciensis, non procul ab arce et oppido penes fluvium Tarcza fundati per Theodorum ducem de Munkacz pro monachis Ruthenis Gr. R. schismaticis cum collatione 2 possessionum, mola, certis decimis ac jure montano. Monachi Ruteni dicti monasterii a. 1458 recurrerunt ad Mathiam Corvinum glor.mum Regem Hung., qui plebaniam, quam in ecclesia S. Nicolai tenebant monachi monasterii Munkaciensis, alias monostor dicti, quae regiae jurisdictioni subjacebat, confirmavit. Ferdinandus vero I, a. 1552, dedit facultatem praedictis monachis Ruthenis reaedificandi molam in fundo penes fluvium Tarcza dictum, citra damnum tamen arcis Munkacz detimentumque proventuum regiorum ac citra cujuscunque alterius injuria. Isabella, Regina Hung. in a. 1558, facit primam mentionem Ep.pi et monachorum Ruthenorū in monasterio S. Nicolai prope oppidum Munkacz existentium et habitantium. Tandem Joannes II, Rex Hung., juxta datam informationem in a. 1561, dat facultatem Ep.po dicto Lariona substituendi alium ep.pum in sui locum praedicto monasterio. Idemque Rex non dioecesanis Munkaciensibus, uti praetenditur, sed presbyteris

⁵³ Georgius Rakoczy I seu senior, princeps Transylvaniae (1630-1648).

in dioecesi praescripti claustris constitutis, i.e. ad plebaniam S. Nicolai pertinentibus presbyteris graecam fidem profitentibus mandat, ut praestent obedientiam sintque subjecti eidem. Maximilianus vero, electus Rom. Imperator et Rex Hung., mediante humili supplicatione requisitus a Superiore jamfati monasterii Munkaciensis Gr. R. in a. 1569, mandat suis officialibus Munkaciensibus, ut Ep.pum claustris Munkaciensis in suis functionibus non impediatur neque proventus illius ac res qualescumque pro se usurpet. Gabriel vero Betlehemus, princeps Tran.niae et D.nus arcis Munkacz, anno 1622, 11 Jan., dat amplum privilegium Ioanni Gregorii Gr. R. schismatico eumque Ep.pum ad praedictum monasterium recipit, non amore cath. fidei aut causa unionis cum Ecclesia cath. Rom., sed in odium verae fidei, ut ille Ep.pus sua pertinenti doctrina in schismate multos conservet, plurimos suo veneno inficeret et a vera orthodoxa cath. fide in errorem abduceret haberetque auxiliares copias, quibus posset cath. religio in Hung. extingui et de medio tolli. Hoc eodem motivo Georgius Rakoczi sen., princeps Tran.niae, uti iniquus possessor arcis et oppidi Munkacz, in anno 1634, 15 Jan., dedit simile privilegium.⁵⁴ Ex his constat, quale et cujus conditionis fuit et sit monasterium S. Nicolai Ruthenorum Gr. R. penes oppidum Munkacz in cot.tu Beregiensi, dioecesis Agriensis in Hung. situatum. Patet etiam non fuisse, neque de facto esse dioecesim Munkaciensem, sed semper retroactis temporibus et saeculis e Russia mittebantur illuc Ep.pi schismatici, qui illam miseram et rudem plebem veneno suo inficiebant manebantque Superiores illius monasterii Munkaciensis. Sunt enim in Regno Hung. diversi districtus seu ut illi nominant Krajne dominiorum: est enim Krajna Makoviczensis, Krajna Sztropkoviensis, Krajna Homonnensis, Krajna Vinnensis, Krajna Ungvarensis, Krajna Szeredniensis et Krajna Munkaciensis, in quibus Krajnis omnes incolae sunt Rutheni Gr. R. Verum adhuc vivente Rakoczio, Ill.ma quondam D. comitissa Anna Jakosics, relecta vidua Ill.mi quondam Ioannis Drugeth de Homonna ac judicis curiae regiae, Petro Parthenio, Ep.po Gr. R. adhuc schismatico in oppido suo Ungvar nuncupato dederat domum pro habitatione, quatenus paulatim disponeretur ad unionem, et cooperante illa bona Domina allisque zelosis missionariis apostolicis, maxime vero Illustrissimo quondam Ep.po Agriensi, Benedicto Kisdi ac successore ejusdem, moderno nominato Ep.po Agriensi Thoma Palfi ac tandem ultimatim (ab) Archiep.po Strigoniensi b.m. Georgio Lippai,⁵⁵ qui Petrum

⁵⁴ Cfr. de his privilegiis documentum in *Litterae Episcoporum*, vol. II, pag. 16-27, nr. 15.

⁵⁵ Georgius Lippay, Archiepiscopus Strigoniensis; obiit 3.I.1666. De eius meritis cfr. quae habentur in *Litterae Episcoporum*, vol. II, secundum Indicem nominum et rerum.

Parthenium, Ep.pum, ex beneplacito Sedis Apostolicae a censuris, in quas incurrerat dando pecunias Gr. R. schismatico Ep.po, dicto Savae, endaverat et absolverat, ad unionem orthodoxae fidei cum 300 circiter sacerdotibus recesserat. Hinc etiam praedicta Domina et ejus filius Georgius Drugeth de Homonna, Prorex partium Regni Hung. superiorum, per interpositionem caesaream, libertaverat sacerdotes Ruthenos a laboribus, ad quos instar aliorum rusticorum praestandos compellebantur, incarceraabantur et mulctabantur. Et quamvis multo major sit Krajna Homonnensis et Ungvariensis etiam per se considerata, quam sit Munkacsensis, Domina tamen Homonnaiana nec vita functa, nec moderna, Maria Eszterhazy, Georgii Homonnai relictta, praetendit nominare Ep.pum Ruthenum, sed ab Ep.po Agriensi propositum, tamquam in sua vera et legitima dioecesi, in oppido suo Ungvar patiebatur Ep.pum Ruthenum unitum Gr. R. usque ad suum obitum. Ex his Congregatio prudenter et sapientissime determinabit et concludet, cuinam competit nominatio Ep.pi ad claustrum Ruthenorum Gr. R. collocandi pro cura omnium Ruthenorum talis ritus in toto Regno Hung. existentium, quorum uti aperte constat sunt multa millia. Illa opinio non videatur esse mala, quatenus Ill.ma principissa Rakocziana, Sophia Bathori cum filio Francisco Rakoczi et D. Maria Eszterhazi Homonnaiana, Comes Sigismundus Petheo, Domicella Catharina Rakoczi, filia quondam Ladislai Rakoczi et alii possessores Krajnaru primo invicem concluderent, tandem supplicarent Sua Mat.ti, tamquam Regi Hung. et Domino absoluto illorum cot.tuum, ubi reperiuntur tales Rutheni Gr. R., ut Sua Mat.tas nominaret dignam personam in Ep.pum Ruthenum, qui a Metropolitano Kioviensi consecraret illucque sub sacra obedientia mitteretur maneretque in monasterio Munkacziensi et regeret Ruthenos in toto Regno Hung. existentes. Pro majori tamen praemissorum notitia petenda esset informatio a praenominato zeloso, pio et vigilantissimo Ep.po nominato Agriensi, Thoma Palfy.

22.

Roma, 12. I. 1666.

Secretarius P.F. refert de instantia pro canonizatione B. Josaphat.

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni generali* (Fondo Vienna), vol. 18, fol. 262v.

Dopo le gracie, che vivissime rende all'EE.VV. l'Arcivescovo di Plosco della Metropolia de Rutheni uniti, conferitagli li mesi passati da Nostro Signore, supplica assieme con gl'altri Vescovi, et Archimandriti à non lasciar di promovere la canonizatione del B. Giosafat Martire per consola-

tione della Natione,⁵⁶ e per confusione de Scismatici, non lasciando anche di raccomandare poi se stesso, la sua Chiesa, e questa di SS. Sergio e Bacco alla protezione dell'EE.VV.

Die 12 Januarij 1666.

Cum...

A. Manfronus, Prosecretarius.

23.

Roma, 8. II. 1666.

A.epi Larisseni (Nunt. Varsavien.) Summarium quorundam litterarum in Curia exaratum.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. gen.* (Fondo Vienna), vol. 17, fol. 65-67v.

Summarium. 8 februarii 1666.

Mons. Nuntio di Polonia, a cui furono partecipate molte cose della relatione de Rutheni uniti, che havevano bisogno di maggior dichiaratione o di provvedimento, invia ad alcune di esse le risposte secondo l'informatione, che ne ha havuta.⁵⁷

La 1^a istanza, che il Vescovo di Chelma in nome loro faceva, era che si rinnovassero e confermassero le Bolle di Clemente VIII e Paolo V, con le quali fu concesso al Metropolita de Rutheni di eleggere e consacrare i loro vescovi, senza ricorrere perciò alla Sede Apostolica, volendo solo che si ricorra ad essa per la confirmatione del Metropolita, e che a quelle si aggiungesse la concessione della libertà et essentioni ecclesiastiche, che in esse era stata expressa.

Quanto al primo, risponde Mons. Nuntio, che questo privilegio non può rivocarsi in dubio, et essersi così sempre praticato, ma quanto all'essentioni, che dimandano, e che essi dicono esser le medesime che hanno li Latini, benchè molte volte per lor trascuraggine non gli siano fatte buone, non stima necessario, che habbiano da confermarsi o inserirsi nella renovatione che dimandano delle dette Bolle.

La 2^a era, che si ordinasse sotto pene di censura, che se gli restituissero l'imagini sacre et ornamenti di chiesa, che essendo stati tolti loro da Cosacchi e Moscoviti, sono poi capitati in mano de Religiosi latini, che non vogliono restituirli; e risponde Mons. Nuntio (f. 65) che molte di queste

⁵⁶ Fuit canonizatus anno tantummodo 1867, modo sollemnissimo; cfr. de eius Documentis beatificationis et canonizationis notam 41.

⁵⁷ Agitur de provisionibus datis in congregazione de Prop. Fide, die 25 februarii 1665; cfr. *Acta S.C. de Prop. Fide*, vol. I, pag. 308-322, nr. 523.

sono già state restituite, e particolarmente una imagine della Madonna, dove si fa maggior premura, e per il rimanente quando daranno lumi necessarii, opererà, che si faccia l'istesso.

La 3^a, che si ordinasse a i Francescani di Minsco di desistere dal voler far eseguire un decreto ottenuto dalla corte secolare contro di loro, che per far piazza alla loro chiesa, si butti a terra un loro cimitero antico, esibendosi di rifargli le spese, purchè si quietino, e quanto a questo, dice Mons. Nuntio, che mostrandosi i frati di non più curarsi di far eseguir questo decreto, cessa il bisogno di far a i medesimi alcun ordine.

La 4^a, che alcuni del clero latino tenendo occupati molti beni spettanti a chiese Ruthene, si ordinasse, che il Nuntio apostolico astringa alla restitutione quelli, che li ritengono. Dice Mons. Nuntio, che questi beni consistono la maggior parte in parrocchie, le quali in diversi tempi per le scorrerie de barbari sono passate alle mani de Latini, siccome molte chiese di questi sono passate a diversi Religiosi, e che stima poco meno che impossibile il fargliele loro restituire, con tuttociò vi farà ogni diligenza.

La 5^a, che si facciano tornare al Rito Greco quelli, che sono passati al Latino, e Mons. Nuntio stima poter bastare, che in futuro (f. 66) non passino da un Rito all'altro, perchè si causarebbe gran scompiglio in far tornar quelli, che vi son passati.

La 6^a, che succedendo le vacanze delle loro chiese, possano li Capitoli eleggere un amministratore, come fanno i Latini, e che quello, che sarà nominato vescovo, non possa prender possesso, se non doppo passato l'anno. A questo risponde, che essendo li capitoli de Rutheni composti di gente così rozza, che non è capace di governo di chiese, non può haver luogo ciò, che si pratica nelle cathedrali de Latini, e che se si dovesse star'un anno a prender il possesso dal nuovo vescovo, non haverebbe in questo tempo da poter vivere.

La 7^a, che essendo stato concesso altre volte dalla Sede Apostolica luogo per 4 alunni nel Collegio di Vilna e di Brunsberga, si conceda anche adesso; e quanto a questo, dice Mons. Nuntio di haver inteso, che quando hanno havuti soggetti atti alli studii, hanno supplicato la Sede Apostolica per 3 o 4 luoghi nelli detti Collegii, e li hanno ottenuti, ma che hora in Vilna non ve ne sono più doppo l'occupatione di quella città fatta dalli Moscoviti, et in Brunsberga due, o tre, che ve n'erano, se ne ritornarono a casa, ricusando di prestare il giuramento, nondimeno perchè al presente non ricusarebbero più di darlo, stima, che potrebbe concedersegli la gratia, che dimandano.

(f. 66v) L'8^a, che essendo stata concessa loro facoltà di convocare in certi tempi un Sinodo provinciale per gl'interessi dell'Unione, se gli conceda anche adesso, che ne hanno maggior bisogno, con questo, che vi

presieda un ministro del Nuntio, e v'intervenga qualcheduno della corte del Re.

A questo risponde, che per privilegio della Sede Apostolica possono convocarlo ogni quattro anni, ma che non stima necessario l'assistenza del detto ministro, e molto meno quella del ministro laico, che se quest'ultimo vi intervenne qualche volta, ciò fu nel principio dell'Unione, per difenderli dalle violenze de Scismatici.

La 9^a, che se gl'impetrino dal Re li medesimi privilegii et esentioni, che ad istanza de Cosacchi furono concessi ultimamente a i Scismatici, con liberarli dalle contributioni pubbliche, come n'è esente il clero latino. Risponde Mons. Nuntio, che ciò non pare ne hora, ne tempo, ne possibile, trattandosi di privilegii estorti con l'armi in mano da Cosacchi ne' Comitii, quali ne meno se gli sono mai stati fatti, ne se gli faranno buoni, ma con diverse dilationi se n'impedisce l'esecuzione.

La 10^a, di scriver al Re di Polonia, che faccia restituire alla Chiesa di Premislia et a varie chiese li beni occupati loro da Scismatici. Risponde Mons. Nuntio, che al Vescovo di Premislia si è ricuperato tutto quello, di (f. 67) che per morte del suo antecessore era stata spogliata la sua Chiesa ultimamente dal vescovo scismatico; e quanto a gli altri beni levati, tanto a questa, come ad altre loro chiese, dice, che il Vescovo di Chelma dovrebbe ricordarsi delle fatighe, che si sono fatte, e che continuamente si fanno per impedire, che gl'Uniti non siano spogliati del rimanente, siccome il Senato promise ne' Comitii, et in ogni Dieta vien sforzato da Cosacchi a commetterne l'esecuzione, benchè per mezzo de commissarii deputati si procuri di farla sempre differire.

La 11^a, che si passasse ufficio con la Regina di Polonia, che restituisse alla Chiesa di Chelma le 14 parrocchie ad essa spettanti, che furono comprese ne i beni, che per ragion di stato furono dalla medesima donati al Wikowski, et adesso per la morte di lui sono di nuovo tornati alla medesima regina. A questo risponde, che non potendo la Maestà Sua dar'hoggi queste parrocchie a gl'Uniti, se non sforzando i parochi scismatici, in mano de quali hoggi si ritrovano, o a partirsene, o a tornare alla fede cattolica, non par tempo di potersi da Sua Maestà tentar questa forza, e perciò non ha stimato a proposito di passarne verun officio.

La 12^a, che si proibisse a i monaci Rutheni di rittener più benefitii senza licenza della Sede Apostolica, come hanno introdotto di fare da poco in quà; et a questo risponde, che la (f. 67v) ritentione di più benefitii nella Russia, quando anche era tutta scismatica, rarissime volte fu praticata, nel principio alcune volte, ma con licenza della Sede Apostolica. Doppo poi ne hanno ritenuti quanti n'hanno potuto havere senza dispensa. Et al supposto, che i vescovi, in cambio d'applicare qualche parte delle

loro entrate in benefizio delle loro chiese, alienano gl'argenti et ornamenti delle medesime, e che aggravano i monaci con appropriarsi le rendite de loro monasterii, dice di non sapere, che al presente si manchi in ciò, si come era già una volta, e che nemo di questi vescovi, che sono tre, cioè Chelma, Vladimiria e Premislia, ve ne sia alcuno, che non risieda, fuorchè quello di Chelma che sta in Roma per interessi della sua chiesa.

La 13^a, che havendo un tal Giovanni Dubowich, Vilnense, fatto nella sua morte un legato di 20 mila fiorini al collegio de' SS. Sergio e Baccho, dove morì, si facciano ricuperare da i Carmelitani Scalzi, in mano de quali stanno. Rispondono li Padri ritenerli in vigore d'una sentenza ottenuta in partibus, e che gl'Uniti, ancorchè se ne fussero appellati a Roma, non si sono poi curati di proseguir la causa...

L'ultima, che non potendosi per causa di molti competitori dar' il possesso dell'archimandritato di Vilna a chi è stato conferito dalla Religione, ne resti padrona la medesima, fin a tanto che l'elettione habbia effetto, per cederla poi al previsto, e dice Mons. Nunzio che essendo stato eletto per il vescovo il Padre Bialozor, che lo possiede, lo cederà alla Religione.

24.

Roma, 15. VI. 1666.

Adssessor S. Officii, G. Marescotti, A. Manfroni, de instantiis Ruthenorum.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. gen.* (Fondo Vienna), vol. 18, fol. 265.

Ill.mo e R.mo Signor mio, Padrone Osservandissimo.

Fù nella Congregatione tenutasi giovedì passato⁵⁸ avanti Nostro Signore proposta l'istanza del Vescovo di Chelma unito col metropolita et altri vescovi della Russia (rimessa da cotesta sua Sacra Congregatione) sopra di che si concedano al Metropolita di Russia nuovamente fatto le facoltà concesse a suoi antecessori;⁵⁹ e che si conceda facoltà a lui, o al deto Metropolita, di dispensare con quelli sacerdoti, che ritornando al grembo di Santa Chiesa possino celebrare non ostante il vitio della bigamia da essi contratta vivendo fra Scismatici, per qualche numero particolare, in conformità di simil facoltà concessa dell'1660.

E perchè la Sacra Congregatione annuit all'una e l'altra di dette

⁵⁸ Die 8.VI.1666; deest in nostra Collectione; facultates expetitae habentur sub nr. 12, de dat. 16.VI.1665.

⁵⁹ Inde a temporibus Unionis Berestensis fere omnes Metropolitae hisce facultatibus gaudebant, praesertim de iis instabat Raphaël Korsak; videas in eius *Epistulis*.

istanze, e qui suppongono che cotesta Sacra Congregatione habbia da qualche anno in quà mutata formula di tali facoltà, potrà Vostra Signoria Ill.ma far stendere da suoi Secretarii la formula come vole di dette facoltà, e mandarmela, acciò possa farsene la spedizione come desidera il Vescovo di Chelma, che è stato appresso di me. Et a Vostra Signoria Ill.ma faccio riverenza.

Di casa, questa matina, martedì 15 Giugno, 1666.

Di Vostra Signoria Ill.ma divotissimo et obligatissimo servitore

G. Marescotti.⁶⁰

25.

Roma, 30. VIII. 1666.

Ep. Jac. Susza Congr. P.F. supplicat pro subsidio ad redeundum in patriam.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. gen.* (Fondo Vienna), vol. 17, fol. 147.

Eminentissimi et R.mi Principes, D.ni, D.ni et Patroni Colendissimi.

Esto sane non sine rubore meo, iteratas tamen Vestris Eminentii tendo preces, ut dignentur mihi in patriam meditanti accommodare pecuniam, qua ipse cum socio religioso et familis honeste possim ad propria redire. Est in quo requirar: habeo episcopatum, archimandriam, argentum proprium, ne memorem alia. Sum sub manu Ill.mi Nuncii apostolici in Polonia, per quem omnia Sacrae Vestrarum Eminentiarum Congregationi sine ulla difficultatibus celerrime, vel oppignoratis bonis, possum refundere. Praecipue cum non in meis solum, sed etiam aliorum episcoporum et totius Unionis negotiis hic manserim. Qui dato mortis meae casu possunt restituere. Nota etiam merita mea in S. Catholicam Ecclesiam, dum tempore Ill.mi olim Nuncii de Torres eum quem teneo episcopatum, adhuc administrator, vitae meae periculo defendi, utpote quod a Schismatis cathedrali ecclesia extractus, concussus, laceratus, spoliatus omnibus, per unum annum et medium exul (quod humiliter et ex necessitate dictum accipi velim), 150 parochias et totam civitatem Chelmensem in obedientia S. Romanae Ecclesiae cum quotidiano mortis metu conservaverim; et postea totum episcopatum cum aliquot centenis animarum millibus ex manibus eorumdem, Deo Domino auxiliante, vindicaverim. Notum etiam est Em.mo cardinali Vidono, cum Nuncium ageret in Polonia, quam laboriose S. Ecclesiae, et ad nutum Suae Eminentiae, postpositis sumptibus, incommoditatibus, periculis valetudinis meae semper inserviverim. Ad

⁶⁰ Galeatus Marescotti fuit dein Nuntius Apostolicus Varsaviae (1668-1670).

quorum similia, licet ipse mea sponte etiam in posterum sim paratissimus praestanda, calcar tamen Vestrae Eminentiae additurae sunt, si me in hac mea necessitate, ex bellis patriae, et ex malo ordine domesticorum proveniente, cum restitutionis onere, iuvare dignabuntur.

Quas Deus etc.

(f. 152v) S. Congregationi de Propaganda Fide. Signor Card. Vidoni. Pro Episcopo Chelmensi cum S. Romana Ecclesia unito. Summarium.

26.

Roma, 30. VIII. 1666.

Ep. Jac. Susza petit, ut nomine Summi Pontificis mittantur litterae hortatoriae non-Unitis, de Canonizzazione B. Josaphat et de promovenda Unione alisque negotiis.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. gen.* (Fondo Vienna), vol. 17, fol. 151rv.

MUH, vol. III, pag. 271, nr. 149.

Em.mi et R.mi Principes.

Petierunt in suis punctis omnes R.mi Episcopi Rutheni et alii Praelati in porrecto a me anno superiore et ulterius Sacrae Congregationi de Propaganda Fide memoriali, ut nomine SS.mi D.ni Nostri per litteras invitentur Schismatici ad Unionem cum S. Romana Ecclesia;⁶¹ ita nunc ego, ut brevi iam discessurus, hoc idem commemoro, et humillime a Sacra Congregatione peto. Siquidem id mere fidei catholicae incrementum et salutem animarum concernit. Praecipue autem id nunc videtur faciendum, quando ipsi Schismatici in Polonia ad istam Sanctam Unionem aspirant, licet bellorum strepitu impediti hoc sanctum negotium ad felicius tempus distulerint.

Scribendum porro ad hos videtur:

1. Ad Praelatos eorum, qui sunt Archiepiscopus metropolitanus Kiioviensis, Episcopi Luceoriensis, Praemysliensis, Leopoliensis, Mscislaviensis; reliqui sunt Archimandritae seu Abbates, Piores multorum, imo centenorum monasteriorum, et clerus saecularis. Et quidem bonum esset, ut ad hos episcopos scribatur divisim, et in personis eorum ad totum clerum regularem et saecularem cuiuslibet dioecesis.

2. Scribatur ad Ill.mum D.num Paulum Teteram, ducem Kosaticum Sacrae Regiae Maiestatis, qui partes magnas non apud varios solum

⁶¹ Litterae missae fuerunt tantummodo tempore novi Pontificis, Clementis IX, sub dat. 23.VII.1667; cfr. in *Litterae S.C. de Prop. Fide.* vol. I, pag. 285-292, nnr. 423-434.

magnates Schismaticorum, sed etiam apud Praelatos habet, quin etiam apud ipsos Cosacos.

3. Sit epistola una ad Magnates Ruthenos schismaticos et Nobilitatem totam in Magno Ducatu Lituaniae et Russia Alba existentem.

4. Epistola ad Nobilitatem Volhiniae et adiacentium illi partium.

5. Ad Nobilitatem et Leopoliensem et Camenecensem et caeteros ad illam pertinentes.

(f. 148v) 6. Ad Nobilitatem Praemysliensem et aliorum districtuum circa illam.

7. Ad sodalitium Vilnense, quod est caput variarum sodalitatum in Magno Ducatu Lituaniae, cui varii nobiles cives nomina sua inscribunt. Quia si haec sodalitas Schismaticorum ad Unionem concederet, facile aliae quoque pertrahentur.

8. Ad sodalitium Leopoliense, quod est caput sodalitatum schismatistarum in Volhinia, Russia Rubra et Nigra, ut aiunt.

Scribere etiam opus ad alias in aliis negotiis. Et quidem primo ad Sacram Regiam Maiestatem, significando, quod SS.mus Dominus et S. Romana Ecclesia beatum Iosaphat, Archiepiscopum Polocensem promittat canonizandum cum eo, quicunque primus est canonizandus, ad effugiendos ab Unitis sumptus. Deinde dignetur me Sacra Congregatio commendare et negotium Decimorum Serenissimo uti iustissimum, ut Sacra Regia Maiestas partes nostras tueri velit, et decreta Curiae Romanae ad executionem deducere.

Super utroque negotio dignetur scribere ad Sacram quoque Reginalem Maiestatem. Similiter ad Ill.mum Nuncium Poloniae, ut et tueatur hoc Decimorum negotium et executioni dari procuret.

Ad Ill.mum Metropolitanum unitum et simul ad episcopos. Similiter ad Religionem nostram, significando pariter de beato Iosaphat martyre, Archiepiscopo Polocensi, quod ad instantiam S. Regiae Maiestatis et Reipublicae Polonae Lituanaeque, simulque illorum ipsorum, Sanctissimus Dominus promiserit beatum Iosaphat canonizare cum alio, quicumque primus canonizabitur; ut inde et Praelati uniti cum Religione et toto clero, ac universis Unitis consolationem aliquam capere possint.

(f. 151) Caeterum ad Nobilitatem terrae Chelmensis, ut sicut foverunt Unionem Sanctam in suis districtibus, ita etiam fovere velint, et eam omnibus modis promovere.

Pariterque ad Nobilitatem palatinatus Belzensis, uti ducti fidei catholicae zelo, ubique in ditionibus tam regalibus quam propriis Unionem Sanctam inducant et promoveant.

Porrexeram de episcopatu Hungarico Rutheno Sacrae Congrega-

tioni memoriale et informationem;⁶² in hoc discessu meo libenter resolutionem haberem. Primo in transitu Viennae, in aula Sacrae Caesareae Maiestatis de eo conferrem; deinde sciens certum quid, in patria de persona ad eum episcopatum promovenda laborarem; alias difficile postea erit hac super re agere in tam remotis et dissitis partibus; et timendum, ne qui promovere hoc bonum opus desideraverunt, resiliant propter tarditatem expeditionis.

Duo alumni Collegii Graeci, Ioannes Camillus et Ferdinandus Riccius, desiderarent nostram in Russia intrare Religionem. Supplico Sacrae Congregationi, ut detur illis licentia intrandi Religionem. Quia certius est illos apud nos veriores futuros Unidos, quam in Graecia, et pro gloria Dei certius et fructuosius laboraturos; cum praecipue simus unius eiusdemque Ritus, facileque possent, in rebus Unionis et Religionis in Russia solide fundati, etiam in Graecia postea inservire.

Ill.mus Metropolitanus Russiae unitae, et D.ni Episcopi supplicant Sacrae Congregationi, ut D.nus Auditor Ill.mi Nuncii Poloniae eos non iudicet, sed solus D.nus Nuncius, et quidem primae instantiae coram eodem metropolitano et episcopis iudicentur. Anno enim elapso evenit, ut quando de bonis Spiahō dictis, ad monasterium Vilnense Unitorum legato pio devolutis, et in foro civili castrensi Trocensi et supremo tribunali Vilnensi adiudicatis, Nobilis quidam in iudicia dicta contumax et bonorum dictorum invasor (f. 151v) expulsus esset, D.nus Auditor Nuncii Poloniae, post habitu foro metropolitano et primae instantiae, ad quod monasterii dicti archimandrita, nominatus Episcopus Pinscensis,⁶³ causam pertinere aiebat, nihilque curans adiudicationem bonorum factam monasterio per forum civile, causam quidem principalem ad Curiam Romanam remisit, in gratiam vero Nobilis in foro civili contumacis, bona et fructus contra omnem aequitatem suo decreto sequestravit.

Supplicavi Sacrae Congregationi de accommodanda mihi pecunia 600 scutorum, partim ut debita nonnulla solverem, partim ut viaticum haberem; quam pecuniam in patria omnino restituisset, siquidem habeo episcopatum, archimandriam, habeo argentum proprium. Domini insuper episcopi omnes Rutheni me in variis Unionis negotiis, ut in causa beati Iosaphat, in metropolia danda, variisque, ut scitum est, Russiae rebus, Romam direxerunt, licet ego quoque habuerim mea negotia. Proinde etiam dato quod morerer, illi ipsi solvere possent debitum de episcopatu meo. Et probavit Sacra Congregatio missa mihi non ita pridem 600 scuta.

⁶² Cfr. supra, sub nr. 8 (supplicatio) et sub nr. 7 (informatio).

⁶³ Post obitum Andreae Kvasninskyj (1654-1660) nominatus fuit Episcopus Pinscensis Marcianus Bialozor (1666-1697), tunc Archimandrita Vilnensis.

Ergo et alia possum habere ad solvendum, si mutuaret. Sed quia non placuit Sacrae Congregationi mihi eam mutuare pecuniam, dignetur vel abeuntem in patriam quocumque iuvare; posset me vel hoc ipso beneficio ad servitia sua (quae semper antea praestiti, uti bene notum est Ill.mis nunciis Poloniae) obligare.

(Fol. 149 insertae sunt inscriptiones epistolarum ad Ruthenos non Unidos demandandarum, manu ipsius Suszae conscriptae, quae hic per extensum referuntur).

Illustri et Magnifico Domino Paulo Tetera, Exercitus Zaporosiensis Duci, Gubernatori Lubomliensi.

Illustribus, Generosis et Fortibus viris totius exercitus Zaporosiensis militibus. Ad exercitum Zaporoviensem.

Ill.mo et R.mo D.no Antonio Winnicki, Archiepiscopo Kioviensi disunito, totique clero eius dioeceseos.

Illustri et R.mo D.no de Czetwertynia Swiatopolk, principi Czetwertynski, Episcopo Luceoriensi disunito, totique clero eius dioeceseos.

Illustri et R.mo D.no Zeliborski, Episcopo Leopoliensi, totique clero eius dioeceseos.

Ad Vilnense sodalitium: R.mis, R.dis, Illustribus, Nobilibus, Spectabilibus Vilnensis Sodalitatis Confratribus.

Ad Leopoliense: R.mis, Illustribus, Nobilibus, Spectabilibus Leopolensis Sodalitatis Confratribus.

Ad Nobilitatem Chelmensem catholicam pro Unione promovenda: Illustribus et Magnificis D.nis totius terrae Chelmensis Nobilibus.

Ad Nobilitatem Belzensem catholicam similiter pro Unione promovenda, idem titulus.

Ad nobilitatem Lituaniae pro Unione suscipienda, invitatoriae: Illustribus, Magnificis, Generosis et Nobilibus D.nis terrarum Magni Ducatus Lituaniae et Russiae Albae Incolis Disunitis.

Ad Nobilitatem Volhinyae, Podoliae, aliarumque provinciarum: Illustribus, Magnificis, Generosis et Nobilibus D.nis terrarum Russiae Rubrae et Nigrae, in Volhinia, Podolia, Ukraina, caeterisque provinciis existentibus Disunitis.

27.

Roma, 5. X. 1666.

Jacobus Susza, Ep. Chelmensis quemdam Nobilem polonum Protectori Poloniae commendat.

ARCH. CAPITOLINO, Fondo Orsini, vol. 223, fol. 401.

Eminentissime et R.me Princeps, Domine, D.ne et Patrone Obser.me

Sicut praesens Vestrae Eminentia Celsitudini mea obsequia humilima in Patriam abiturus commendavi, ita per litteras hasce, eadem obnixe commendo, et omnia faustissima Suae Eminentiae appreco.

Et quia coram et praesens Illustrum D.num Samuelem Casimirum Hladowicki subdapiferum Grodnensem, S.R. Maiestatis Poloniae aulicum Cubicularium (qui etiam V. Eminentiam mecum non ita pridem visitans, litteras ab Ill.mo Nuntio Apostolico Poloniae reddidit), commendare oblitus sum, modo eum qua possum contentione commendo, ut Vestra Em.ma Celsitudo eum tamquam virum egregium, et Suae Maiestati bene notum, atque ad statum spiritualem adspirantem suis favorabilibus litteris ad S.R. Maiestatem prosequi et ad me transmittere velit, ut suam ei Maiestas regia clementiam favoresque exhibeat, ac submissae illius petitioni annuere dignetur.

Ipse memoratus subdapifer cum istis meis litteris comparitus esset, sed Assisium profectus est; ubi redierit sua debita Vestrae Eminentiae officia praesentaturus est; me morique et gratus huius gratiae Vestrae Eminentiae futurus.

Cum quo me quoque ipsum Vestrae Eminentiae Protectioni singulari humiliter substerno.

Romae, Octob. 5, 1666.

Jacobus Susza, Ep.pus Chelmensis

(f. 401v) Em.mo et R.mo Principi ac Domino, D.no Virginio Ursino S.R.E. Cardinali, Protectori Poloniae, D.no et Patrono Colendissimo.

28.

(Roma, XII. 1666).

Episcopus Chelmensis supplicat Cardinali Protectori pro recommendatione ad Regem Reginamque Poloniae.

ARCH. CAPITOLINO, Fondo Orsini, vol. 241, fol. 608.

Eminentissimo Signore,

Giacomo Susza, Vescovo di Chelma con la Santa Chiesa Romana Unito, supplica Vostra Eminenza di raccomandarlo a Sua Maestà et ancora alla Serenissima Regina, come fedelissimo d'ambidue Maestà suddito e servitore. Nelle medesime lettere si degni Vostra Eminenza raccomandare la sua Causa Chelmense decimarum, la quale vinse alla fine Oratore, con la grazia del Signor Iddio, e che coll'arriivo che farà l'Oratore, di uno ordine espresso a suoi ministri, per essecuzione della detta causa, già che la Sacra Rota diede manutenzione all'oratore. Pregarà Signor Iddio per la salute di Vostra Eminenza tanto temporale durevole, quanto eterna felicissima,

desiderando sempre che questa nobilissima casa di Vostra Eminenza, sii prosperata e colma d'ogni benedizione di Dio.

Quam Deus etc.

(f. 608v) All'Em.mo Prencipe Signor Card. Virginio Orsino, Protettore del Regno di Polonia.

Fu scritto.

29.

Varsavia, 29. III. 1667.

Ex litteris Ep. Jac. Susza, de Comitiis Regni et audientia apud Regem.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. gen.* (Fondo Vienna), vol. 18, fol. 128.

Ex litteris R.mi D.ni episcopi Chelmensis, diei 29 martii, Varsavia.

Comitia seu Dieta adhuc nihil concludit; in solis controversiis morantur. Iterum de praepositura S. Michaëlis Cracoviensis modernus Ill.mus D.nus Archiepiscopus tentat, contra quam novitatem omnes terribiliter clamant. Communem motum contra Turcam aliqui concedunt, aliqui non, ex hoc principio, quia ex certis solummodo districtibus aula vult habere communem motum, et non ex omnibus; quod ipsum apud multos suspectum est. Sed dato quod haec difficultas componeretur, eminet alia. Electionem volunt proponere hisce diebus, hoc die vel cras, quod solum forte ruinabit Dietam. Nam a multis iam audivi, qui malunt rumpere Comitia, quam iuri suo principaliori praeiudicare.

Die 27 Martii apud Serenissimum habui audientiam fere tribus quadrantibus; discurrebat Serenissimus de multis Eminentissimis Cardinalibus, de aliisque rebus Romanis. Deinde suam gratiam et protectionem promittendo, dimisit me.

In Ukraina et Russia valde homines moriuntur ex illis incommodis, quae habebant in fuga a Tartaris.

30.

Varsavia, 5. IV. 1667.

Ep. Jac. Susza Card. A. Barberini de suo itinere in patriam, de Capitulo et de inclinatione Disunitorum ad Unionem.

BIBL. APOST. VAT., *Barberinus lat.*, vol. 2168, fol. 8-9.

Eminentissime et R.me Princeps, Domine, Domine et Patrona Colendissime.

Variis a Deo Domino probatus in itinere valetudinis casibus, utpote Loreto usque Venetas debilitate stomachi et febricula, in Germania casu gravissimo de curru et laesione dextri lateris, in Silesia versus Poloniam

importunâ Rosâ, tandem 5 januarii Chelmae comparui. Sed in ipsas turbationes, trepidationem et fugam hominum a Tartaris incidi, quae duravit ad 3 septimanas. Semper enim in terrore eo in tempore mansimus. Nunc terror is cessavit, sed timetur futurus. Ego divina gratia integerrimae sum valetudinis.

Pro prima Martii convocata fuit Congregatio religiosa pro electione Protoarchimandritae ab Ill.mo Nuncio, qui etiam praesens illi adfuit. Elegimus Ill.mum metropolitanum Archiepiscopum. Nec poterat fieri aliter, sic stantibus rebus. De quo fuse Ill.mus Nuncius Sacrae perscribit Congregationi de Propaganda Fide.

De Schismaticis referent Religiosi nostri Em.mae et R.mae Dominationi Vestrae, qui omnimode recogitant de Unione. Ut ipse mihi D.nus Tetera amplissime retulit, et Romam recogitat in sua persona accedere. Mirum certe est, cum quibuscumque contuli, alias esse ab illis, qui antea fuerunt, omnes inclinati. Hisce diebus apud nos metipsos in Sacris fuerunt Varsaviae celebratis, et quidem praecipui viri, et princeps unus, qui est nunc in Comitiis nuntius terrestris; aliqui ex Nobilibus schismaticis confessi sunt, communicaverunt apud nos. D.nus Tetera osculatus est manum Ill.mo Metropolitano Varsaviae nunc praesenti, et agnoscere (f. 8v) se eum pro vero metropolitano dixit. Chmielnicii Cosacorum ducis filius, et ipse dux non ita pridem, nunc Religiosus schismaticorum,⁶⁴ visitavit me, dixit se esse nostratem. Serenissimus Rex illi quingentos testones pro anno salarii pro victu quasi concessit, ut Varsaviae apud Patres Piarum Scholarum studeat et in humanioribus exerceatur; post annum aut amplius Romam sumptibus Suae Maiestatis iturus, et a San Sergio et Baccho habitaturus. Chmielnicii istius soror, uxor Wyhowskii Danielis occisi a Moscis, quae postea nupsit D.no Teterae, et propter consanguinitatem diremptum matrimonium, a Schismaticis missa fuerat ad schismaticas moniales Vilnam, sed illa noluit, et ad nostras moniales descendit, manetque ibidem. Unde Vestra Eminentia dignetur colligere, quae sit mutatio dexteræ Excelsi; sperandum bene. Opus est omnino, ut Sacra Congregatio de Propaganda promissas ad Schismaticos mittere dignetur in manus Ill.mi Nuncii litteras, et ego ipse illarum litterarum tabellarius volo esse. Multum istae monebunt, praecipue nunc, cum dispositi sunt.

Multum etiam laetantur de Decimis per me obtentis, licet nondum finis. Nostri enim Domini adversarii contradicunt, ut ex missis testimoniosis

⁶⁴ Georgius Chmelnyckyj, filius Bohdani, ducis cosacorum (1648-1657), cui successit anno 1657, et dein fuit dux cosacorum ann. 1659-1663; obiit post annum 1681, a turcis iugulatus ob suspicionem traditionis. De programmate hic descripto nihil evenit, ob circumstantias politicas huius temporis.

et executione mandati manutentionis ad Ill.mum D.num de Baschiis advocatum, ac consequenter ad D.num Saracinelum procuratorem intelligetur.

Rogo Vestram Eminentiam, ut patrocinari velit ut antea. Nos autem perpetuum omnes obligati erimus coram Deo. Omnimode excommunicatione opus est in contravenientes, et interdicto et aliis censuris, sub quibus mandatum exivit.

Serenissimus Rex Martii 27 amantissime exceptit me, cui a Vesta Eminentia litteras reddidi; optime locutus est de Vesta Eminentia, sicut etiam Ill.mus D.nus Episcopus Cracoviensis, quando a Vesta Eminentia reddidi litteras, a quo etiam et prandio perhumaniter tractatus sum. Idem Serenissimus, si vellent molestari adversarii de Decimis Suam Maiestatem, ut etiam de facto est, (f. 9) quod per Nobilitatem in Comitiis molestant, respondit se non intrusurum in eam causam. Vellent enim revocare eam a Sacra Curia Romana, et in Polonia per commissarios iudicari. Sed ne ultra longior sim, Vestram Em.mam Celsitudinem fatigem, me meosque Religiosos humillime commendo.

Varsaviae, Aprilis 5, 1667.

Vestrae Em.mae et R.mae Celsitudinis humillimus servus

Iacobus Susza, Episcopus Chelmensis et Belzensis unitus (m. pr.).

Gratias porro ago pro omnibus exhibitis mihi favoribus. Deum exoravi et exorabo, ut Vestram Eminentiam ille ipse uberrime remuneretur.

(f. 9v) Em.mo et R.mo Principi ac Domino, Domino Francisco Barberino, S. Romanae Ecclesiae et Sacri Collegii Apostolici Cardinali Decano, Episcopo Ostiensi, eiusdemque Sanctae Ecclesiae Vicecancellario, Domino et Patrono Observandissimo. Romae. (L.S.)

31.

Roma, 29. IV. 1667.

Cardinalis Fr. Barberini transmittit quasdam scripturas.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. gen.* (Fondo Vienna), vol. 18, fol. 124.

Ill.mo e Molto Rev.do Signore, Monsignor Casanate.

Monsignor Vescovo di Chelma, Ruteno unito, m'ha fatto portare da un suo Monaco il foglio annesso, il quale contiene materia che com'è desiderabile così piacesse a Iddio che sia riuscibile; tuttavia per il buon titolo di essa non pare disprezzabile massime quando o si havrà hauta relatione da Mr. Nuntio in Polonia, al qual verisimilmente sarà stato partecipato l'affare, o in mano sua doveranno adunare li Brevi et le lettere che quando egli vedesse più tosto fussero per pigliarsi in burla da i disuniti

doverà ritenerli. Come si conviene venga il foglio in sua mano, la quale se vorrà potrà informarsi dal Monaco, quale io penso stia nell'Hospitio de Ruteni, presso la Madonna de i Monti, et m'offero vivamente a V.S. Roma, al 29 Aprile, 1667.

Di V.S. aff.mo servitore

F. Cardinal Barberini.

All'Ill.mo e M.to R.do Signor, Monsignor Casanate.

32.

Leopoli, 14. VIII. 1667.

Episcopus Peremysliensis Antonius Terleckyj interponit protestationem contra metropolitam non Unitum Antonium Wynnyckyj, de iniuriis sibi et suae eparchiae illatis.

APF, *Scritt. rif. nelle Congregazioni gen.* (Fondo Vienna), vol. 18, fol. 289-290.
Actum in Castro inferiori Leopolien. Sabbatho in Vigilia Festi Assumptionis in Caelum Gloriosissimae Virginis Mariae, Anno Domini 1667.

R.indissimus Dominus Antonius Terlecki, Episcopus Praemyslien. Ritus Graeci unitus, quamprimum ob concussionem nimiam convaluit, Actaque praesentia adire potuit, illico solennem, eamque lugubrem coram Oficio praesenti fecit Protestationem, in et contra R.ndum Dominum Antonium Winnicki, Metropolitam Kiovien.,⁶⁵ uti facti infrascripti principalem primumque motorem, tum et Venerabilem Hoszowski, Monachum Schismaticum, eiusdem R.ndi Winnicki locum tenentem Comprincipalem nunc vero eiusdem Coadiutorem pseudo Episcopum Praemyslien. disunitum, mutuos pacis, et securitatis publicae turbatores et violatores, Authoritatis Sacrae Regiae Maiestatis, Legumque publicarum contemptores, Privilegiorum et Diplomatuum Sacrae Regiae Maiestatis Convulsores nec non Nobilem Jaworski, itidem comprincipalem, et Nobiles Tustanowski Joannem, Tarnawski, Bieganowski, Hornostay Poponem de Torki aliasque certum numerum excedentes, partim eiusdem R.ndi Winnicki Asseclas, partim ad inferendas infrascriptas violentias coacervatos Complices, et nocturnos invasores, quorum nomina et cognomina licet ad praesens ignorantur, in termino tamen quovis salva eorundem reservatur postquam innotuerint specificatio, uti voluntatis et audaciae praedicti R.ndi Winnicki assertores et facti infrascripti manuales executores, idque in eum qui sequitur modum:

⁶⁵ Antonius Wynnyckyj, Episcopus Peremysliensis (ab. an. 1650), dein Metropolita Kiovensis (1663-1679).

Quia ipsi et quidem suprascriptus R.ndus Winnicki cum suo Comprincipali Venerabili Hoszowski⁶⁶ innatum quoddam contra Unidos cum S. Ecclesia Romana in pectore gestans odium existentesque semper eiusdem Contrarii, contractumque hoc idem odium non modo tacite, verum etiam aperte tot anteactis excessibus ad effectum deducendo, non contentus anterioribus violentijs, per concitationem tumultuum per Districtum Praemyslien. ad resistendum voluntati S.R. Maiestatis circa Actum Commissionis in bonis Villae Walawa, eidem R.ndissimo Protestantni adiudicatis, expeditae editas illatis; Verum in dies praeconceptum in animo suo favendo odium, et non modo bonis Episcopatus Praemyslien., verum etiam Personis ipsis in Unione Ecclesiae Romanae existentibus facti capitales hostes inter se mutuo consilio, et condictamine in contemptum Legum publicarum de securitate publica severe sancitarum, in convulsionem Privilegiorum, et Rescriptorum, in contrarium Decretorum S.R. Maiestatis, procul abiecto timore Dei et legum Divinarum ac humanarum, caedes et homicida voluntaria severe prohibentium, ausi sunt, et praesumpserunt per subordinatas suas personas atque litteras, tam Nobilitatem quam et plebeiae conditionis homines, inter submontana degentes, eosque Ritus Graeci disunitos ad tumultum et inferendum protestanti iniuriam et violentias congregare, eosdemque bene armatos Armis, legibus Regni, utpote bombardis, longioribus et brevioribus, falcibus, securibus aliquo armorum genere optime instructos in bona praedicta Walawa, fortaliciumque ibidem situm, eidem Protestantni, tam anterioribus, quam et recentioribus Decretis S.R. Maiestatis adiudicata, atque in Possessione eiusdem Protestantis, vigore Decretorum S.R. Maiestatis existentia, ad vim inferendam eidem Protestantni subordinare, instruere et superimmitere. Quo praedicti Comprincipales et complices, duce praedicto (f. 289v) Hoszowski, cui ex professione monastica et religiosa, omnibus tumultibus viam praeccludere multum interfuit, et id providere, ne ex levi occasione et parva dissensionum privatorum scintilla, magnum aliquod per concitationem Plebis rusticanae in Republica incendium exoriretur, data tessera, tumultus ipso die Dominico, ante Festum S. Laurentii Levitae et martyris proxime praeteritum proximo ad bona praedicta Villae Walawa supervenerunt, ibidemque facto consilio de expugnando fortalitio, vique Protestantni inferenda, primo Communitatem Villae praedictae Walawa itidem ad tumultum praedictus Venerabilis Hoszowski, ad exequenda R.ndi Winnicki mandata promptus, concitavit, et ut praesto armati adessent, potestate

⁶⁶ Georgius Hoszovskyj, vicarius Metropolitae Wynnyckyj et Episcopus Peremysliensis (ab. an. 1663).

sua spirituali iniunxit; cum vero suprafatus Perillistris et Admodum R.indus Protestans, in fortalitio suo, quieti deditus nullamque notitiam tumultus tanti habens, pacifice quiesceret, ex summo diluculo praedictus R.indissimus Hoszowski id fortalitium corona cinxit, atque undequaque fossam, et vallos transilere praedictis inculpatis Complicibus suis mandavit. Qui iussa ipsius exequi volentes, munitione tamen loci remorati sunt, itaque tribus diebus, et noctibus frustra sese opprimente, toto tumultui protestante, fortalitium praedictum continua explosione bombardarum oppugnatum est, quo tandem expugnato, eo per supra scriptos inculpatos saevitiem, ut nullo respectu habito personarum spiritualium et religiosarum, alias, utpote Venerabilem Jacobum Wolski, Praesbiterum Ritus Graeci unitum, quem antea in strictissimis carceribus, catenis, et manicis ferreis ligatum per quindecem septimanas idem R.indus Winnicki detinebat, enormiter interfecerunt, tum Nobilem Pawlowski, sacerdotem eiusdem, in frusta dissecarunt, prius cruribus et fistulis manuum fractis, Nobilem Borowski enormiter et crudelissime convulnarunt, et consauciarunt, Nobilem Samuelem Ianezy globo plumbeo, ex pixide emissso, cum periculo vitae traicerunt, Nobilem Rusinowicz aliquoties convulnarunt, alias vero famulos sui Protestantis, qua tergoribus securium, qua scuticis concusserunt converberaruntque, concusso et convulneratos spoliarunt et denudarunt; verum nec R.indmo Protestantni effrenatus licentiosorum hominum pepercit furor, quos neque authoritas neque status spiritualis neque tanta in Ecclesia Dei Protestantis praeminentia a praeconcepto detinuit furore; Verum in R.indmum Protestantem, impetu facto, eundem clavis aduncis, vulgo obuchami, obversis frameis adeo concusserunt, ut hactenus summum sentiat dolorem, prout obductio concussionum facta praemissa latius obloquitur, atque vix non interemerunt. Apparatum Ecclesiasticum ornatumque Episcopalem, tum et res Protestantis (f. 290) proprias, vestes, vestimenta, summas pecuniarias, tum R.indmi Protestantis quam et famulorum ipsius, circa violentam eiusdem Curiae invasionem, in vim praedae et spolij, quae ipsis seorsivo Registro in termino adveniente specificabuntur, receperunt, et inter se partiti sunt. R.indmum Protestantem de bonis praedictis ignominiose et cum summa contumelia, prout anteactis temporibus, cum summo damno expulerunt et deturbarunt aliasque multas et legibus Regni interdictas violentias et iniuras, tam in persona Protestantis quam et alijs personis, tam spiritualibus quam saecularibus, perpetrati sunt. Quae omnia cum in contemptum Legum publicarum, authoritatis S.R. Maiestatis laesionem convulsionemque Decretorum Sacrae Regiae Maiestatis, per suprascriptos inculpatos facta sint, idcirco suprascriptus Protestans, ratione premissorum, iterum atque iterum offerendo se, cum

eodem Rndo Winnicki alijsque ipsius Comprincipalibus et complicibus in foro fori Iure acturum.

Et in verificationem premissorum idem Protestans commonstravit Officio praesenti in corpore suo vulnera infrascripta, videlicet: in pede sinistro circa genu concussionem lividam, sanguine suffusam, magnam et notabilem; Item in talo pedis eiusdem concussionem tumidam lividam, sanguine suffusam; asseruit quoque per varia Corporis membra concussions sibi illatas, quas ob pudorem praesentare nequivit, dolorem tamen ex eisdem se sentire asseruit.

Hicque subinde in continenti coram eodem Officio personaliter stans, Nobilis Josephus Rusinowicz commonstravit Officio praesenti in corpore suo, videlicet: in manu sinistra vulnera tria, item in superficie manus eiusdem unum penes aliud, item in cornu Capitis vulnus sectum, quae vulnera sibi iidem commonstrantes modo, loco et tempore per suprascriptos inculpatos, in Protestatione expressos, illata et inficta esse asseruit, quae vulnera Officium praesens vidit et debite conspexit.⁶⁷

Michaël Sebastianus Wiszowaty, Capitaneus et Iudex Castren. Leopolien. (Locus Sigilli)

Ex Actis Castren., Capit. Leop. extraditum.

Correxit, Orzeszlo (m.p.).

33.

Varsavia, 15. VIII. 1667.

Episcopus Chelmensis in negotio decimarum Chelmensium.

BIBL. APOST. VATICANA, *Barberinus latinus*, vol. 6648, fol. 4.

Eminentissime et Reverendissime Princeps, Domine, Domine et Patrone Colendissime.

Gratissimae mihi Vestrae Eminentiae de data 8 maii Roma fuere litterae, quae mihi non modo singularem peperere laetitiam, sed etiam stimulum addidere ad bene pro gloria Dei agendum. De schismaticorum primoribus habemus certum quod recogitent de Unione et obedientia Sanctae Romanae Ecclesiae, sed considerant unde incipient, ut bene finiant. Plebem enim et universum statum laicalem verentur. In mea quoque dioecesi accesserunt plus minus viginti parochi et parochiae ad obsequium et obedientiam Sanctae Ecclesiae post adventum meum. Plu-

⁶⁷ Simile quid habetur anno 1636, tempore Athanasii Krupeckyj, contra Silvestrum Hulevyc-Wojutynskyj; cfr. *Litterae Episcoporum*, vol. I, pag. 273-282, nr. 145.

rimum recreat illos Sanctae Romanae Ecclesiae gratia, quoad decimas adiudicatas; et dummodo finem felicem sortiamur, spero in dies maiora. Quod negotium, sicut per Vestram Eminentiam efficaciam suam, me praesente, accepit, ita rogo humillime, ut etiam absente, finem felicem, Eminentissima Celsitudine Vestra motore, obtineat. Nos porro favoris eius vel maxime memores omnes erimus: et pro Vestra Eminentia Dominum Deum precabimur, ut omni sua gratia de caelo et terra Vestram Eminentiam muneretur. In quo vero statu sint decimae, Magnifico perillustri Domino Septimio Baliani perscripsi. Multum addunt incitamenti Schismaticis ad Unionem et Constitutiones Reipublicae in praeteritis Comitiis latae in favorem Unitorum, allaborante Deo, et Illustrissimo Metropolitano aliisque nostris, quas Vestrae Eminentiae proponere iussi Religiosos meos. De caetero ex futura Congregatione et Synodo nostra, initio Septembbris celebranda Vilnae, ex qua postea Beati Iosaphat sacras exuvias Polociam solemniter Illustrissimusque Metropolitanus etiam deducturus, ad Vestram Eminentiam omnes recursuri sumus. Nunc vero cum bene noto Vestrae Eminentissimae Celsitudini affectu meo, Eminentissimam eius veneror purpuram, eo venerabiliorum, quia sponte propria byssum pontificiam refugit; et me eiusdem immutabili commendando favori.

Varsaviae, Augusti 15, 1667.

Eminentiae Vestrae humillimus servus,

Iacobus Susza, Episcopus Chelmensis unitus.

(f. 15v) Eminentissimo et Reverendissimo Principi ac Domino, Domino Francisco Barberino, Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Vice-Cancellario, Episcopo Portuensi, Domino et Patrono meo Observandissimo.

34.

Chelma, 19. VIII. 1668.

Auxiliaris Chelmensis latinus de negotio decimarum Chelmensium praetensarum.

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni generali*, a. 1712, vol. 580, f. 114-115v.

Nos Nicolaus Swirschi,⁶⁸ Episcopus Citren., Vicarius in Spiritualibus, Officialis Generalis Chelmen., Praepositus Cathedralis, et Commendatarius pro tunc Chelmen. Praepositus tum Hrubieszovien., Stanislaus Bedlinski, Praepositus Schierbieszoviensis, Stephanus Siestrzenitowschi, Parochus Gorzkoviensis, Stanislaus Podhorodenski, Nicolaus Rogowski, Praepositus

⁶⁸ Nicolaus Swirski, ep. tit. Cytreensis, suffraganeus Chelmensis Latinorum, canonicus Chelmensis (1644-ante 1673).

Ucsanen. Venerabilis Capituli Procurator, Ecclesiae Cathedralis Chelmen. Canonici Principales, capitulariter ad Civitatem Chelmen. ad effectum amicabilis Compositionis cum Rev.mo Jacobo Susza, Episcopo Chelmen. ipsiusque Capitulo, et Universo Clero Dioecesis ipsius Ritus Graeci peragendi, et Concordiae cum ipsis ratione Decimarum Chelmen., et aliorum quarumvis hactenus per Capitulum Chelmen. Ritus Latini possessorum, modo vero Decreto manutentionis Romanae Curiae impossessorio praedicto Rev.mo Episcopo Chelmen. eiusque Clero Ritus Graeci adjudicato, ineundae, nostro et praefati Venerabilis Capituli nostri pro cuius ratihabitione, securitate, et firmitate dictae Concordiae serio cavemus. Huiusmodi inter nos, et praedictum Rev.mum Episcopum Chelmen., Capitulum et Universum Clerum Dioecesis Chelmen. Ritus Graeci Unidos inivimus, Concordiam immutabilem, eo videlicet infrascripto modo, et tenore:

Quod cum ex Curia Romana sententia declaratoria, inter Rev.mum Dominum Episcopum, Capitulum et Clerum Chelmen. Dioecesis Ritus Graeci, Sanctae Romanae Ecclesiae Unidos Actores ex una, et R.mum D. Commendatarium, Capitulum, et Clerum Chelmen. Dioecesis Ritus Latini reos conventos praedictis, ex altera, de et sub paritione mandati de manutenendo dictis Rev.mo Episcopo, Capitulo et Clero Chelmen. Dioecesis Ritus Graeci concessi in possessione, seu quasi exigendi decimas manipulares et personales a Ruthenis Incolis, Ritus Graeci, Civitatis et Dioecesis Chelmen. rebusque alijs, in Actis et Causarum eiusmodi latius deductis, fuissetemus condemnati. Proinde, praecavendo Indemnitati nostrae, ne Excommunicationem, quod Deus avertat, aliquomodo incurramus, quae... nos post decursum unius Mensis ab intimatione Executorialium literarum Apostolicarum esset fulminanda, ea propter ad affectationem suprascripti Rev.mi D.ni Jacobi Susza, Episcopi Chelmen. ipsiusque Capituli (f. 114v) et Cleri Ritus Graeci, ante omnia metu Censurarum, Manifestationem, extra omnem scientiam nostram, quae a Nobilitate, occasione eiusmodi Decimarum, in Conventu Particulari Terrae Chelmen. in Castro eodem Chelmen., contra eundem Rev.mum Episcopum Clerumque ipsius Ritus Graeci est facta, eandem Manifestationem, ne quovis modo in futurum Rev.mo Episcopo et eius Clero Chelmen. Ritus Graeci noceat curabimus apud praedictam Nobilitatem efficere, ut ab huiusmodi Manifestatione supersedeant, et Rev.mum supra nominatum Episcopum, et Clerum Ritus Graeci in huiusmodi Decimis non turbent. Ut vestro Decreto manutentionis Sedis Apostolicae Paritio, et Obedientia nostra pateat, Illustrem et Admodum Rev.mum Dominum Nicolaum Rogowski, Procuratorem Venerabilis Capituli nostri Chelmen. Canonicum, seu Plenipotentem illius admodum R.ndum Dominum Fabianum Raczyk, Parochum Paulovien. ad Villas Decimationi subjectas hactenus per Capitulum

nostrum Chelmense Ritus Latini possessas mittemus. Easdemque Decimas Nobilibus Possessoribus, Regalium Bonorum Tenutarijs avisatis et Cmethonibus convocatis intimabimus, eosdemque monebimus, ut Rev.mo Episcopo eiusque Clero Ritus Graeci exdecimabantur libere, sine reluctatione quavis et renitentia post, agros Ritus Graeci Unitorum extradant. Cui Decimarum dimissione nostrae praedictus Rev.mus Episcopus Chelmen. Ritus Graeci, sive ipse, vel eius Plenipotentes aderunt, et realem hujusmodi Decimarum Possessionem, earumque intromissionem recipient. Salvo jure impetitorio nobis, Capituloque nostro Chelmen. Ritus Latini in toto reservato.

Quantum vero ratione praeteritorum annorum Rev.mi Domini Episcopi Chelmen. Ritus Graeci ex charitate, quam in Unione Rituum Sanctae Romanae Ecclesiae christiane erga nos, uti fratres, servare debet, uti clementia, eidem ratione praemissorum Florenos mille quingentos polonicales pro die mensis Septembbris tertia anni currentis ad manus memoriati Rev.mi Episcopi Chelmen. Ritus Graeci reddere tenebimus, sub rigore Censurarum Sedis Apostolicae in casu contraventionis contra nos emanatarum. Interim vero a publicatione Censurarum praedictus Rev.mus D. Episcopus Ritus Graeci, contra Capitulum Chelmen. Ritus Latini tam conjunctim, quam divisim, in omnibus praetensionibus ad Causam Romanam ratione Decimarum Chelmen., usque ad hunc Actum se extenden-tem, abstinere tenebitur. Idemque Venerabile Capitulum, et singulos illorum, tam ex Canonicatibus eorum, quam ex Parochijs et Praeposituris, quas Canonici possident liberos praenunciabit, (f. 115) praestataque sibi satisfactione reali et completa, idem R.mus Dominus Episcopus Chelmen. Ritus Graeci, cum Universo Clero suo, Capitulum Chelmense Ritus Latini quietabit. Causam vero et Actionem Magnifica Dominae Butlerova nuncupatae, Succamerariae Regni, ratione Decimarum praedialium Villam Rostoka et Zmudi aliorumque bonorum eo pertinentium, quae hactenus ad Curiam Romanam per Viam Appellationis, seu alias remissae, ab Ill.mo et Rev.mo D. Nuntio Apostolico inter praedictam Magnificam Butlerova, ut Venerabile Capitulum Chelmen. Ritus Latini interpositae emanavit, nullatenus impediet, et suprasedebit, ex quo iam Concordia vigore Iudicatorum Sedis Apostolicae inter eundem Episcopum Ritus Graeci et dictum Capitulum Ritus Latini est facta. Qua oppositione praedicta Magnifica Butlerowa, Succameraria Regni, amplius se tueri non poterit, sed Decimam Venerabili Capitulo Chelmen. Ritus Latini restituere tenebitur. Ac insuper, ad futuram rei memoriam, hoc idem Capitulum Chelmen. Ritus Latini sibi praecavet, ut si inquantum, prout omnia mutationi sunt subjecta, si quando bona Ruthenorum converti in bona hominum Ritus Latini contigerit, ita quod si ex Rutheno fiat

Latinus, et viceversa, tunc de Bonis eiusmodi Rutheni in Catholicum versi Ritus Latini decima ad Capitulum Chelmen. Ritus Latini spectare debet. E contra vero, similiter pro parte Ritus Graeci intelligendum. Ad extreum hoc idem Capitulum Chelmen. Ritus Latini, potissimum vero R.mus D. Suffraganeus Officialis Generalis Chelmen. per literas suas monere debebit Parochos, jurisdictioni suae subjectos, ut sine mora, cum Rev.mo Episcopo Chelmen. et Clero Dioecesis eius Ritus Graeci componere et transigere current. Quae praemissa si facere neglexerint Rev.mus Dominus Episcopus Chelmen. Ritus Graeci contra eosdem Parochos jure suo uti poterit, et in continent ex utraque parte utilissimum fore adinvenimus, ne quivis locus dubitatus in futurum relinquatur. Quod si Latinus coluerit agrum Ruthenorum quovis modo arendatario, sive conductitio Decimam reddet ex huiusmodi agro Ecclesiae Latinae, viceversa, Ruthenus quicunque coluerit, et seminaverit agrum Latinum, reddet Decimam Ecclesiae Ritus Graeci, exceptis agris ecclesiasticis, tam Latini, quam Ritus Graeci, quos quicunque coluerit, reddet ei Ecclesiae, cuius est ager. In quorum omnium praemissorum et singulorum fidem majorem, et securitatem, praesentem Concordiam, et Complanationem nostram amicabilem manibus nostris ad invicem subscrispsimus, et sigillis nostris communivimus. (f. 115v) Praesentibus Nobilibus: Mathaeo Slupski, Joanne Casimiro Wilcynski, Paulo Kaszkiewicz, Jacobo Kulesza, Andrea Kalicki, testibus ad praemissa vocatis, rogatis, et adhibitis. In quorum praemissorum omnium, et singulorum fidem et securitatem majorem, praesentes Concordiae literas manibus nostris ad invicem subscrispsimus, et sigillis nostris communivimus.

Datum et Actum in Civitate Chelmensi, die decima nona mensis Augusti, Anno Domini 1668.

(Locus sigilli Ven. Cap. Chelm. Latini)

(Locus Sigilli Ven. Cap. Ritus Graeci Chelm.)

(Locus Sigilli Primi Cap. Chelm. Ritus Graeci)

Nicolaus Swirski, Episcopus Citren., Suffrag. Chelmen.

Jacobus Susza, Episcopus Chelmen. et Belzen. cum S.R. Ecc. Unitus.

Stanislaus Bedlinski, Can. Catedr. Chelmen. Praep. Skiermissovien. mp. Nicolaus Boryssowicz Hostylowski, Episcopatus Chelm. Ritus Graeci Vic. Gen. Protopraesbyter Hrubieszovien. etiam nomine Cleri eiusdem Ritus.

Stephanus Siestrzenitowski, Can. Cathed. Chelm. Paroc. Gozkovien. mpr.

Stanislaus Podhorodenski, Can. Chelm. — Nicolaus Rogouski, Can. Cathed. et Proc. V. Capt. Chelm. Praepositus Ucsanensis.

Concordat cum Originali: Benedictus Glinski, Episc. Vladimiren., et Bresten., Lublini 24 Iul. 1678. (Locus Sigilli)

Concordat cum Originali: Jacobus Susza, Ep. Chelm. cum S.R.E.
Unitus., Lublini 24 Iul. 1678. mpr. (Locus Sigilli eiusdem)

35.

Varsavia, 29. XI. 1668.

*Archiepiscopus Gnesnensis Cardinali Protectori de Decimis ex Ruthenis
exigendis et de oppositione Episcopi Chelmensis.*

ARCH. CAPITOLINO, Fondo Orsini, vol. 306, fol. 176.

Eminentissime ac R.me Domine, D.ne Colendissime,

Occasione litis, ratione Decimorum R.mi Susza, Episcopi Chelmensis
ritus Graeco-Russici, cum Parochis Ritus Romani, in Rota Romana stetit
decisio admodum aspera contra totum Clerum Latinum, etiam poenam
excommunicationis interminans, ne deinceps a Russis exdecimationem
praetendant, gravi cum dispendio Religionis Catholicae Romanae, adeo
ut ex tota Russia illam profligare uno ictu certum sit; imo gentium et
armorum rationes involvat. Cum tamen maturiori aliqua deliberatione,
uti rem magni momenti, aut Apostolica Commissione quapiam Generali
expedire illam opportuisset, quamobrem pro congruo zelo nostro erga
Sanctam Romanam Ecclesiam, censuimus id ipsum repraesentandum
Sanctissimo Domino Nostro supplicantes, ut opportuno remedio Catholi-
cum ritum, a maioribus nostris multo sanguine in Russia propugnatum,
conservare circa Jus per complura saecula possessum, dignetur. Super
quo negotio seorsum memoriale plenius Eminentiae Vestrae informa-
tionem dabit. Quod nos deputati eiusdem quam diligenter commendantes,
Eminentiae Vestrae longaevam incolumitatem et fortunatos successus
animitus exoptamus.

Datum Varsaviae, Sede Regia vacante, in Prima Convocatione Ge-
nerali Regni. Die XXIX mensis Novembris, anno Domini millesimo
sexcentesimo sexagesimo octavo.

Eiusdem Eminentiae Vestrae paratissimi servitores,

Meo et statuum Regni Poloniae et Magni D. Lithuaniae nomine
Nicolo, Archiepiscopus Gnesn.

- Joannes Antonius Chrapowicki, Succamerarius Smolensensis, Ma-
rescascus in Conventu Generali Regni Poloniae et M.D. Lithuaniae.

36.

Vienna, 9. XII. 1668.

De juramento et confirmatione Josephi Vološynovskyyj, Episcopi Mukachoviensis.

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni generali*, vol. 418, fol. 118rv-123.

HODINKA A., *Okmanytara...*, pag. 230.

Eminentissime Princeps, Domine, Domine et Patrone Colendissime.

Gratiosissimas Eminentiae Vestrae ad me datas, solita ac debita observantia accepi, in quibus iubet, ut eandem de juramento, a Josepho Woloszynousky, Graeci Ritus Episcopo, praestito genuine informem. Quantisitatis itaque ad hoc negotium attinet, obtinuit Ille quidem a sua Maiestate Caesarea nominationem pro Ruthenico illo Episcopatu Munkacsensi, tali tamen cum conditione, ut deposito statim juramento Unionis, confirmationem quoque a Sua Sanctitate obtineat, et omnia quae ei a Sancta Sede proposita fuerint, rite, et adamussim exequatur. Unde is quoque tale tantum, et non aliud juramentum in Ecclesia Posoniensi S. Martini, coram me, depositu, quod statim transmissem Vestrae Eminentiae, si hic p[re] manibus habuisse. Interim intellexeram nuper, illum ex ignorantia ordinationem quorundam aggressum fuisse, verum confessim, medio Domini Episcopi Agriensis, ei p[re]cep[er]i, ne posthac ante obtentam confirmationem, sese in nullas eiusmodi functiones quoquo (f. 118v) pacto immittat.

Jam itaque, Emin. me Princeps, ad hoc negotium duo valde necessaria requiri videntur. Primum, ut dicta eiusdem confirmatio, ope Eminentiae Vestrae a Sua Sanctitate, quantocius obtineatur mihi innotescat; secundum, ut a Sacra Congregatione de Propaganda Fide decidatur, an debeat denuo consecrari, cum enim in Polonia ab Episcopo Leopoliensi schismatico,⁶⁹ imo (:ratione processionis Spiritus Sancti:) etiam haeretico, sit consecratus, non levis hic inter aliquos videtur oriri quaestio, adducto exemplo Praedecessoris mei, quod is etiam consecrasset quendam unitum Graeci Ritus Episcopum,⁷⁰ cum clausula particularum illarum: Si non es consecratus et proinde cum ob p[re]missas rationes; hinc tot ordinandorum, et multarum animarum salus dependeat, supplico Vestrae Eminentiae

⁶⁹ Cfr. notam p[re]cedentem nec non opus J. PELESZ, *Geschichte der Union der Ruthenischen Kirche mit Rom*, vol. II, Wien 1880.

⁷⁰ Agitur de Georgio Lippay, Archiepiscopo Strigoniensi (1644-1666), qui anno 1655 ex privilegio Pontificis Alexandri VII talem consecrationem «sub conditione» contulit Parthenio Petrovič, Episcopo Mukačoviensi.

dignetur pro zelo suo Apostolico negotio huic quantocitius succurrere, et me de eodem certificare; de reliquo, uti hactenus, ita et imposterum ac quoad vixero maneo.

Viennae, 9 Xbris, 1668.

Eiusdem Eminentiae Vestrae obsequiosissimus servus et Capell.

Georgius, Archiep. Strigonien.

(f. 123v) Sig. Card. Spinola,

È stato nominato dalla Maestà dell'Imperatore al Vescovato di Munkacz in Ungaria nella Dioecese d'Agria per i Greci Rutheni, che dimorano in quei contorni, Giuseppe Woloszynouski, Monaco Rutheno, à conditione, di far il Giuramento dell'Unione, e di ottenerne dalla Sede Apostolica la conferma.

Il primo l'ha già fatto in Posonia, avanti Monsignor Arcivescovo di Strigonia, il quale però non l'ha anche inviato, per non haverlo, si come scrive, appresso di se. Havendo però saputo, che quelli si sia fatto consecrare in Polonia dal Vescovo scismatico, et insieme eretico di Leopoli, gl'ha proibito l'essercitio delle funzioni episcopali, finche non haverà di quà ottenuta la suddetta conferma.

Supplica per tanto detto Monsignor Arcivescovo, che questa s'impetri dalla Santità di Nostro Signore.

2º. Che si dichiari, se il detto Vescovo di Munkacz habbia bisogno di nuova consacrazione, per esser stato consecrato, come si è detto, da un Vescovo scismatico, e senza l'assistenza di due altri Vescovi.

3º. Che si ordini come s'habbia da particolare (?) circa l'ordinarsi del medesimo prima che havesse ottenuta la confirmatione dalla Sede Apostolica, e fusse egli stato legitimamente consecrato.

Die 15 Januarij 1669.

Circa validitatem Consecrationis, ad S. Offitium.

D. Archiepiscopo Strigoniae scribatur, ut transmittat copiam authenticam juramenti praestiti per Episcopum Monkatensem; quanto ad receptionem Alumni in Collegio Graeco, Secretarius cum P. Generali S.J., iuxta mentem.

Archiepiscopus Caes., Secretarius.

37.

Jaszovia, 11. XII. 1668.

Episcopus Agriensis Thomas Palfi instat pro admissione duorum alumnorum Ruthenorum in Collegium Graecorum de Urbe, in auxilium populi ruthenici.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. gen.*, vol. 418, fol. 120-121.

HODINKA A., *Okmanytara...*, pag. 231.

Eminentissimi ac Rev.mi Principes, ac Domini, Domini Gratiosissimi.

In amplissima hacce mea Dioecesi Agriensi undecim Comitatus seu quasdam veluti Regiones complectente, reperiuntur etiam Rutheni, maiori ex parte Scismatici, proprium alioquin habentes Episcopum Munkaciensem dictum Graeci Ritus, qui licet facta iam fidei Catholicae publica professione, in eo plurimum laboret, ut tam Ecclesiasticos, quam Saeculares Ruthenos sibi subjectos, ad Unionem Orthodoxae Religionis amplectendam inducat et disponat. Parum tamen proficere potest, crassa quadam sua, ac Sacerdotum suorum ruditate et ignorantia praepeditus. Plurimis ac sat gravibus ea de causa, per praefatos Episcopum videlicet, ac Sacerdotes, tam in administratione Sacramentorum, quam legitimorum totali dissolutione matrimoniorum, consequenterque scandalosa Bigamiarum admissione, committi solitis erroribus ac excessibus. Quibus quidem corrigendis, tollendisque defectibus nihil videretur magis necessarium ac opportunum, quam ut aliqui e natione Ruthena, bonae indolis Juvenes, Romae in Collegio Graecorum, vel de Propaganda Fide, tam in literis, quam in Ritibus Unitorum bene instruerentur, sicque instructi, et emissi, magno ipsius Episcopi subsidio, et spirituali solacio, successu temporis Archidiaconorum ibi munere fungi, ac sacerdotes Ruthenos ad munia ecclesiastica, suo modo et ritu, iuxta Sacros Canones, obeunda instruere et erudire possent.

(f. 120v) Ideoque supplico humillime Eminentij Vestris, dignentur pro ea, qua in augenda Dei gloria, ac animarum salute promovenda, feruntur ardentissima pietate et zelo, concedere, ut duo ad minus illius nationis juvenes, ad fatum Collegium Graecorum, vel de Propaganda hinc mittantur. Facturae in eo etiam Celsissimae Principissae Rakoczianae, Viduae, recenter in hoc Episcopatu meo ad gremium S. Romanae Ecclesiae reduci (:cui utpote in temporalibus, magna ex parte, praetacti Rutheni subiectiuntur:) singularem gratiam et favorem, imo haud exiguum eidem taliter stimulum additurae; maiori adhuc solertia et fervore (quemadmodum alioquin etiam zelosissima haec Principissa in id unice incumbit:) orthodoxam, in amplissimis suis Dominijs, Religionem propagandi.

Occurrit et aliud Eminentij Vestris demisse proponendum; quod cum memoratus Episcopus Ruthenus, vigore certarum quarundam de suscepta a Scismatico quodam Polono Archiepiscopo Episcopali Consecratione Testimonialium,⁷¹ omnia munia Episcopalia, utpote Ordinationes

⁷¹ Agitur, ut videtur, de Josepho Szumlanskyj, Episcopo Leopoliensi non unito, qui dein factus fuit catholicus secretus (ab an. 1677), et demum, post longum tempus, etiam suam eparchiam Ecclesiae catholicae univit (an. 1700). De hoc episcopo plurima prostant documenta etiam in nostro volumine III; cfr. Indicem nominum et rerum.

sacerdotum, Consecrationes ecclesiarum, ac S. Chrismatis administrationem exercere sit solitus, Eminentiae Vestrae declarare velint, utrum illae functiones episcopales, per ipsum fieri consuetae, pro validis haberi possint.

Demum, ut saepe fatus Episcopus, etiam Authoritate Apostolica et licite imposterum Pontificalia exercere, sacerdotesque per eundem consecrati tanto securius munere suo fungi possint, Episcopalis suae confirmationis (:quae coram Eminentibus Vestris etiamnum urgetur:) (f. 121) expeditionem, qua apud SS. I. Dominum nostrum pollent Authoritatem, accelerari facere dignentur. Sic fiet, ut optatissima Ruthenorum huius loci (:quorum in sola hac mea Dioecesi ad centum circiter millia numerari dicuntur:) cum SS. Romana Ecclesia Unio, felicissimos indubie capiat progressus, cooperante eatenus zelosissima Eminentiarum Vestrarum pietate, gratia et patrocinio. Cui ego quoque me summa cum demissione commendans, Easdem diutissime salvas et incolumes, pro magno Reipublicae Christianae incremento, servari desidero. Maneoque

Eminentiarum Vestrarum humillimus Capellanus

Thomas Palffi, Episcopus Agriensis (m. pr.).

Jaszoviae, die 11 Xbris, 1668.

(f. 122v) Monsignor Palfi, Vescovo d'Agria in Ungheria, con sua lettera dellì 11 passato rappresenta all'EE.VV., che nella sua Dioecesi vi sono una gran quantità di Rutheni, per la maggior parte scismatici, che riconoscono per lor Prelato il Vescovo Moncacense del Rito Greco; il quale havendo fatta la professione publica della Fede Cattolica, usa ogni studio per indurre tanto ecclesiastici, quanto secolari Rutheni suoi sudditi ad abbracciar l'unione della Religione Cattolica; se bene per la poca habilità del Vescovo, e suoi sacerdoti riesce la diligenza poco profitevole, commettendosi varij errori, così nell'amministratione de Sacramenti, come nell'ammettere al sacerdotio i Bigami.

Insinua dunque Monsignor Vescovo, che ridonderebbe in grandissimo utile, quando s'allevassero in questi Collegij, o Greco, o de Propaganda Fide alcuni giovani di buona indole di natione Ruthena, e s'instruissero non solo nelle lettere, ma nè i riti della Chiesa Cattolica, poichè così instrutti detto Vescovo Moncacense provedendoli ivi d'Arcidiaconati, et altri beneficj, s'è nè potrebbe valere secondo i riti della Chiesa Greca, approvati da Sacri Canoni, e Constit. Pontificie.

Supplica però l'istesso Monsignor Vescovo Agriense, che almeno due Giovani siano per detti Collegi destinati, allegando che ciò ridonderebbe anco in consolatione della Principessa Ragozzi, Vedova, che doppo haver abbracciata la religione cattolica, invigila sommamente per l'unione di

detti Rutheni, che per la maggior parte in quanto al secolare sono suoi sudditi.

Anco supplica detto Monsignor Vescovo d'Agria di dichiaratione, se siano valide le funzioni episcopali, che è stato solito fare detto Moncaccense; come v.g. Ordinationi de sacerdoti, consecrationi di Chiese, amministrationi del Sacramento della confermatione etc.; per quanto egli sia stato consecrato da un Vescovo Polaco scismatico.

Et implora l'autorità dell'EE.VV., perchè all'effetto suddetto il medemo Moncaccense conseguisca da Nostro Signore la confermatione di detto Vescovato; dalla quale suppone possa derivare l'Unione alla Santa Romana Chiesa di moltitudine grande di Rutheni; de quali, dice, esservene nella sola sua Dioecesi Agriense da circa 100 mila.

38.

Roma, 14. I. 1669.

*Archiepiscopus Caesareae transmittit quasdam scripturas de admissione
alumnorum Ruthenorum ad Collegium Graecorum de Urbe.*

APF, *Scritt. rif. n. Congregationi generali*, vol. 418, fol. 119-122v.

Emin.mo e Rev.mo Signor Padrone mio Col.mo, Signor Cardinal Spinola.

Supplico humilmente l'Eminenza Vostra à degnarsi di riferire anche il contenuto dell'aggiunta lettera nella prossima Congregatione. Di questa ho lasciato di far il Sommario, patendomi quanto all'ultima parte superfluo, essendo il medesimo di quello, che già all'Eminenza Vostra ho trasmesso, e quanto alla prima la difficoltà, credo si ristrenderà all'essere in questo Collegio quasi pieno il numero degl'Alunni, e il non esser solito di ammettervi Religiosi,⁷² et humilmente mi l'inchino.

Dalla Propaganda, 14 Gennaro, 1669.

Di V. Eminenza umil.mo et obblig.mo servitore

Arciv. di Cesarea.

⁷² Ratio haec valet potius ex eo, quod non admittebantur in hoc Collegio, saltem tunc temporis, Alumni ritus orientalis.

39.

Roma, 15. I. 1669.

Littera Cardin. Spinula in negotio sanationis irregularitatum Josephi Vološynovskij eiusque subiectonis Primi Hungariae.

APF, *Scritt. r. n. Congressi: Greci di Croazia...*, vol. 1, fol. 58rv-59.

III.mo e R.mo Signore.⁷³

Perche troppo importa per servitio di Dio, che si piglino presto provisioni adeguate per l'unione di tante migliaia di persone di rito greco, hoggi scismatici, che riconoscono per lor Prelato Monsignor Vescovo Moncaccense, già che la Divina bontà ha illuminato questo, ch'ha habbia detestati gl'errori de Greci, e riconosciuto il Sommo Pontefice per Capo visibile della Chiesa Santa, prego V.S. Ill.ma ad effetto di poter rendere capace il Sig. Cardinale Barberini, e gl'altri Eminentissimi non informati, a far presentar gl'atti, e dubbij, che furono considerati in una Congregatione particolare sotto li 13 Ottobre 1667, alla quale io pervenni con li Signori Cardinali bo. me. Pallotto, Ottobono, Carraffa, et Azzolino, insieme con il Monsignor Fag... e Casanata all' hora Segretario; et intanto mi fav... nare, col suo solito zelo, et accuratezza l'accluse...

Veramente hoggi che restano conciliate le differenze... nomine di detto Vescovato tra l'Imperatore come Re d'Ungheria et il Principe Ragozzi, e le dissensioni sopra la giun..., ...Spirituale tra l'Arcivescovo del Regno come Primate, e Metropolitano di Russia per ragion del rito, e Vescovo Agriense per essere in quella Diocesi detti Greci, mi pare gran disgratia che s'habbiano da tener longamente quei popoli vacilanti nella fede, e sospeso l'esercitio della giurisdizione al Prelato, che studia di ridur il suo gregge all'ubbidienza dovuta.

Deve V.S. Ill.ma supponere per massima certa, che tanto sia metter oggi noi in dubbio, che detto Vescovo di Moncas unito dependa dal Metropolita greco scismatico, et heretico, quanto voler apportarlo in un certo modo dall'unione, e giuramento prestato. Che però se bene il Principe Ragozzi premeva nel principio avanti che si fosse prestato detto giuramento, che restasse il Vescovo sottoposto al Metropolita greco, hoggi resta appagato che riconosca il Primate del Regno, cioè l'Arcivescovo di Strigonia.

V.S. Ill.ma farà chiamare il Padre Procuratore dell'Ordine di S. Paolo Primo Eremita, potrebbe essere, che dal medesimo le venisse data qualche chiarezza sopra tal pratica. Ma conviene sopra tutto, che la S. Congrega-

⁷³ Ut videtur, Secretario S.C. de Prop. Fide, Federico Ubaldi-Baldeschi (1668-1673).

tione mostri di far stima dell'Arcivescovo di Strigonia, che ha invigilato per gran premura per l'unione suddetta, come fece anco utilmente Monsignor Antecessore;⁷⁴ tanto più che potrebbe riuscirli, che al medesimo Vescovo Moncacense unito accettasero di sottoporsi molt'altri dell'istesso rito greco sparsi per molti luoghi di quel Regno d'Ungheria.

Quando si trattasse della consecratione di detto Vescovo, all' hora è certo, che per servarsi i riti della Chiesa Orientale, converrebbe applicar l'animo, ch'il Consecrante fosse dell'istesso rito greco; ma hoggi siamo fuori di quest'impaccio. E così à parer mio dobbiamo solo pensar à sanar tutti li difetti espressi da Monsignor Arcivescovo di Strigonia, e da Monsignor Vescovo d'Agria con il mezzo della suprema autorità Apostolica; e con rinnovargli gl'ordini per la transmissione della professione della Fede, e copia successivamente de gl'atti susseguenti sopra le sanationi di sopra espresse. Et a Monsignor Vescovo d'Agria, Prelato della prima nobiltà d'Ungheria, e molto zelante, stimerei ragione, che si facesse ogn'espressione di stima; e che potendolo consolare con far accettare nel Collegio de Greci due de giovani Rutheni, che fossero di maggior aspettatione, abbracciasero volientier l'occasione di compiacerlo. E mentre prego V.S. Ill.ma di molte occasioni di servirla, le bacio le mani.

Casa 15 Gennaro 1669.

Di V.S. Ill.ma e Rev.ma aff.mo per sempre

V. Cardinal Spinola.

Le due scritture accluse⁷⁵ in suo commodo fornirà ri...

Monsignor Baldeschi, Arcivescovo di Cesarea e Secretario della S.C. di Prop. Fide.

40.

Roma, 19. I. 1669.

Idem Cardinalis de eadem sanatione actuum Episcopi Mukacoviensis.

APF, *Scritt. r. n. Congressi: Greci di Croazia...*, vol. I, fol. 56.

Ill.mo e Rev.mo Signore.

Non possono restringersi con maggior chiarezza, e metodo i dubbij. È ben vero, che dato che saltem quoad executionem (come mi persuado fermamente) restasse sospeso l'ordine al Vescovo consacrato, sarebbe

⁷⁴ Georgius Lippay, Archiepiscopus Strigoniensis (1644-1666); tunc temporis erat Archiepiscopus Georgius Szelepcsenyj (1666-1685).

⁷⁵ De litteris acclusis nobis non constat; forsitan agebatur de litteris Nuntii Vindobonensis.

necessaria, o la rehabilitatione di Nostro Signore quatenus bastasse, o la dichiaratione, ch'anco sub eadem conditione fossero reiterati gl'ordini, et il Sacramento della Cresima, dati dal medesimo Vescovo sospeso, e che per quiete maggiore de gl'Unghari s'esprimesse, che non osti che detto Prelato Moncacense per essere del rito greco, non sia stato confermato da S. Santità, secondo che veniva prescritto nella nomination al Vescovato soddetto, fatta dalla Maestà Cesarea, e resto con ratificarmi.

Casa, 19 Gennaro 1669.

Di V.S. Ill.ma e Rev.ma affezionatissimo per sempre

Cardinal Spinola.

41.

Prazmov, 23. I. 1669.

Aep. Nicolaus Prażmowski Congreg. de P.F. promittit defensionem Unionis in Comitiis Regni.

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Pol., Ruteni*, vol. 1, fol. 398.

Em.mi, Ill.mi ac R.mi D.ni Colendissimi.

Auxit solitudinem meam, quam pro sanctae Graeco-Ruthenae cum orthodoxa religione Unionis hactenus indefessam sustinui, paterna Eminentiarum cohortatio, ne quid haec ipsa Sacra Unio in praesenti orbitate Regni diminutionis capiat. Cuius propagandae quemadmodum semper studiosissimus extiti, ita in futurae electionis Comitiis, Deo adiuvante, adnitar, ne quidquam, me praeside, praeiudicii patiatur; quinimo, ut iuribus et praerogativis, quantum fieri poterit, augeatur, cum mihi, tum universo Ill.morum et R.morum D.norum Episcoporum collegio curae maxime futurum. Quod in praeterita etiam generali statuum convocatione praestitum esse vel ex annexo sancitae legis articulo, quo satis abunde provisum est, ne relapsus ab eadem Sancta Unione (f. 398v) et apostasia impune cuiquam cedat, Eminentiae Vestrae cognoscent; quarum sacras purpuras demissa veneratione percolo.

Datum Prażmowii, die 23 Ianuarii, 1669.

Em.marum ac Ill.marum et R.marum Dominationum Vestrarum
devotissimus servitor

Nicolaus, Archiepiscopus Gnesnensis.

Ad Sacram Congr. de Fide Propaganda.

42.

Roma, 12. II. 1669.

*Littera Cardinalis Spinulae in negotio Eparchiae Mukachoviensis.*APF, *Scritt. r. n. Congressi: Greci di Croazia...*, vol. I, fol. 60rv.Ill.mo e R.mo Signore.⁷⁶

Oltre à quanto ho già rappresentato à V.S. Ill.ma in ordine al Vescovato Moncaccense, stimo bene mandarle copia d'una relatione, ch'intorno alla medesima Chiesa hebbi nè primi mesi che giunsi alla Nuntiatura di Vienna, dalla bo. me. di Monsignor Lippay, Arcivescovo di Strigonia, Antecessore di quel Prelato, che hoggi rege quella Chiesa, e ch'era soggetto d'incomparabil virtù, e di sperimentato zelo. V.S. Ill.ma raccoglierà da detta lettura, che già la S. Congregazione prese provvedimento in un caso simile del fu Monsignore Pietro Partenio, Vescovo di Moncac, ch'essendo nate le medesime controversie per essere stato consecrato da Vescovo Scismatico, la Santa Sede non si curò di venir alla decisione del dubbio, ma lo rimesse al medesimo Monsignor Primate, che sentito il parere de Teologhi, ad cautelam renovò alcuni atti della Consecratione.

Potressimo donc que noi fugire ogn'impegno di dichiarare, se all'Imperatore, Principe Ragoczij, o ad altri spetti la nominatione, e restringersi ne i dubbi proposti da Monsignor Arcivescovo moderno, e da Monsignor Vescovo d'Agria; ma non dilatare più le risposte a quei Prelati, già che per la notitia, ch'io tengo di quei soggetti, e del naturale de gl'Ungari, con diferir à rispondere sopra un'avviso, che per ragione meritava tanto gradimento, si disanimano al maggior segno e si mettiamo a pericolo di perdere migliaia d'anime, ch'hanno abbracciata l'Unione, et hanno lasciati gl'errori, che per poca incuria nell'Hungheria, più che nella Polonia, hanno fatto perseverare nello scisma quelli del rito greco.

Non perdiamo dunque l'occasione d'hoggi, ch'anco il presente Vescovo Moncaccense, e numero così grande de suoi seguaci si sono sottoscritti all'unione con la Chiesa Romana; tantopiù ch'ho rincontri che dimani nella S. Congregazione del Santo Ufficio si darà l'ultima mano alla resolutione de i dubbi, che da V.S. Ill.ma furono trasmessi à Monsignor Assessore, e mentre attendo frequenti occasioni di servir à V.S. Ill.ma le bacio le mani.

Casa, 12 Febraro 1669.

⁷⁶ Ut videtur, agitur de Secretario S.C. de Prop. Fide, Federico Ubaldi-Baldeschi, Archiep. tit. Caesariensi (1668-1673).

Di V.S. Ill.ma e R.ma aff.mo Servitore sempre V.

Cardinal Spinola.

Fin qui si fa con il supposto, che Monsignori del Rito Greco non s'abbiano da porre in comodo; essa però fa discrittione di chi nè spetti la nominatione, onde solo siamo tenuti a rispondere precisamente nelli dubbij per puro scrupolo... e lo dobbiamo fare, acciò s'accompagnino quei popoli che stiano più attenti à sottometersili spiritualmente e che la Chiesa Romana abbraccia amorosamente chi à lei ricorre.

43.

Roma, 3. III. 1669.

Alia littera eiusdem Cardinalis de nominatione Josephi Vološynovskij.

APF, *Scritt. r. n. Congressi: Greci di Croazia...*, vol. I, fol. 62.

Ill.mo e Rev.mo Signore.

Tra le mie scritture à caso ho trovato copia della nominatione Cesarea di D. Giuseppe Valesius dell'ordine di S. Benedetto per il Vescovato di Moncac⁷⁷ del rito greco, e dal medesimo foglio parmi, che si raccolga chiaramente, che la nomina soddetta sia stata fatta con la partecipazione del Prencipe Ragozzi, e dell'Arcivescovo di Strigonia. E che però cessino i sospetti, ch'altre volte s'allegarono, si restringono però i dubbi, se siano seguiti diffetti nella Consecratione di detto Prelato, che richiedino particolar sanatione dalla quale nascerebbe l'altra difficoltà, se dovessero essere rehabilitati quelli, ch'hanno ricevuto i Sacramenti dell'Ordine, e della Cresima dal medesimo Vescovo, e mentre a suo tempo attenderò, che V.S. Ill.ma mi ritorni le scritture, che l'ho inviato sopratutto pratica, le bacio le mani.

Casa, 3 Marzo 1669.

Di V.S. Ill.ma e R.ma aff.mo sempre

Cardinal Spinola

Monsignore Baldeschi, etc.

44.

Roma, 13. III. 1669.

Resolutio S.C. Officii in negotio consecrationis Josephi Vološynovskij.

APF, *Scritt. r. n. Congressi: Greci di Croazia...*, vol. I, fol. 64.

⁷⁷ Josephus Vološynovskij, Episcopus Mukačoviensis (1667-1675), Ordinis S. Basili Magni, non S. Benedicti.

Feria 4a. Die 13 Martii 1669.

In generali Congregatione S. Officii etc.

Propositis infrascriptis dubiis remissis a S. Congregatione de Propaganda fide, videlicet:

1^o. An Episcopus Graeci Ritus consecratus ab Episcopo Schismatico et Haeretico simul,⁷⁸ sit valide consecratus.

Sac. Congregatio dixit, Episcopum Graeci Ritus ab Episcopo Schismatico, et Haeretico simul, valide consecratum, verum illicite fuisse consecratum, et ideo indigere relaxatione quoad suspensionem, et dispensatione quoad irregularitatem.

2^o. An Episcopus Moncatiensis Graeci Ritus ab uno tantum Episcopo consecratus sit valide consecratus.

An in utroque casu denuo consecrari debeat sine conditione, vel possit sub conditione denuo consecrari.

Sacra Congregatio dixit, Episcopum Moncatiensem ab uno tantum Episcopo consecratum, non esse iterum sub conditione consecrandum, sed sequendum praescriptum Brevis san. mem. Pii 4, datum XI Augusti 1562, quod transmittatur.

45.

Vindobona, 25. V. 1669.

Archiep.pus Strigoniensis pollicetur transmittere formulam professionis fidei Episcopi Mukacoviensis.

APF, *Scritture rif. n. Congressi: Greci di Croatia, etc.*, vol. I, fol. 66-66v.

Illustrissime ac Reverendissime Domine, Fautor, et Frater in Christo Colendissime.

Post diuturnam, et adversam corporis valetudinem redux factus ex Hungaria ad has partes, accepi debito cultu Illustrissimae, ac R.dissimae D. Vestrae ad me datas,⁷⁹ in quibus me edocendo de Sacrae Congregacionis resolutionibus in negotio Episcopi Munkacsien. antehac schismatici, mandat, ut eidem praestitum ab ipso juramentum quantocitius transmit-

⁷⁸ Josephus Szumlanskyj, Episcopus Leopoliensis ab anno 1667, cui opponebatur Eustachius Svistelnyckyj, qui hoc eodem tempore eparchiam possidebat, et tantummodo post eius obitum Szumlanskyj regimen eparchiae obtinere valuit (1677-1708); fidem catholicam clam professus est (1677), et tandem eparchiam suam ad unionem adduxit cum Sede Apostolica (1700); tempore, de quo agitur, eius circumstantiae erant valde incertae, et canonice et realiter.

⁷⁹ Secretarius S.C. de Prop. Fide, Baldeschi, Aep. Caesarien. (1668-1673).

tam; verum cum iam illud antea Eminentissimo Cardinali Domino D. Francisco Barberino, Patrono meo Colendissimo, transmiserim, nullus dubito, quin huc usque ad manus Illustrissimae ac R.ndissimae D. Vestrae delatum sit; nihilominus, ut obligationi meae usquequaque satisfaciam Sacramque Congregationem eatenus abunde informatam mihi persuadere possim, mitto iterato in inclusa hac scheda, ad manus Illustr. ac R.mae D. Vestrae, memoratum juramentum quod antefatus Episcopus, tunc, post emissam professionem fidei ab Episcopis praestari solitum, depositus daturus operam, ut quandoquidem Eminentissimus D.D. singularis Patronus meus Cardinalis a Spinola, mihi ante decem, aut duodecim circiter septimanas transmiserit certam formulam Professionis a Graeci Ritus Episcopis deponi consuetam, eundem Episcopum ac tutum ad me accersam, ac iuxta eandem formulam bene instructum, et informatum, debitae obligationis ecclesiasticae commonefaciam, nec intermissurus, ut rudi illi et noviter S. Matri Ecclesiae adstipulato populo ita provideam, tam erectione scholarum, quam alijs necessarijs Ecclesiae disciplinis, quatenus possint veris, ac legitimis Ecclesiae filijs, desiderato foenore, merito adnumerari.

Interim si quid adhuc ulterius mihi Sac. Congregatio demandare dignata fuerit, obsequiose rogatam habere velim Illustr. et R.ndissimum Dominationem Vestram, me desuper monere velit; enitar enim pro virili, ut me Sacrae Congregationis fidelem operarium exhibeam, et maneam semper

Illustrissimae et Reverendissimae Dominationis Vestrae...

Viennae, die 25 Maij, Anno D. 1669.

P.S. Juramentum istius Episcopi Ruthenici factum, etiam transmittere paratus sum, si ita necessum iudicarerit Ill. D.V.; utilius tamen judico, si idem ad me accersitus, deposuerit noviter juramentum illud, quod mihi ab Emin. Cardinali Spinola, spirituali meo Patrono, ad hunc effectum transmissum fuerat.

Servus obsequentissimum

Georgius Szelepchenij, Archiepiscopus Strigoniae.⁸⁰

Ill.mo Domino Caesaraugustano Archiepiscopo, Secretar. S. Congregationis.

⁸⁰ Georgius Szelepcsenyj, Archiep. Strigoniensis (1666-1685).

46.

Roma, 13. VI. 1669.

*Littera Cardinalis Spinulae in negotio Mukačoviensi.*APF, *Scritt. r. n. Congressi: Greci di Croazia...*, vol. I, fol. 69.

Ill.mo e R.mo Signor, Monsignor Arcivescovo Baldeschi, Secretario.

Monsignor Arcivescovo Primate d'Ungheria con sua lettera del 26 passato, doppo havermi ricercato ad emendare quelli errori, ch'io conoscessi haver egli commesso in non usar quei trattamenti più ossequiosi al gran merito di V.S. Ill.ma, m'aggiunge le seguenti parole: Esset valde bonum si Sac. Congregatio dignaretur pro suo consueto zelo curare educari aliquem capacem Juvenem in Collegio Graecorum, qui finiendo studia possit substitui. Cum enim Episcopus Muncacensis confirmatus sit pene decreitus, non credo ipsum supervicturum duobus annis.

Trattandosi di Prelato unito, ch'ha più di cento mila sudditi, ad effetto d'assicurarsi che non tornino à gl'errori de Scismatici, mi è parso l'avvertimento molto prudente; tanto più che Monsignor Primate non l'haverebbe fatto, se non fosse sicuro di poter superare tutte le difficoltà, che son state per occasione della nomina di detta Chiesa Ruthena, che però ho stimato bene di ridur il tutto alla notitia di V.S. Ill.ma, alla quale bacio le mani.

Casa, 13 Giugno 1669.

Di V.S. Ill.ma e Rev.ma umil.mo suo semper

N. Cardinal Spinola.

47.

Roma, 23. VI. 1669.

*Littera Cardinalis Spinulae in negotio Mukačoviensi, nempe de provisione nova eiusdem Eparchiae.*APF, *Scritt. r. n. Congressi: Greci di Croazia...*, vol. I, fol. 71.

Ill.mo e R.mo Signore, Monsignor Baldeschi, Arcivescovo di Cesarea.

Se bene non posso dar risposta precisa a V.S. Ill.ma, senza sentir prima Monsignor Primate d'Ungheria, non ho molta difficoltà in credere, che quei della Russia possino esser capaci delle Chiese d'Ungheria, tanto più mentre il secondo in ordine vien intitolato Archimandrita Colocensis, Chiesa compresa tra gli Vescovali Chiese d'Ungheria. Il maggior dubbio mi deriva, se li soggetti Rutheni proposti siano tutti del Rito Greco havendo massime d'alcuni di essi presunzioni in contrario; e come V.S. Ill.ma

sà, il Vescovato Moncacense non può ammettere chi non sia di detto Rito, per esserlo tutti li Diocesani. Però sopra di ciò prego V.S. Ill.ma à far sentire il P. Ministro del Collegio Greco, e premere che di ciò, che si sarà riportato habbia qualche sentore avanti sabbato, nel qual giorno si scrive per Ungheria. E mentre attendo frequenti occasioni di servir a V.S. Ill.ma le bacio le mani.

Casa, 23 Giugno 1669.

Di V.S. Ill.ma e Rev.ma Ob.mo per sempre

N. Cardinal Spinola.

48.

Varsavia, 1. VII. 1669.

Causa Episcopi Volodimiriensis contra Metropolitanum Kiovensem de pensione super episcopatu Volodimiriensi in favorem Metropolitae, expositio rationum pro et contra et appellatio ad Sedem Apostolicam.

ASV, *Vescovi*, vol. 55, fol. 363-364.

Anno D.ni Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo Nono, Die vero Lunae, Prima Mensis Julii, Varsaviae.

Pro Ill.mo et Rev.mo D. Benedicto Glinski⁸¹ Dei et Apostolicae Sedis gratia Ep.po Vlodimiriensi, Protho Metropoleos contra Ill.mum et Rev.mum D. Gabrielem Kolenda, Dei et Apostolicae Sedis gratia Metropolitam Russiae, Polocensem Archiepiscopum, Supraslensem et Beresvecensem Archimandritam, etc., Ord. S. Basillii Magni.

Coram Perillusterrissimo et Rev.mo D. Carolo Sarteschio I.U.D. Prothonotario Apostolico, Ill.mi et R.mi D. Galeatii Marescotti, Dei et Ap. Sedis gratia Archiep.pi Corinthien., SS.mi D.N.D. Clementis D.na Providentia PP. IX Prelati Domestici et Assisten. Eiusdemque et S. Sedis Apostolicae per totum Poloniae Regnum et M.D.L. cum facultate Legati de latere Nuntii Apostolici, Curiae Causarum Auditore G.li et Judice, in publica Causarum audientia comparuit personaliter Nobilis Carolus Zalizerski, Ill.mi et R.mi D. Benedicti Glinski Ep.pi Vlodimiriensis Ord. S. Basillii Magni Procurator, et interno et externo ex Actis legitime incidens, inhaerendo rationibus in anteriori audientia allatis, et in Actis connotatis ad quas rationes se totaliter refert, sed praesertim, quandoquidem sine consensu et authoritate Summi Pont. pensiones tam temporaneae, quam perpetuae

⁸¹ Benedictus Glinskyj, Episcopus Volodimiriensis et Berestensis, Protothronius Kiovensis (1667-1678).

super Episcopatibus imponi non possunt, et sine ulla necessitate et commodo Episcopatus imponi non debent, ut quaelibet pensio sine consensu Summi Pontificis habet in se speciem symoniae quando ex contractu aliquo super beneficio intercedit, quales contractus per Sacros canones damnantur, et nullum habent effectum. Porro in praesenti negotio et Causa Principalis sui idem apparet, nam de approbatione pensionis super Episcopatu Vlodimiriense per Summum Pontificem non probatur, imo contractus originarius ex quo Pars praetendit pensionem mere habet in se speciem symoniae, tum quod Archimandrita simplex sine consensu Cleri et Capituli sui Vlodimiriensis non potuit, nec debuit acceptare pensionem in praeiudicium successorum, cum hoc onus sit reale. Beneficia autem ex natura sua debent esse libera. Item quod Ill.mus D. Metropolita modernus, et illius Antecessor⁸² non fuerunt in usu et possessione eiusdem pensionis cum eandem pensionem salva conscientia praetendere non poterant, tum quod eadem pensio ante annos triginta per mortem contrahentium ipso facto expiravit.⁸³ Contractus enim personales cum personis extinguntur, nec ex illis et talibus contractibus extinctis manutentio praetendi potest, et manutentio non conceditur, qui non docet de reali et actuali alicuius rei possessione (f. 363v) aut quando opponitur exceptio peccatum in se continens prout est in casu, uti apparet aperta species symoniae ex contractu ratione Beneficii seu Episcopatus resultans, ideo, referens se ad has et alias rationes in praeterita audientia seu alias in Actis contentas, Principalem suum ab Actione ratione petitae pensionis liberum pronuntiari, Episcopatum Vlodimirien. ab eo onere pensionis liberum declarari, Parti perpetuum silentium imponi, eandemque in damnis et litis expensis condemnari petiit.

Praesenti Nobili Stephano Dolkiewicz, sup.ti Ill.mi et Rev.mi Gabrielis Kolenda Metropolitani Kioviensis ac Russiae Procuratore, contra rationes Partis Adversae, ex quo sapiunt petitorum, suus autem Principalis possessorio agat, et se manuteneri et in possessione percipiendae pensionis conservari postulet dicens ac ad eum effectum probans possessionem Decreto Tribunalis praesentis tum et alia Documenta produxit, quae admitti postulavit, ac penes eadem suum Principalem manuteneri et conservari mandatumque executivum decerni, et extradi pro annis duobus postulavit salvo ...omni etc.

⁸² Metropolita tunc temporis erat Gabriel Kolenda (1665-1674); de eo volumen praesens plenus est documentorum. Cfr. Indicem nominum et rerum. Antecessor erat Antonius Sielava (1641-1655).

⁸³ Talis pensio imposta erat et confirmata inde ab anno 1615; cfr. *Documenta Pontificum Romanorum*, vol. I, pag. 360-2, nr. 256.

E converso, absolute possessionem aliquam moderni Ill.mi et R.mi D. Metropolitae Kioviensis absolute negavit, cum et Ill.mus D. Metropolita modernus et Antecessor eius numquam fuit in usu, et possessione eiusdem pensionis et male Adversa Pars eandem possessionem pensionis fictae sibi adstruit, quo ad decreta producta iam ad illa replicatum esse, et ea non valere: *primo*, quia idem Decretum erat cum tercia persona latum, res autem inter duos acta tertio non praeiudicat; *secundo*, quod ea Decreta erant personalia et cum personis ipsis mortua sunt; *tertio*, quia ab his Decretis ad Sedem Apostolicam appellatum erat, et remedia a S. Sanctitate concessa sunt praedictaque Causa Ill.mo et R.mo D. Ep.po Vladislaviensi commissa fuit, et sic eadem Decreta nunquam erant in executione, et nullum effectum. Ideo stantibus his et aliis rationibus, ad quas se retulit, Principalem suum ab ea actione liberari postulans. In oppositionem se retulit ad suas probationes possessionis tum ad Decretum Tribunalis praesentis, contra vero allegatam Appellationem ad Curiam Romanam a Decreto Tribunalis praesentis, ex quo fatalis lapsa sit, Decretum autem executionem demandat, et per Antecessorem moderni R.mi D.ni Ep.pi Vlodimiriensis acceptatum in rem iudicatam transiit, ideo ut supra decerni postulavit, salvo per etc. dispensa erant et sunt. *Quarto* quia eadem Decreta, qui R.mus D. Auditor G.lis sedens, etc., auditis etc. visis Iuribus productis pro parte Ill.mi et R.mi D. Metropolitae Decretis alias circa controversam pensionem latis, praesertim vero Decreto praesentis Tribunalis die 27-ma (f. 264r) Maij Millesimo sexcentesimo sexagesimo septimo, a quo licet asseratur interposita Appellatio ad Sedem Apostolicam, ob illam tamen per spatium tanti temporis non prosecutam, ea remansit deserta, visis insuper quietationibus factis de huiusmodi pensione olim ab Ill.mo D. Korsak, Metropolita, necnon attestatione certae summae facta ab Ill.mo D. Ep.po Vlodimiriense Ill.mo et R.mo moderno Metropolitae occasione istius pensionis, visis pariter et perpensis exceptionibus dicti Ill.mi D. Ep.pi Vlodimiriensis, et animadverso, quod illae petitorum respiciunt, et tamquam altiorem indaginem requirentes nequeant summariissimum possessionis iudicium retardare, visis denique videndis, et auditis perattentissime praemissis et aliis, dixit et decrevit Ill.mum, et R.mum D. Metropolitam manutenendum fore, et esse in possessione exigendi pensionem, de qua agitur, ab Ill.mo D. Ep.po Vlodimiriensi mandatumque de manutenendo pro pensione decursa et non soluta in solita forma concessit, et extradi mandavit, sine praeiudicio tamen iurium ipsi Ill.mo D. Ep.po Vlodimiriensi vel super nullitate eiusdem pensionis vel reductione ipsius ad minorem summam, vel alias quomodolibet et qualescunque ipsi competentium in petitorio Judicio experiendorum, quae in suo robore conservavit et quibus nullatenus per praesens Decretum voluit

praeiudicium inferri, salvisque coeteris omnibus exceptionibus, quas ad petitorum reiecit. Expensas vero iustis de causis inde compensavit. Et ita etc. Ita decrevi Ego Carolus Sarteschius, Auditor G.lis et Judex. — Andreas Fiefne, Cancellarius.

A quo Decreto Procurator Ill.mi et R.mi D. Ep.pi Vlodimiriensis, uti a Decreto gravaminosissimo ratione (?) adiudicatae pensionis Ill.mo D. Metropolitae Kioviensi, ad quam nullum Jus habuit et habet, et quam numquam habuit aut possedit, et manutentio eadem nulla existente in rerum natura non potuit concedi, tamen ex aliis rationibus fusius dandis et connotandis ad SS.mum D.N.D. Clementem Divina Providentia PP. IX. Sanctamque Sedem Apostolicam iterum primo, secundo, et tertio appellavit, ac eandem Appellationem, uti a Decreto gravaminosissimo, admitti eidemque totaliter deferri petiit etc. alias de nullitate eius Decreti, ac de gravaminibus notorietatis protestatus est salvo Jure adden. etc. salvis etc. In contrarium Procurator Ill.mi et R.mi D. Metropolitae dictam Appellationem refutari postulavit, uti in causa alimentorum, salvo etc. Qui R.mus D. Auditor G.lis Sedens etc. auditis etc. Appellationem praedictam tamquam in Judicio manutentionis interpositam, quoad devolutivum tantum admisit. Et ita etc. iterum appellavit.

Andreas Fiefne, Cancellarius.

Ex Prothocollo Actorum Curiae Causarum Nuntiaturae (f. 364v) Apostolicae extractum et sigillo Ill.mi et R.mi D. Galeatij Marescotti, Nuntii Apostolici in Regno Poloniae commorante communitum.

Andreas Fiefne, Auctoritate Ap.ca Notarius et eiusdem Curiae Causarum Cancellarius.

49.

Varsavia, 11. VII. 1669.

Instantia Metropolitae Kioviensis ad Summum Pontificem, ut commendet causam promotionis suae ad dignitatem senatoriam.

ASV, *Lettere di Vescovi*, vol. 52, fol. 220rv.

Sanctissime ac Beatissime Pater, Domine, D.ne Clementissime.

Post devotissima pedum Sanctitatis Vestrae oscula, signifco sat mature supervenisce commendationem Sanctitatis Vestrae ad Ill.mum D. Nuntium nostrum, qui parens nutui Sanctitatis Vestrae egregie disposerat corda omnium ordinum Regni, ut me per Legem Patriae, post omnes saltem episcopos, in Senatu collocarent. Huic voto meo Haeretici ipsi pariter et Schismatici nequaquam contradixerunt, solus D.nus Episcopus Cracoviensis (magno scando etiam Schismaticorum) contradixit.

Ideoque si saeculares, laici homines, restitissent mihi, neutiquam coram S.V. conquerer, at iste zelosus Pastor, furiis solitis actus, hoc votum meum, an potius hunc honorem, veluti triumphum de Schismate, ambitionem vocavit. Non tamen penitus frustrata desideria, dum Respublica, hoc interesse meum, in Coronationem reiecit, inseruitque hoc punctum ad Acta Castri Varsaviensis. Quapropter humillime Sanctitatem Vestram supplico, quatenus speciali, ideoque severo D.nus Ep.pus Cracoviensis hac super re cohibeatur Brevi, neve impedit bonum Unionis, per gradum Senatorium assurgentis. Non noceret si adderentur litterae ad S. Regiam Maiestatem et Primatem Regni Archiepiscopum.⁸⁴ Non omisi ullam diligentiam, Beatissime Pater, pro tuenda Unione, effudi magnos sumptus conciliando frigida Catholicorum corda, et tandem, divina affulgente ope, allaborante rebus nostris Ill.mo D.no Nuntio, subruti sunt conatus Schismaticorum, Pacta Vladislaviana, Unioni praeiudiciosisissima, non amplius reassumpta, sed penitus revocata. Strepentibus, furentibus, cum protestatione licet abscentibus Nobilibus Schismaticis. (f. 220v) Episcopatum Premisliensem volebant intrudere, neque hoc potuerunt efficere. Cracoviae tamen in coronatione agitatibus Causa Premisliensis episcopatus, per deputatos Poloniae Magnique Ducatus Lituaniae. Ubi invigilandum mihi erit et rationibus et auro, ad flectendos animos (o tempora! o mores!) Judicum Catholicorum. Iterato deosculans Sacros Sanctitatis Vestrae pedes, me gratiae Sanctitatis Vestrae commendando.

Varsaviae, 11 Julii 1669.

Sanctitatis Vestrae D.ni mei Clementissimi humillimus servus ad pedes.

Gabriel Kolenda, Archiepiscopus Metropolita totius Russiae.

50.

Di casa, 2. VII. 1669 (Varsavia).

Cyprianus Zochowski, refert de intentionibus Regis Poloniae commendandi ad cardinalatum Nuntium Poloniae.

ASV, *Nunz. di Polonia*, vol. 83, fol. 225rv.

Ill.mo e R.mo Monsegnore, Padrone Colendissimo.

Il Signor Generalissimo di Lithuania m'ha preso in carozza et m'ha menato al vescovo di Vilna. Prima che io cominciasi parlare, lui mi disse:

⁸⁴ Hac occasione missa fuerunt plurima Brevia ad varias personas Regni, sub dat. 24.VIII.1669; cfr. *Documenta Pontificum Romanorum*, vol. I, pag. 594-603, nnr. 538-552.

mi rallegro coll'Ill.mo Monsegnor Nunzio. Il Re per la nostra istanza dichiarò hieri raccomandare Mons. Nunzio a Sua Santità e non Resciers al Capello Cardinalizio. E però stimava il Generalissimo che ringraziasse a Sua Maestà, non nominando però ne Generale di Lithuania, ne nessuno, solamente dicendo *d'haver sentito da quelli che hanno fatto istanza hieri* a Sua Maestà, e che S. Maestà s'era dichiarato a favor Suo non del Resciers, però ringraziar deve subito. Perche dice con questo mezzo termine, senza ricordare il nome, solamente quelli che han fatto istanza hieri (f. 225v), si sarebbe impegnato Re et sicuramente (dice) Monsignore scriva a Roma dandone parte a Sua Santità.

Arrivarei io presto da V.S. Ill.ma, ma corro a Kolo⁸⁵ per contrastar con i Scismatici là.

Rimango netto schiavo di V.S. Ill.ma raccomandandomi alla grazia di V. Segnoria Ill.ma e R.ma.

Di casa, 2 Giuglio 1669.

Indegno Servitore

Cypriano Zochowski, Ab. A.M.

51.

Vindobona, 18. VII. 1669.

Archiepiscopus Strigoniensis paratum se declarat informationes assumendi de rebus eparchiae Mukacoviensis.

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Greci di Croatia, etc.*, vol. 1, fol. 75.

Eminentissime Princeps, Domine, Domine et Patrone Colendissime.
Em. Principi D.D. Cardinali Spinola.

Heri vesperi sunt mihi traditae Eminentiae Vestrae literae, una cum inclusa annotatione nominum Alumnorum Ruthenorum, qui e Collegio Graecorum de Urbe, ab Anno Domini 1620, usque ad 1667, egressi sunt. Quas quidem Eminentiae Vestrae literas statim in meas includendo, Domino Episcopo Agriensi, tanquam partibus illis Ruthenicis proximiori, et viciniori (:siquidem ego locorum illorum, et Constitutionum ignarus essem:) transmisi, ac perscripsi, quatenus is accersito ad se illo nuper creato Episcopo Rutheno, claram informationem de Constitutionibus illorum, situque locorum, capiat, mihiique quantocvus transmittat. Loca enim illa distant hinc ad 90 circiter Millaria Hungarica. Episcopus eorum

⁸⁵ Dictio polona et significat « circulum » penes Varsaviam, ubi Comitia Regni locum habebant, ob magnum numerum participantium eorumque asseclarum.

est vir valde decrepitus, gens autem illa adeo rudis, ut etiam sua lingua vix aliquid caleat legere. Proinde esset eo mittendus aliquis bonus, zelosus, exemplaris, et eruditus Vir, moderno Episcopo adiungendus, qui sciret illos in bonum ordinem disponere, ac demum, mortuo Episcopo moderno, in officio succedere posset. Interim ubi primum responsum, a supradicto Domino Episcopo Agriensi accepero, confestim Eminen. Vestram uberius de omnibus informabo, manens quoad vixerit.

Viennae, die 18 Iulij, 1669.

Ejusdem Eminen. Vestrae obsequentissimus Servus, Capellanus
Archiepiscopus Strigoniae (mp).

52.

Derman, 3. IX. 1669.

Episcopus Peremysliensis Metropolitae de sua eparchia et dando sibi Coadiutore.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. gen.*, vol. 424, fol. 334.

Copia di lettera di Monsignor Vescovo di Premislia Rutheno unito, a Monsignor Metropolita, tradotta dal Polacco in Latino.

Ill.me et Rev.me Domine, Domine, et Pastor Obs.me.

Cum non possim Ecclesiae Dei, et animabus Episcopatus mei inservire ob aegritudinem meam magnam, humillime supplico Ill.mae, et R.mae Dominationi, ac Pastori, ut dignetur consulere Dioecesi meae, mihique dare pro Coadiutore aliquem Religiosum capacem, ut et Episcopatum possit vindicare, et animabus inservire. Jura Episcopatus Premysliensis inveniuntur apud Dominos Advocatos meos, saltem apud Dominum Dotkiewic, et Dominum Satkouski, a quibus dignetur recipere Ill.ma D.V., et sicuti solet esse Protector Ecclesiae Dei, meique Episcopatus, ita et nunc pro zelo suo Catholico, ac Pastorali non velit cessare Episcopatum Premysliensem protegere; pro quo zelo ipse Dominus Deus Ill.mae Dominationi erit futura merces, ego vero obsequia mea indigna insimul cum precibus Ill.mae, ac Rev.mae Dominationi Vestrae humiliiter commendabo.

Dermanij, 3, 7-bris, 1669.

53.

Roma, 12. X. 1669.

Archiepiscopus Caesareae transmittit pro studio processum contra Episcopum Peremysliensem fabricatum.⁸⁶

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni generali*, vol. 421, fol. 338.

Emin.mo e Rev.mo Signore, Padron mio Col.mo, Signor Cardinal Vidoni
(con processo).

Mando à V. Eminenza l'aggiunto Processo fabricato da Monsignor Nunzio di Polonia contro il Vescovo Rutheno di Premislia, acciò si degni riferirlo nella prima Congregazione.

Secondo le regole ss.me, che si osservano in questi Tribunali di Roma, non puol negarsi, che il Processo non sia in moltissime cose manchevole, come V.E. si degnarà vedere. E ben però vero, che essendo vanità lo sperare, che in quelle parti possino osservarsi simili regole, e dall'altro canto essendo i delitti, de quali è imputato questo Prelato, assai gravi, et essendo anche non solo di scandalo, ma di pericolo il lasciarli impuniti, sarà parte della prudenza di V.E. il riflettere, se sia convenevole di rappresentare in S. Congregazione, se sia espeditivo di rimettere à Monsignor Nuntio la risolutione di questo negotio, et humilmente à V.E. m'inchino.

Dalla Propaganda, 12 Ottobre, 1669.

Di V. Eminenza umil.mo, dev. et obb.mo Servitore

Arcivescovo di Cesarea.⁸⁷

54.

(Varsavia, 7. VII.-6. VIII. 1669).

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni generali*, vol. 421, fol. 346-356v.

Die 7ma Iulij 1669, Varsaviae.

Coram Ill.mo et Rev.mo D. Archiepiscopo Corinthi, Nuntio Apostolico.

Comparens R.D. Adamus Sinkiewicz, Curiae Apostolicae Nuntiaturae Instigator Fiscalis, et exhibitis litteris Sac. Congregationis de Pro-

⁸⁶ Processus fabricatus erat Varsaviae a Nuntio Apost. et transmissus ad Sedem Apostolicam; agebatur de gravi accusatione de indignitate Episcopi Peremysliensis Antonii Terleckyj (1662-1669).

⁸⁷ Secretarius S.C. de Propag. Fide, Federicus Ubaldi-Baldeschi, Archiep. Caesariensis (1668-1673).

paganda Fide, instetit iuxta ipsarum tenorem contra Rev.mum D. Antonium Terlecki, Episcopum Praemislien., Graeci Ritus Unitum,⁸⁸ et supra ipsius vita, et moribus Processum fieri, testesque infra nominandos examinari, ad effectum informandi Sac. Congregationem praedictam de excessibus eiusdem Rev.mi D. Episcopi, ut ad aliorum exemplum possit condigna poena puniri, et alias, prout Juris erit, decerni, omni etc.

Qui Ill.mus et Rev.mus D. Nuntius Apostolicus praedicta admisit, si et in quantum etc. et literis S. Congregationis supradictae reverenter susceptis, mandavit iuxta earundem tenorem testes examinari, eorumque depositiones per me Notarium et ipsius Cancellarium infrascriptum in scriptis redigi ad effectum, de quo agitur; et ita etc., omni etc.

Nomina testium per R.D. Instigatorem inductorum: Rev.mus D. Jacobus Susza, Episcopus Chelmen. et Belzen. Graeci Ritus unitus, Admodum R.D. Nicolaus Boris... Hostilowski, Proto Presbyter Hrubiesowien. Greci Ritus uniti, Admodum R.D. Joannes Wasilkiewicz Presb. Sancti Nicolai Chelmen. eiusdem ritus.

(f. 346v) Tenor litterarum, de quibus supra, est prout infra etc.

à tergo: All' Ill.mo e Rev.mo Signor Monsignore Marescotti, Arcivescovo di Corinto, Nuntio Apost. Varsavia.

Intus vero: Ill.mo e Rev.mo Signore.

Consideratosi maturamente dalla S. Congregazione l'affare del Vescovo Rutheno di Premislia, rappresentato dà V.S., non è paruto alla medesima potersi venire contro di lui ad alcun atto, che lo privi della sua giurisdizione, et autorità, senza che prima preceda il necessario Processo, col mezzo del quale vengono giustificati gl'eccessi, de quali ha dato anche parte il suo Metropolita, et affinche possa legittimamente procedersi contro di esso, la Santità di Nostro Signore, col parere della S. Congregazione, dà à V.S. facoltà di fabricarlo, con avviso di poi trasmetterlo alla S. Congregazione, per essaminarlo, e risolvere ciò che stimarassi più opportuno al beneficio di quella Chiesa, e me le offro.

Roma, 20 Aprile, 1669.

Di V.S. come fratello affettionatissimo

F. Card. Barberino; I. Arcivescovo di Cesarea, Segretario.

(f. 347) DIE 9 IULIJ 1669, VARSAVIAE.

Examinatus fuit in Camera Audientiae praedicti Ill.mi Domini Nuntij Apostolici: Rev.mus D. JACOBUS SUSZA, Episcopus Chelmen. et Belzen., Graeci Ritus Uniti, aetatis suae annorum 60 circiter, ut dixit, et ex eius

⁸⁸ Cfr. notam 86.

aspectu apparet, testis ex officio vocatus, et secreto per Dominationem Suam Ill.mam examinatus, cui delato Juramento veritatis dicendae, prout tacto pectore etc. iuravit et depositus prout infra, videlicet.

Interrogatus: An cognoscat Rev.mum D. Antonium Terlecki, Episcopum Praemislien. Graeci Ritus Unitum?

Rt: Novi dictum Rev.mum D. Episcopum Praemislien. ab annis triginta, occasione studiorum, quae ipse peragebat Chelmae, dum essem ibi Vicarius Generalis Chelmen. Episcopatus, prout etiam novi ipsum Romae, et alibi, et cum ipso saepissime convixi, et particularem consuetudinem habui.

Interrogatus: A quo tempore ipse Rev.mus D. Episcopus obtinuerit Episcopatum Praemislien.?

Rt: Credo quod anno quinquagesimo quinto ipse fuerit consecratus Episcopus, eo quia audivi hoc ab Ill.mo Domino Metropolita Kiovensi unito, qui ipsum consecravit, prout et ab alijs Rev.mis D.D. Episcopis huic consecrationi assistantibus.

(f. 347v) Interrogatus: An sciat quomodo ipse Rev.mus D. Episcopus se gerat circa munia episcopalia, circa curam animarum, et alia ad ipsius episcopale munus spectantia?

Rt: Ipse in praedictis omnibus in interrogatorio contentis pessime se gerit; quod etenim attinet ad munia episcopalia, ipse rarissime celebrat, bis vel ter in anno ad summum, et tunc temporis vel Sacrum facit cum maxima negligentia, sedens ad altare, cum non possit stare erectus, eo quia ex frequenti potu cremati, seu vulgo aqua vitae, contraxit tumorem in pedibus, et debilitatem in toto corpore adeo, ut nequeat neque episcopalia munia exercere, neque Sacrum ea qua decet forma celebrare, quin imo contra ritum communem adstantes sacerdotes recitant ipsi orationes vice ipsius, et alia faciant, quae ad ipsum in actu spectarent, cum maxima cunctorum admiratione, et scandalo, praesertim quia solam consecrationis formam profert; adstantes vero Sacerdotes caetera omnia peragant. Quod vero attinet ad curam animarum, et alia ad ipsius episcopale munus spectantia, ipse curae animarum non incumbit, prout deberet, siquidem a Dioecesi sua Praemisliensi abfuit fere per triennium, et duobus sequentibus annis bis tantum fuit in Dioecesi, et occasione ipsius absentiae Schismatici quamplurima bona dictae Ecclesiae occupaverunt, et sacerdotes, atque alij plures saeculares ad plura millia ad schisma abiverunt, ecclesiae remanserunt (f. 348) absque Pastoribus, et nisi nonnulli Domini Magnates Poloniae earumdem ecclesiarum Collatores vi restitissent Schismaticis, totus Episcopatus periisset, et in eorundem Schismaticorum manus devenisset. Praeterea de tempore quo idem D. Episcopus Praemislien. erat administrator Episcopatus Luceorien. Graeci Ritus Uniti, nedum curam

animatorum et alia eius munus concernentia exercebat, verum etiam Schismaticis connivebat, ecclesias Pastoribus destitutas relinquebat, adeo ut Schismatici illas occupabant, vel novas erigebant in civitatibus, et locis ubi Uniti degebant, ex quo fiebat, ut populus unitus ad Schismaticos transiret.

Interrogatus circa vitam, et mores eiusdem Reverendissimi D. Episcopi:

Rt: Quod attinet ad castitatem, sane ipse nullam malam de se opinionem unquam generavit, caeterum ipse a mane usque ad vesperum ebrius est, ob frequentem cremati, sive vulgo aqua vitae potum, sine quo nec per spatium unius horae potest stare, imo et nocte, statim atque expergefit, sumit crematum, cuius vas tenet prope lectum, ex qua continua inebrietate quamplurima insurgunt mala; etenim Divinus Cultus negligitur, bona Ecclesiae, praecipue Monasteriorum duorum, quae tenuit, et unum ex dictis Monasterijs dimisit ante sex Menses, ab eius Domesticis dilapidantur, a christifidelibus (f. 348v) ipse spernitur, quin imo apud ipsos in abominatione est, et aliquando ebrius in curru cum omnium risu vehitur, et exinde multa scandala oriuntur.

Ego Jacobus Susza, Episcopus Ritus Graeci Chelmen. et Belzen. deposui
pro veritate, ut supra (mppr).

EADEM DIE.

Examinatus fuit ibidem, ut supra, per praedictum Ill.mum D. Nun-tium Apostolicum:

Admodum R.D. NICOLAUS BORYSOWICZ HOSTILOWSKI, Proto-Presbyter Hrubiesowien. Graeci Ritus uniti, aetatis suae annorum 50 circiter, ut dixit, testis ex officio vocatus, et secreto per Dominationem Suam Ill.mam examinatus, cui delato Juramento veritatis dicendae, prout tactis etc. iuravit, et depositus, prout infra:

Interrogatus: An cognoscat Rev.mum D. Antonium Terlecki, Episcopum Praemislien. Graeci Ritus unitum?

Rt: Cognosco Rev.mum D. Episcopum Praemislien. a 30 annis circiter, occasione studiorum, quae absolvit Romae, et Chelmae, cum moraretur ad Cathedralem ecclesiam Chelmen., ubi etiam tunc temporis fui, et saepius cum ipso Rev.mo conversatus sum familiariter.

(f. 349) Interrogatus: A quo tempore ipse Rev.mus D. Episcopus obtinuerit Episcopatum Praemislien.?

Rt: Obtinuit Episcopatum Praemislien. ab annis octo circiter, et scio, quia Rev.mus D. Episcopus Chelmen. conabatur impedire dictum Rev.mum Episcopum Praemislien., ne a Sua Sanctitate de dicto Episcopatu provideretur, sed de post obtinuit sibi provideri de eodem Episcopatu, et fuit consecratus, uti a pluribus audivi.

Interrogatus: An sciat quomodo ipse Rev.mus D. Episcopus se gerat circa munia episcopalia, circa curam animarum, et alia ad ipsius episcopale munus spectantia?

Rt: Nullam curam penitus gerit circa munia episcopalia, nec circa curam animarum, et reliqua ad ipsius munus episcopale spectantia, quia quotidie in magna copia pluribus vicibus bibit crematum, vulgo aqua vitae, et se inebriat, ex cuius potatione tremunt manus, et pedes vacillant, ita ut non possit Divina peragere, nec curam animarum habere, et hoc scio, nedum quia pluries vidi proprijs oculis, sed etiam a pluribus audivi, et maxime a Presbyteris dictae suae Dioecesis Praemislien., qui coram me hic Warsaviae, et alibi conquerebantur contra ipsum Rev.mum D. Episcopum praedictum, quia non haberet curam sui, et ordinandos ad (f. 349v) ecclesias vacantes in eadem Dioecesi non sit qui ordinet, et hoc fit, ut Schismatici ecclesias Pastoribus suis destitutas occupant, et Praesbyteri uniti ob tantam negligentiam una cum populo frequenti ad dictos Schismaticos transeant.

Interrogatus: Circa vitam, et mores eiusdem Rev.mi D. Episcopi?

Rt: Nescio.

Ego Nicolaus Borysowicz Hostilowski, Proto-Praesbyter Hrubeswien. Graeci Ritus, deposui pro veritate, ut supra (mp).

DIE 10 IULIJ 1669.

Examinatus fuit ibidem, ut supra per praedictum Ill.mum D. Nunium Apostolicum:

Admodum R.dus D. JOANNES WASILKIEWICZ, Praesbyter Sancti Nicolai Chelmen., Ritus Graeci unitus, et Notarius Apostolicus, aetatis suae annorum 60 circiter, ut dixit, et ex eius aspectu apparent, testis ex officio vocatus, et secreto per Dominationem Suam Ill.mam examinatus, cui delato juramento veritatis dicendae, prout tactis etc. juravit, et depositus prout infra, videlicet:

Interrogatus: An cognoscat Rev.mum D. Antonium Terlecki, Episcopum Praemislien., Graeci Ritus unitum?

Rt: Cognosco Rev.mum D. Antonium Terlecki, Episcopum (f. 350) Praemislien. Graeci Ritus unitum, ab annis 36 circiter, quia Chelmae fui ipsius Magister, et audivit sub me Grammaticam, cum adhuc puer esset.

Interrogatus: A quo tempore ipse Rev.mus D. Episcopus obtinuerit Episcopatum Praemislien.?

Rt: Obtinuit ipse Rev.mus D. Episcopus Episcopatum Praemislien. a quatuor annis circiter, et scio, quia audivi a pluribus Episcopis Ritus

Graeci, prout et ab alijs Praesbiteris, qui interfuerunt consecrationi dicti Rev.mi Episcopi.

Interrogatus: An sciat quomodo ipse Rev.mus D. Episcopus se gerat circa munia episcopalia, circa curam animarum, et alia ad ipsius episcopale munus spectantia?

Rt: Jam a sexto anno circiter male se gerit circa munia episcopalia, circa curam animarum, et alia ad ipsius episcopale munus spectantia, quia ex quo quotidie bibit crematum in abundantia, ad quatuor, aut quinque quartas, et ita singulis diebus ebrius existit, non potest munia episcopalia exercere, quia ex morbo hidropsis quam contraxit bibendo ita inordinate crematum, sive vinum adustum, non celebrat nisi bis, aut ter in anno, et cogitur sedere ante altare, quia non potest stare erectus, et adstantes eius sacerdotes recitant pro ipso orationes, excepto ipse tantum sola verba consecrationis proferat. Quod vero curam animarum spectat, nullam habet omnino, quia etiam potentibus Patribus, et Nobilibus suaे Dioecesis, ut provideret (f. 350v) ecclesias Parochiales Pastoribus destitutas, ipse renuit; unde factum est, quod multi Presbyteri Graeci Ritus uniti una cum populo numeroso transierint ad partes Schismaticorum, et haec omnia scio, quia audivi a pluribus Presbyteris dictae Dioecesis Praemislien., et scio etiam propria experientia, quia saepius adfui dicto Rev.mo Episcopo Praemislien.

Interrogatus circa vitam, et mores eiusdem Rev.mi D. Episcopi:

Rt: Bona fama quidem est de ipsius Rev.mi Episcopi vita et moribus, nisi quod ut supra deposui.

Ego Joannes Wasilkiewicz, Presbiter Sancti Nicolai Chelmen., Notarius Pub.cus SS. Apost. deposui pro veritate, ut supra

(manu propria).

DIE 15 IULIJ 1669.

Coram etc. comparuit R.dus D. ADAMUS SINKIEWICZ, Instigator Curiae Apostolicae Nuntiaturae, et exhibuit folium continens depositiones nonnullorum testium, alias de ordine Ill.mi et R.mi D. Metropolitae Chiovien. Graeci Ritus uniti, circa vitam, et mores Rev.mi Episcopi Praemislien. eiusdem ritus examinatorum, petens illud in praesenti Processu ingrossari, et registrari etc., omni etc.

Qui Ill.mus et Rev.mus D. Nuntius Apostolicus folium praedictum admisit si, et in quantum, et mandavit iuxta petita in praesenti Processu registrari etc. ita etc. omni etc.

(f. 351) Tenor autem praedicti folij est ut infra, videlicet:

De mandato Ill.mi D. Gabrielis Kolenda Archiepiscopi Metropolitani Kiovien. facta inquisitio per me Jacobum Susza, Episcopum Chelmen.,

uti commissarium dicti Ill.mi, super vita, et moribus expulsi Archimandritae Dubnen. Monasterij Admodum R.di Patris Raphaelis Chaciatowski, Ordinis S. Basilij, et super vita, et moribus Rev.mi Antonij Terlecki, Episcopi Premislien. et Samborien., Archimandritae Dermanen., uti expulsoris dicti Archimandritae Dubnen., mense Iulio, die quinta, et sequentibus, anno 1667.

Testis Primus: R. PATER MATTHAEUS CARPELLENUS, Ordinis D. Basilij, annorum 60, eiusdemque Monasterij Dubnen. Religiosus et spectator omnium oculatus, quae inter supradictas personas contigerunt, Juramento praestito ad Imaginem Crucifixi asseruit:

Causa expulsionis Raphaëlis Archimandritae fuit, quod successerit in Archimandriam Dubnen., post piae mem. Procopium Chmielewski, Episcopum Praemislien. antecessorem Terleci, et quod aliqua utensilia sibi testamento legata a defuncto Procopio Episcopo, tanquam eius Confessarius, et Capellanus acceperit, unde odium exortum. Deinde quia libertates Monasterij, et subditorum eiusdem ab Oecono Ill.mi Ducis Ostrogien. atque Gubernatore Arcis, et Civitatis Dubnen. defendit, et Iure vindicavit. Insuper quia Cives proclives ad Schisma, et Schismaticos ad illam Civitatem frequentantes, et Divina in domibus privatis celebrantes toties coercuit, et expulit. Quare Cives (f. 351v) Dubnen., et Gubernatores infensi Archimandritae dicto, Rev.mum Terlecki Episcopum Praemislien. stimulant, ut occupet Archimandriam, qui, occasionem nactus, citat Archimandritam ad Ill.mum Metropolitam pro restituendis rebus memorati defuncti Episcopi; Citato discendente ad Metropolitanum, Rev.mus Terlecki occupat Monasterium sine ullo Decreto Metropolitanus, et sine investitura, sola munitus collatione, sive Praesenta, pro qua solvit trecentos Flor. Polonicos, idque oppignorata antecessoris sui argentea pelvi, et infindibulo argenteo, quae vasa antecessor eius testamento cavit, ut Imagini B. Mariae V. Monasterij Dermanen. vestis argentea conficeretur, nec hucusque confecta. Ad haec partim usurae, partim contentionibus varijs ad capessendam archimandriam adiutoribus centum florenos solvit.

Post terminum attentatum venientem Archimandritam non solum ad Monasterium, sed neque ad Civitatem admisit, ita ut debuerit ad Gubernatorem Arcis et Civitatis, Dominum Zolkiewski recurrere, per quem admissus in Civitatem, diversabatur in Aula Nobilis Domini Wąsowski, agebatque cum Rev.mo Praemislien. Terlecki, ut Monasterio cederet, sed ille immissis familis, et quibusdam Religiosis suis invasit Aulam dicti Nobilis, et violenter ipsum adduci ad se curavit, captivavit, currum, equos, tapetia, scrinia, vestes, pecunia, et totam supellectilem eripuit. Quod quia omnibus fuit notissimum, ideo etiam maxime homines scandalizati. Casu tandem aliquo, Archimandrita ex carceribus profugit, et per

admodum R.D. Canonicum Praemislien., Praepositum Dubnen., Michaëlem Piasecki, curru tecto, tacite extra Civitatem eductus est.

Recurrit iterum iterumque ad Rev.mum Metropolitanum, sed neque litteris, neque Monitorijs, neque Citationibus, neque mandatis (f. 352) sub poena excommunicationis cessit Monasterio fere per duos annos, imo sub tutela existentem Metropolitani, eundem Archimandritam Dubnam advenientem omnibus rebus 2do spoliavit, Domum memorati Canonici in eius absentia invadendo, et currum cum equis duobus, et rebus iterum percepit, ipsumque per Civitatem a famulis suis cum scandalo ductum in Monasterio incarcерavit. Qui cum altera vice ex carceribus evasisset, miseram duxit vitam, utpote depauperatus et denudatus omnibus, quod ipsum ansa fuit sibi brevissimae vitae. Vitam autem suam et mores fuisse laudabiles, et religiosos asseruit. Monasterium fere totum reparavisse, Ecclesiam similiter, et quia Monasterium est in insula, aquis stagni magni, et profundi circumdatum, insulam totam aggere circumdedit, ex lignis, et lapidibus ac terra compacto, quae quercenteis palis sepsit, pontem ad Monasterium reaedificavit, ornamenta insignia pro ecclesia confecit, Religiosos in disciplina habuit, omnem suppellectilem refectorij, et culinae procuravit; praecipue vero Schismaticis omnibus zelose sese opp̄osuit; denique Monasterium ipsum victualibus, uti bonus pater familias pro tribus annis munivit, utpote in ea civitate, quae tempore incursionum hostilium unicum est asilum.

E contra vero, D. Episcopus Praemislien., quae parata erant, omnia dilapidavit, partim per se, partim per famulos insolentissimos, partim per Religiosos, qui ipso regente Monasterium, in omnem se licentiam effuderunt; ipsius primum munus postquam surrexisset de somno, crematum bibere, in civitate apud Cives saepe saepius versabatur, et bibebat mulsum, crematum, et quidquid fuit simul; lutum civile cum risu omnium saepius calcavit, et in illo iacuisset, nisi eum sic inebriatum semper duo cum scandalo populi duxissent. Cives semper dicebant: Noster est iste Episcopus, quia schismati favebat, et in omnibus ipsis fuerat addictissimus. Ad extremum dixit se audivisse ex sacerdote Dioecesis Praemislien., Jacobo Wolski, de Villa episcopali Walawa, quod ipse R. Terlecki statim post mortem piae mem. Rev.mi Procopij Chmielewski, Episcopi Praemislien., antecessoris sui, adhuc (f. 352v) existens nominatus a Rege Episcopus, cum a Winnicio pseudo-Episcopo Praemislien. ex eadem Villa Walava expulsus esset, ne intruderet se in Episcopatum accepisse a Winnicio aliquot millia Flor. Polon.

Secundus Testis: R.dus PATER POLYCARPUS Ordinis S. Basilij, eiusdem Monasterij Religiosus, et sub eodem Juramento corporali, sicut R.mus dixit, se esse circiter quadragenarium, causam expulsionis supradicti

Archimandritae a Rev.mo D. Terlecki fuisse per omnia eandem, quam dixit primus. Primo, legata a defuncto R.mo Praemislien., secundo, zelum pro fide, et Ecclesiae subditis. — Dominum Terlecki occupavisse Monasterium eadem via qua dixit primus, nec ulla ratione cedere voluisse, esto a R.mo Metropolitano, et Ill.mo Nuntio Pignatello monitus fuisset, dictum Rev.mum Archimadritam bis spoliatum fuisse, et incarceratum cum summo scandalo ab eodem D. Terlecki. Dixit etiam eundem Archimandritam bonum fuisse patrem familias, et ex mandato eius, uti oeconomum istius Monasterij, se multa fecisse, et aedificasse, Religiosos in disciplina ab eodem Archimandrita habitos fuisse. De caetero, post invasionem Terlecij dissolutos Monasterij Religiosos, et multa scandala facta; Rev.mum Terleciū fere incessanter bibisse, praecipue crematum, omnia demum bona Monasterij dilapidata, et subditos oppressos fuisse.

Tertius Testis: R.dus PATER THEOPHANES ZYTKIEWICZ, Ordinis D. Basilij, Religiosus Monasterij Dermanen. et Vicarius; distat autem Monasterium Dermanen. a Dubnen. quinque leucis, et eiusdem Archimandritam agit Rev.mus Praemislien. Terlecki. Is praestito Juramento super veritate dicenda, asseruit se esse circiter quinquagenarium; causam expulsionis Archimandritae eandem quam alij duo dixerunt, modum quoque occupandi Monasterij similem et de trecentis florenis datis Domino Oeconomō, oppignorata (f. 353) pelvi, et in fundibulo argenteo per omnia similiter: et quando invasit Monasterium, statim Archimandritae cistas reseravit, et in suum usum convertit, redeuntem a Rev.mo Metropolitano, una, et altera vice in Civitate, et domibus supradictis invadi procuravit, equis, curribus, vestibus, et omni supellectili spoliavit, bis incarceravit, ita ut etiam bis profugeret. Patrem familias eum bonum valde fuisse dixit, et omnem abundantiam rerum Monasterio procurasse. Religiosos in disciplina fortiter tenuisse. Caeterum Rev.mum Terleciū nullum Patrem familias, et non solum victualia dissipavisse, verum etiam parata ligna pro aedificijs, asseres magnos, et parvulos asserculos pro tectura aedificiorum, Civibus distribuisse, et vehementer, ac sine modo, atque ratione crematum bibere.

Quartus Testis: R.dus PATER THOMAS KONISKI, Praesbiter Dubnen. Sancti Nicolai, annorum circiter triginta aliquot, Juramento praestito super veritate, dixit eadem per eadem de causa expulsionis, de trecentis florenis, et in eis oppignorato argento ecclesiastico, de invasione Monasterij, de inobedientia Metropolitano de invasione domuum, et spoliatione supradicti Archimandritae semel, et iterum facta, rebus eius omnibus perceptis; quem Archimandritam dixit bonum fuisse Oeconomum, ecclesiae, et Monasterio, et subditis multum boni fecisse, imo Patrem eorum fuisse. At vero Rev.mum Terlecki, Episcopum Praemisiensem, nullam curam

Monasterij tam Dermanen., quam Dubnen. egiisse, subditos plane in laniena Gubernatoris, et Civium exposuisse. Devotioni fere nunquam vacavisse, et Episcopatum ad quem aliquot annis non adjit, per incuriam suam fere totum perdidisse. Toties et toties, inquietebat, Praemislienses sacerdotes per litteras eum ad Dioecesim suam invitarunt, et non venit. Similiter Dioecesim Luceorien. Unitorum, ob eandem incuriam magna ex parte perdidit, abeuntibus tum sacerdotibus, qua populis ad schisma, quod etiam in Civitatem Dubnen. per conniventiam suam, imo apertam (f. 353v) permissionem introduxit. Ita ut passim Schismaticorum Religiosi, et Presbyteri Sacraenta Civibus administrent, nostras Parochias perturbent, populum ab Unione S. avertant, et cum conquereretur cum alijs Parochis coram Rev.mo Terlecki, rogaretque ut sua auctoritate eos compesceret, respondit: propagetur, inquit, Divina gloria, vos nescitis quid sit Unio? quid sit schisma? scitis quod nos debeamus Orientem adorare, non Occidentem, in oriente noster Pastor. Jamque deventum fuit, ut Cives, eo permittente, voluerint aedificare sibi ecclesiam, et introducere Praesbyteros schismaticos, sed cum supplicarent Ill.mo Domino Palatino Czernihovien., Stanislao Bieniewski, Oeconomo Ill.mi et Excel.mi Ducis Ostrogien., et trecentos florenos loco muneric offerrent, ipse nulla ratione concessit, et Cives redarguit, a tot annis expulsum hinc schisma non posse introduci. Redarguit et Rev.mum Terlecki quod Schismati conniveret. De caetero dixit eundem D. Episcopum ebriosissimum esse cum summo scandalo apud Iudeeos, apud Christianos, in varijs hospitijs apud Nobiles, et Sacerdotes omnia passim bibere, mulsum, vinum, crematum, cerevisiam, et ineibriatum nugacissime se gerere, publice aliquando per famulos, et Religiosos ad Monasterium duci, aliquando sopitum curru vehi, ex quo factum, ut omnes famuli eius, et Religiosi similia facerent, bona Monasteriorum dilapidarent et Dioeceses ambae perirent; peraro autem celebrat, idque sedendo, adstantes Praesbiteri orationes legunt, ipse solam formam absolvit, et nonnulla alia, quae non possunt sacerdotes pontificaliter exercere.

Quintus Testis: Sub eodem Juramento corporali, quod ad Imaginem Crucifixi Domini praestitit, R.dus Pater Joannes Presbyter parochiae Dermanensis, annorum 40, in Monasterio Dermanen. Religiosis convivens, et ipsi Rev.mo Terlecki Archimandritae Dermanen., de transactione cum Archimandria Dubnen. Rev.mi Terlecij, omnia verissima dixit esse, similiter de trecentorum florenorum munere dato, pro Archimandria Dubnen., a Rev.mo Terlecki, et captivatione duplice, necnon spoliatione eiusdem Archimandritae. (f. 354) Ipsum Rev.mum Terlecium quotidie sese inebriare, nullum esse patrem-familias, aedifica Monasterii Dermanen. fere omnia delecta esse, imo muros concidisse. Religiosos eius

Monasterij nec obedientiam, neque religiositatem ullam habere, neque Dei timorem, sed exemplo sui Archimandritae bibere, et alia scandala facere.

Sextus Testis: R.dus PATER DIONISIUS BIDKOWSKI, Religiosus Ordinis D. Basilij Magni, sub Rev.mo Terlecki Archimandriae Dubnen. Oeconomus, annorum 65, Juramento praestito super veritate dicenda, dixit esse vera omnia, quaecunque dicta sunt de Rev.mo Terlecki, ratione expulsionis ex Archimandria Dubnen. supradicti Archimandritae, et ratione spoliationis, captivationisque eius duplicitis, et ratione desolationis Monasteriorum tam Dermanen., quam Dubnen., et Religiosorum dissolutione, de Dioecesi Ostrogien., et Luceorien., de Dioecesi Praemislien., quomodo utrobique per ipsius incuriam magnam, et continuas ebrietates, Synodorum non celebrationes, et aliquam conniventiam Schismaticis, non solum populi, sed etiam sacerdotes ad schisma relapsi. Insuper sub eodem Juramento addidit haec duo: sacerdotes ex Praemislien. Dioecesi toties ad eum scripsisse, ut ad illos veniret, et non venit, et Rev.mum P. Jacobum Wolscium Praesbyterum Dioecesis Praemislien. Walaven. et Praedij Episcopalis, et magnae Villae Walawa, ad hoc a Sacerdotibus Praemislien. ad Dominum Terlecki missum, aliquot septimanis Dubnae mansisse, ut persuaderet ipsi ire in Dioecesim Praemislien., nec persuadere potuisse. Deinde audivisse ab Eusebio Knyszewicz, Religioso schismatico, Rev.mum Terlecium pro Episcopatu Praemislien. bonam summam acceptisse, et Pseudo Episcopum Praemislien. clam quietavisse.

De caetero in hac Inquisitione fuerunt admissi CIVES DUBNEN., subditi Monasterij: 1º. Theodorus Parun, Praetor; 2º. Josephus Sahalina; 3º. Nicolaus Sahalik; 4º. Theodorus Kisiel; 5tus. Gregorius Cyczyn; 6tus. Gabriel Weretelnik, qui omnes sub Juramento praestito dixerunt quae ipsi oculis viderunt, uti saepe saepius in Monasterio existentes, et in Civitate Dubnen. viventes, quod Rev.mus Terlecki Monasterium subdole, et simoniace occupaverit, Archimandritam dictum expulerit, spoliaverit, captivaverit. Qui Archimandrita vir bonus (f. 354v) fuit, Paterfamilias magnus, defensor Ecclesiae, et subditorum, Unionis zelosus patronus, omnia demum bona quaecunque in Monasterio sunt per eum facta, et erecta, disciplinam monasticam optimam tenuit, in omnibus autem operibus suis semper dicebat: ego non propter me aedifico, sed propter Deum, nolo mihi ipsi thesaurizare. Rev.mus vero Terlecius ita se gessit in Monasterio Dubnen., quasi numquam ulterius mansurus, nihil aedificavit, sed tantum perdidit; fuit quasi non fuisset. Famulitium licentiosum habuit, quod quisque rapuit, eius erat, divendebant varia frumenta Monasterij, et in Civitate vagantes bibeant; ipse autem in Monasterio partim, partim in Civitate apud Cives de die in diem, imo vero de hora in horam ebrieba-

tur, et sic omnia peribant, Monachi autem in omnia scelera dissolvebantur.

Eodem tempore, quando ista inquisitio fuerat, et Rev.mus Terlecki ad Ill.mum Metropolitanum abijt coactus, inventae sunt epistolae duae, inter res eiusdem Rev.mi, in cubiculo eiusdem, quarum prima directa fuit ab Ill.mo Nuntio in Polonia, Pignatello, cuius inscriptio est talis: Ill.mo ac Rev.mo Domino Episcopo Praemislien. Unito. Epistola vero ipsa est eiusmodi: Ill.me ac Rev.me Domine. Superfluum est commemorare, quae pro observantia Ill.mo debentur Metropolitanano, scit ipsa Ill.ma D.V. obligationem, quam quisque Episcoporum, qui ei subordinantur, eidem praestare debeat. Audio vero ab Ill.ma D.V. durius quaepiam in retentione Archimandriae Dubnen., quae sibi non debetur, peragi, neque iustis Ill.mi Domini Metropolitani cedere velle rationibus; Idcirco ipsem et hasce apponere, tanquam cui competit; ipsam etiam D. Metropolitani manutenere auctoritatem, compellatamque Ill.mam D. Vestram eapropter volui, ut in debito morem gerere non gravetur. Cui interim omnem appetor prosperitatem.

Warsaviae, 8 Junij, 1667.

Ill.mae ac Rev.mae D. Vestrae paratissimus servus

A. Archiepiscopus Larissenus, N. Apostolicus.

Quae litterae confirmant Archimandritae expulsionem, et inobedientiam Rev.mi Terlecki Ill.mo Metropolitanu, ratione restituendae Archimandriae Dubnensis. (f. 355) Sequitur epistola Pseudo-Metropolitani Kiovien., Episcopi Praemislien. Antonij Winnicki, Schismatici,⁸⁹ ad Dominum Terlecki scripta, cum adhuc esset nominatus Episcopus Praemislien., non autem consecratus; quae epistola vehementer parit suspicionem, aliquam inter Dominum Terlecki, et Pseudo-Metropolitam fuisse intelligentiam; etenim quando Rev.mus Terlecki absens fuit, et quasi studio, an vero prae timore ex Villa Walava, quae tribus leucis Praemislia distat, Praemislia discessisset (:sparsum quippe fuit, Winnicum Walavam invasurum:), post aliquot dies Pseudo-Metropolita Villam eam invasit, alias res Terleci accepit, et equos, sed quod peius, Jura Ecclesiae; videtur aliquid scripsisse D. Terleci ad Winnicium, ex quo promanavit Winnicij responsio talis, ex polonico versa idiomate, atque imprimis inscriptio eius est eiusmodi: Rev.mo in Christo Patri Antonio Terlecki, Archimandritae Dermanen., meo Mag. Domino et Fratri. — Rev.me in Christo Pater Archimandrita, Mag. Domine et Frater. — Ut semper

⁸⁹ Antonius Wynnyckyj, Episcopus Peremysliensis non Unitus (ab anno 1650), dein et Metropolita Kioviensis (1663-1679), cui ex alia parte opponebatur metropolita Josephus Nelubovyč-Tukalskyj (1663-1675).

cuivis amicae requisitioni, amica solitus sum respondere facilitate, ita et Vestrae Magn. Dominationis satisfaciendo desiderijs, Rev.dum Patrem Hozowski a latere meo mitto, cui quidquid a me desiderare Vestra Dominationis dignatur, velit aperire, a quo ego plene informatus, iuxta ipsam aequitatem, fraternal officium ad desiderium Vestrae Magn. Dominationis possem accomodare. Cuius etiam nunc maneo, uti mei Magnifici et Rev.mi Domini, integre favens frater et servus, Antonius Winnicki, Metropol. Kiovien., Episcopus P., Sambor. — Datum Walavae, Martij 12, veteri stylo 1664.

Hanc epistolam secuta compositio certa, et quietatio Terlecij: idem recepit suos equos, et res, jura non omnia, ut ipse fassus est Terlecki coram Ill.mo Palatino Czernihovien.,⁹⁰ me praesente, Episcopo Chelmen., et infrascripto Notario iurato; formalia eius verba fuerunt: Quietavi ego Winnicum de redditis rebus meis, nec vero de Episcopatu. Palatinus vero intulit: Vulnerasti, Rev.me D., Causam tuam. — Crediderim autem id temporis Dominum Terlecium, a Pseudo Metropolitanu Winnicio pecuniam memoratam a testibus supradictis, pro dimisso episcopatu accepisse. Nam tum primo Pseudo-Metropolita Winnicki Episcopatu Praemislien. cessit in personam Hozowski, obtentoque Privilegio, bona Episcopatus tradidit, praecipue Villam Walava, in possessionem Hozowski. Deinde noster Rev.mus Terlecki non fuit in Dioecesi Praemislien. per duos, et amplius annos, licet invitatus a Sacerdotibus unitis saepissime, donec tandem coactus ab Ill.mo Metropolitanu, insperate Walavam occupavit, et iterum expulsus est.

(f. 355v) Sunt litterae, et testimonium authenticum polonice scripta R.di Patris Archipraesbyteri Dubnen. super eadem incuria Rev.mi Terlecki in Dioecesi Luceorien., et in Civitate Dubnen. atque super connivenzia Schismaticis, ac de commessionibus ipsius, necnon insolentij, ebrietatibus.

Sunt litterae ad Ill.mum Metropolitanum Ill.ris et admodum R.di D. Canonici Praemislien., Michaëlis Piasecki, de eiusdem Terleckij insolentia, et favore, quem praestabat Schismaticis in Dioecesi Luceorien., et Civitate Dubnen. Fuerunt litterae variorum Sacerdotum Praemislien. invitantes Rev.mum Terlecki ad Dioecesim Praemislien., ruthenice, et polonice scriptae, sed nunc Varsaviae ad manus desunt.

Quae omnia, et singula suprascripta ex inquisitione tempore supradicto ex ruthenico idiomate compendiouse hic transcripta, sub eodem Juramento, quod coram Ill.mo et Rev.mo Sedis Apostolicae Nuntio super veritate

⁹⁰ Palatinus Černihoviensis, Stanislaus Bieniewski (1660-1675).

dicenda in causa praesenti, ac Processu super vita et moribus Rev.mi Episcopi uniti Praemislien. Antonij Terlecki deposuimus, omnia etiam in hoc Instrumento de vita eiusdem ita esse posita, quomodo a testibus iuratis supradictis sunt relata, et in litteris memoratis scripta, dicimus, et asseveramus. In quorum fidem manibus nostris subscrispsimus, et sigilla nostra apposuimus.

Datum Warsaviae, Iulij 15, 1669.

Jacobus Susza, Episcopus Chelmen. et Belzen., Archimandrita Zydicinen.
(manu propria) (locus... Sigilli).
(loco... sigilli) Wasilkiewicz S.S. Apost. Notarius publicus (mpria).

Quibus omnibus sic peractis, Processum clausum, et sigillatum Romam transmittendum duximus, decernentes praedictis omnibus, et singulis tanquam rite, et recte, ac legitime gestis ubique locorum, plenariam, et indubitatam ab omnibus, et singulis in Iudicio, et extra (f. 356) adhibendam esse fidem. In quorum praemissorum fidem, et testimonium praesentes manu nostra, ac infrascripti Cancellarij, et Notarij nostri subscriptas, sigilli nostri impressione communiri fecimus. Datum Warsaviae, ex Palatio nostro Apostolico, die 6ta Augusti, 1669.

G. Archiepiscopus Corinthi, Nuntius Apostolicus.

Et quia ego Andreas Fiefne, auctoritate Apostolica Notarius, necnon Ill.mi, et Rev.mi D. Galeatij Marescotti, Archi-episcopi Corinthien., in Regno Poloniae Nuntij Apostolici Cancellarius, memoratae Inquisitioni, et testium examini per eundem Ill.mum et Rev.mum D. Nuntium Apostolicum habitae, et receptae personaliter requisitus interfui, et Juramenta testium praenominatorum solemniter fieri vidi, et audivi, eorumque dicta in his scriptis fideliter redigi, necnon supradictum folium authenticum continens depositiones nonnullorum testium per Instigatorem Curiae Nuntiaturae Apostolicae productum, fideliter descripsi, et facta diligenti cum eodem collatione, per omnia concordare inveni; ideo totum hunc Inquisitio-nis Processum propria manu scriptum subscrispi, et meo solito, ac con-suetu sigillo communivi. Actum Varsaviae, in Cancellaria Nuntiaturae Apostolicae, hac die 6ta Augusti 1669.

Andreas Fiefne, Auctoritate Apostolica Notarius et Nuntiaturae Apostolicae Cancellarius.

55.

Cracovia, X. 1669.

Ep. A. Olszowski Cardinali Rospigliosi, Secretario Status, refert de quadam conventione inter Polonos, Germanos et Moschos contra Turcas.

ASV, *Lettere di Vescovi*, vol. 55, fol. 374rv.

Post peractam splendido et incomparabili apparatu Regiam Coronationem,⁹¹ Comitia nunc celebamus, quorum licet principium difficilius procedit, indubie tamen finis et eventus felix sequetur. Belli adversus Turcas gerendi, maxima nunc videtur offerri opportunitas, nam et Moschi coniunctionem armorum nobiscum exoptant, et Tartari aegris oculis atque animis aspiciunt Turcam rebus Cosacorum sese immiscere; qui libertati suae metuentes ad protectionem et Societatem Polonam respi- ciunt. Altera hisce diebus venit Legatio Tartarica, secretum colloquium pro defensione contra Turcas, et pro uniendis viribus affectans. Validissima etiam pars Cosacorum, quorum hic itidem Legati sunt, armant iras et odia contra Turcam et Cosacos Turcae faventes; quid si et Imperator Romanorum vicino suis oris periculo moneretur, ut consilia viresque Nobiscum atque cum Moschis coniungeret. Triplex ista Liga Polonorum, Germanorum, Moschorum non difficilis forte (f. 374v) effectu, Reipublicae Christianae summo praesidio, hostibus terrori et calamitati esset.

Cracoviae, Octobris 1669.

Andr. Olszowski, Ep.pus Culmensis.

56.

Roma, 2. XI. 1669.

Card. Orsini Abbati Fantoni, de rebus Ucrainae.

ARCH. CAPITOLINO (ROMAE), *Fondo Orsini*, vol. 248, fol. 271v-273v.

(f. 273r) Mi dispiace di udire le nuove del Ucraina, ma se rileggerà V.S. le mie lettere potrà vedere che sono stato profeta e che in fine per ridurre questa gente alla dovuta obbedienza ci vuoleva una guerra formata perche altrimenti se non se gli troncano li principii, questa nazione vuol tenere sempre inquieta la Polonia.

Il Papa è guarito..

57.

Roma, 21. IX. 1669.

Card. Orsini Domino Paulo Doni, Intern. in Neapoli, de cosacis.

ARCH. CAPITOLINO (ROMAE), *Fondo Orsini*, vol. 248, fol. 172r-173v.

In questa settimana non ci sono lettere della Corte di Polonia ma però

⁹¹ Michaël Korybut Wisniowiecki, Rex Poloniae (1669-1673), coronatus fuit in Regem Cracoviae die 29 septembbris 1669; cfr. *Encyklopedja Powszechna*, vol. 18, pag. 274-277.

io ne tengo di altri con le notizie di quanto passa che in sostanza si riduce alla ritirata dei Tartari con haver portato via quel Capo Cosaccho che pretendono che li habbia ingannati e trà medesimi Cosacchi non vi era risoluzione ferma di volersi dare al Turco et a mio credere si vuole solamente dar gelosia per megliorare le condizioni mentre che nel istesso tempo sento che trattano di pigliare temperamento per li Beni del Ucraina e remettersi sotto l'obbedienza della Corona di Polonia di che ve ne puol essere qualche buona speranza.

La caricha del Sr. Masini...

58.

Roma, 21. IX. 1669.

Card. Orsini Abbatii Fantoni, de rebus cosacorum et Ucrainae.

ARCH. CAPITOLINO (ROMAE), Fondo Orsini, vol. 248, fol. 174r-176r.

(f. 175r) Sento come le nuove di Ucraina variavano al solito de gl'affari di quella parte ne a me puol capire che si vogliano dare alla Porta credendolo un artificio per dar gelosia e megliorare le loro condizioni con la Polonia e mi pare che se ne comincino a veder le prove, e se la Corona di Polonia li vuol mettere alla ragione bisogna che intraprenda una guerra con il Turco, perche all' hora e dal vedersi la Corona Armata e dalla speranza di acquisti con interessarveli e darli dei paesi che si conquistassero si teniano impiegati quelli cattivi humoris e quella nazione bellicosa che in altra maniera soli non bastano contro il Turco et in pace non possono stare ancorche voglino siche (f. 175v) si voltano dove possono credere haver meno di resistenza; ne un Re di Polonia sarà mai grande in pace et hora starà alle dietine di stabilire il loro riposo con intentare una guerra che gli si facci conseguire che in altra maniera sarà fatto alla Polonia quel che la Polonia non vuol fare ad altri.

Havemo finalmente concluso il parentado con Palazzo...

59.

Pinsco, 1669.

Episcopus Peremysliensis refert de quodam presbytero Pinsensi, qui Unioni nomen dare intendit, et aliis conversionibus.

APF, *Scritt. rif. n. Congressi*, an. 1624-1674, vol. 1, fol. 525.

Pinsco, ex Archimandria Leszczijensi scribit Dominus Malachouschi,
nominatus Episcopus Premislien.

Duae septimanae sunt quando SS.mi Iubilaei Processionem faciebamus per Civitatem Pinsensem, dum Schismaticam transiemus ecclesiam, sacerdos quidam eius sectae litteratus, aestimationis apud illos magnae, campanis Ecclesiae schismatica dedit signa, et cum reprehenderetur a suis, retulit non tantum hoc se voluisse praestare, sed hanc processionem vestitu ecclesiastico proposuerat excipere, nisi gravioribus avocaretur negotijs. Idem Presbyter coram Domino Nominato Premisliae, et Crucifixo iuravit se velle sequi partes Sanctae Unionis, sed hoc secretissime factum, ideo caelari ad tempus petijt. Sub tempus illius processionis tres faeminae Schismatica ad Unionem Sanctam conversae, inter quas erat soror Archidiaconi Tucalscij, alias idem frater ipsius nunc rediens a Tulcalscio, retrahit ipsam a Sancta Unione.

60.

(Mukačovo, 1669).

Episcopus Mukačoviensis conqueritur de persecutionibus ex parte haereticorum.

HODINKA A., *Okmanyara...*, pag. 234.

Excel.mi, Rev.mi, Il.mi D.D. grat.mi.

In coelum clamans gravis injuria me ad pedes Exc.arum, Rev.marum ac Il.marum DD.VV. provolutum lamentabiliter exponere cogit, qualiter Iconicus Imsticowsky, condam Ep.pus Gr. R.,⁹² ob excessus suos et plurima perpetrata scelera e monasterio et contubernio Munkaczensi electus, proscriptus et excommunicatus, protectione et auxilio Egregii Ambrosii Gulaczy vicecomitis cot.tus de Beregh ac etiam universorum calvinistarum in antelato cot.tu degentium munitus, me, alias legitimum Ep.pum Munkacziensem, tam a Sua Mat.te Sr. privilegiatum, quam vero a Sua Celsitudine Archiep.pali confirmatum nihil sibi aestimare, sacerdotes a contubernio meo, ab annis jam circiter 500 (!) imperturbate vigentes, vi et potentia mediante, sub certa mulcta avelli sibique adhaerere denique vitae ac fortunis meis omnimode insidiari facit. Nobilitas praeterea in suis ditionibus ad instar mancipiorum ad quaelibet servilia opera Gr. R. Ministros compellit et attrahit, prout super etiam attactus D. Gulaczy, comprehenso

⁹² Ut videtur, Joannicius Zejkan, Episcopus Mukačoviensis non unitus, qui post conversionem Sophiae Rakoczy ad fidem catholicam et admissionem Parthenii Petrovič in residentiam Mukačoviensem recedere debuit ad monasterium Imstičevense unde abiit in monasterium Uglanense in Maramoros, unde regebat eparchiam Maramorosensem usque ad suam mortem (6.XI.1687).

quodam publico latrone, in manifestam contestationem, despectus et ignominiam erga graecos ministros, eosdem compulit ad custodiendum attatum latronem, quem plane 2 integris noctibus et uno die custodire debuerunt. D.na autem Szinyeiana in ditione sua in possessione Wlazan et cot.tu Saaros existente habita, eccl.am nostram e fundamento erui et demoliri curavit. Accederet etiam, quod Uyhelyensis evang. fidei minister ab incolis Ruthenis contra justum et aequum per fl. 3 extorqueret, qui tamen suam eccl.am et gr. sacerdotem haberent. Tempore exercitii cultus divini, signanter processionum ac aliorum piarum devotionum, in transitu calvinistae cum summo dedecore spuunt ad crucem nostram. Alias etiam infinitas injurias cum summo damno et praejudicio tolerare debemus. Supplico itaque, ad pedes Exc.marum, Rev.marum ac Ill.marum DD.VV. provolutus, per viscera misericordiae Dei perquam demisse, quatenus manifestae injuriae meae ac totius contubernii afflicti succurrere, ne totaliter ab antelato Ambrosio Gulaczy, sine omni causa, impetamur et despotic tractemur, medio gratiosarum suarum literarum serio demandare; dein et ablegatos dicti cot.tus de Beregh, hic de facto constitutos, eatenus admonere haud dedignentur. Quam Suarum Rev.marum ac Ill.marum DD.VV. gratiam humillimus apud Deum precibus cum universo contubernio meo incessanter promereri admitar. Optatum praestolaturus responsum.

Exc.marum, Rev.marum ac Ill.marum DD.VV. humillimus servus et capellanus

Iosephus Wolosinousky, Ep.pus graecus Munkacziensis.

61.

Roma, 6. II. 1670.

Archiepiscopus Caesareae transmittit quasdam scripturas de negotiis Poloniae.

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Polonia, Ruteni, an. 1624-1674, vol. 1, fol. 465-466.*

Emin.mo e Rev.mo Signor Padron mio Col.mo, Signor Cardinal Barberino.

Sopra l'affare, che ha scritto con più sue lettere Monsignor Nuntio di Polonia, ho fatto copiare l'informatione, che già diedi al Signor Cardinal Azzolino, per ordine della S.M. di Papa Clemente,⁹³ nella quale è stesa tutta la notitia, che ho potuta ritrarre di quelle materie dalle scritture, che si conservano in quest'Archivio.

Aggiunta alla sudetta copia riceverà V. Eminenza anche un Instrut-

⁹³ Clemens PP. IX.

tione fatta da me, hora in essecutione del suo riverito commandamento, per Monsignor Nuntio di Polonia, onde null'altro per obedirla intieramente mi rimane, che di rappresentarle il mio parere sopra i due punti toccati da questo Prelato, nella sua lettera in numeri, in data de 16 Novembre.

Domanda egli prima se debba opporsi palesemente, o occultamente, per impedire, che Monsignor Arcivescovo di Gnesna non sia eletto per uno de Commissarij da deputarsi nella prossima Dieta, per trattare coi Cosacchi.

Secondo, se prevedendo egli inevitabile la risolutione contro gl'Uniti, debba per impedirla procurare anche il discioglimento della Dieta. Respetto al primo già presuppongo, che Monsignor Nuntio di Polonia (f. 465v) habbia giusto motivo da diffidare dell'intentione di questo Prelato, ma ciò non ostante non m'indurrei mai à persuaderlo di far simili tentativi, poiche, oltre il pericolo dell'irriuscibilità, è impossibile di farla si occultamente, ch'egli qualche cosa non ne possa penetrare, nel qual caso crederei, che fusse per irritarsi gravemente, e che dalla sua avversione fusero per derivarne tanto in questo, che in altri simili casi quei pregiuditij, che sogliono essere prodotti dallo sdegno di persona prudente, et accreditata. Più tosto lasciarei, che seguisse la sua elettione, e forsi anche mi mostrarei desideroso di promoverla, et apparentemente procurare di fargli credere d'haver con lui, et in lui una somma confidenza, che sono i mezzi, coi quali si potrebbe far acquisto del suo animo, ne togliono l'uso dell'altre cautele per riparare in ogni caso à qualsivoglia suo tentativo.

Porge per questo fine una gran facilità la libertà, che si osserva in quel Regno, dalla quale viene permesso à ciascheduno di contraddir e basta la contradditione d'un solo per rendere di niun valore (f. 466) ogni determinatione.

Respetto al secondo, in caso che gl'altri mezzi riuscissero infruttuosi, e che prevedesse inevitabile una risolutione rovinosa, m'appigliarei al mezzo termine di far disciogliere la Dieta, ma procederei in quest'affare con ogni possibile segretezza. Ascriva V. Eminenza al debito d'obedirla l'essermi inoltrato à discorrere di materia superiore alla mia attività, et in tempo che vi è in Conclave il Sig. Cardinal Vidoni, prattico e dei stili della Polonia, e di quest'istessa materia, da lui con tanta destrezza, e con tanto frutto maneggiata, e humilmente mè l'inchino.

Dalla Propaganda, 6 Febbraro 1670.

Di V. Eminenza

umil.mo, dev.mo Servitore Arciv. di Cesarea.

62.

*Roma, 22. II. 1670.**Idem transmittit alias scripturas.*APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Polonia, Ruteni*, an. 1624-1674, vol. 1, fol. 470.

Emin.mo, e Rev.mo Signor Padron Col.mo, Cardinal Barberino.

Tre sorte di scritture riceverà V.E., alcune sono gl'ordini dei Provisionati e potrà V.E. passarli con suo commodo, e rimandarli.

Altre sono le lettere da mandarsi a Monsignor Nuntio in Polonia questa sera, e supplico V.E. à passarle con la possibile celerità. Tra queste l'E.V. vedrà una lettera in numeri, non essendomi paruta la materia che contiene da doversi scrivere in piano nel pericolo che non fosse intercettata; inclusa la quale vi vedrà la minuta di quanto contiene. L'ultima è una lettera che scrivo io à Monsignor Nuntio in Francia sopra l'affare del Padre Taaf, il quale non vorrei, che s'intorbidasse colla nova Prottezione di Madama Reale; Si degni l'E.V. vederla, ed accennarmi se devo aggiungervi cosa alcuna, ed umilmente mè l'inchino

Da Propaganda, 22 Febbraro 1670.

Di V.E.

Non ho che soggiungere, se non che il General Sebieschi, per il potere della sua Dignità, et per i beni posseduti da i suoi maggiori et che spettano a lui nel paese de i Cosachi, non solo è uno de i nominati per l'abboccamento, ma ve havrà grandissima parte, benche non sia stato unito con il Re d'effetto, et forse non sia, nondimeno s'è ben inchinato a gli Uniti, e da conservarlo, et non essendo cercato quanto si puole di guadagnarlo.

Umil.mo, dev.mo Servitore G. Arcivescovo di Ces.⁹⁴

63.

*Roma, 22. II. 1670.**Notae Cardinalium Barberini et Albizzi de negotiis Unitorum.*APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Polonia, Ruteni*, an. 1624-1674, vol. 1, fol. 462-469.

Ha procurato sempre la Sede Apostolica di mantenere l'Unione dei Greci, già Scismatici, alla medesima Santa Sede, e per mezzo de suoi Nuntij d'esporsi ad ogni tentativo che in varij tempi han fatto i Scismatici

⁹⁴ Secretarius S.C. de Propag. Fide, Federicus Ubaldi-Baldeschi (1668-1673).

medesimi per ottenerla. Onde se bene le minute dell'Istruttione e delle lettere di Monsignor Baldeschi, Segretario della S.C. de Propaganda Fide, per trasmettersi a Monsignor Marescotti, stanno molto à proposito, per l'effetto, che si desidera, in ogni modo io stimarei che l'una e l'altra si potessero render forsi più copiose dal S. C. Vidoni, il quale, nel tempo della sua Nuntiatura, s'è mirabilmente opposto alle pretensioni di quei perfidi e sà quali mezzi e qual'arti hanno dovuto adoprarsi per resistere alle ingiuste pretensioni dei Disuniti.

(f. 462v) Io non sarei però di parere, che il Nuntio si valesse per se medesimo del denaro della Sede Apostolica, per regalare quei Personaggi, dice poter dare aiuto e protegere gli Uniti, ma le regalasse per mezzo di qualche Vescovo di confidenza, e d'autorità, non essendo stile della Sede Apostolica di valersi a dirittura del denaro per conservare la Catholica Religione. Oltre che negando i Rutheni questa liberalità della Sede Apostolica potrebbono inventar vanie, per buscarne altra somma. Concorro col parere del Sig. C. Barberino, che Monsignor Nuntio non s'opponga alla deputatione dell'Arcivescovo di Gnesna per assistere alla Dieta, ma procuri, che il Re gli dia Istruttione precisa, di non consentire (f. 469) ai pregiuditij, che si contassero di fare a gli Uniti, con levar loro le chiese o i beni di esse.

S'opponga Monsignor Nuntio in ogni maniera al Colloquio di Religione perchè non solamente vietano i Sagri Canoni, che le materie di fede, definite una volta, non si debbano di nuovo porre in controversia, ma le stesse leggi Imperiali; dà si fatti Colloquij non possono se non risultare gravissimi pregiutij alla Catholica Religione, com'è succeduto in Francia, et in altri paesi.

Gli Heretici e Schismatici hanno da chiamarsi ai Colloquij et ai Concilij per essere adotrinati e non per dar loro adito di disputare, sopra le materie, differenze, etc. etc.

(f. 469v) Note dei Signori Cardinali Barberino et Albizi sopra le scritture mandate à Monsignor Nunzio di Polonia, sopra l'affare de Rutheni, li 22 Febraio 1670.

64.

Roma, 1670.

Ut videtur nota cuiusdam cardinalis in Conclavi de negotiis Ruthenorum.

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Polonia, Rutheni, an. 1624-1674, vol. 1,* fol. 463rv.

Mi piace la lettera di Mr. Baldeschi.

Quanto al Arcivescovo di Gnesna come stimo benissimo ordinare

che il Nuntio non si opponga così come non sperasse di guadagnarlo a favore dell'Unione già fatta et contrario ad ogni impiastro che i Politici et i Disuniti tentassero, non saprò consigliare che Monsignor Nuntio fomentasse la sua missione, acciò non restassero di... gli altri Vescovi che vi andranno, con gettare sopra l'autorità dell'Arcivescovo dove loro fussero condiscesi et non si fussero opposti. Ancora il Vescovo di Cracovia, il quale ha interesse che il Metropolita de i Ruteni disuniti non entri nel senato, come in simile trattato gli anni passati; il detto Vescovo di Cracovia teme che non si concedesse et venisse a sedere nel Senato come Arcivescovo sopra di lui, quando egli di Cracovia siede immediatamente doppo l'Arcivescovo di Gnesna; havrebbe a male, che Monsignor Nuntio accalorasse la missione dell'Arcivescovo di Gnesna della cui opera le doverebbe haver più che mai gelosia, mentre per quanto s'intende, non v'è ora di loro corrispondenza, ne vi è stata nell'elettione del presente Re.

Pare che i Senatori di Lituania siano stati più favorevoli all'Unione, onde da quelli Monsignor Nuntio potrà havere de i consigli, e sono de gli aiuti.

Se nel tempo chè si fece la Unione proseguiva Giovanni Zamosci à star bene con il Re Sigismondo,⁹⁵ par necessario che Senatore tanto potente sarà concorso a favorirla. Intorno di che non si trovando poi hora cosa alcuna tra le lettere della Segreteria del C. Cinzio Aldobrandini, sarà più facile al Nuncio d'indagarlo, poichè quando fusse stato fautore, essendo la madre del Re nipote, o bisnipote del detto Giovanni Zamosci, et possedendo la fortezza da lui fabricata, et dal suo cognome nominata, nella quale mi pare havere udito che egli facesse chiesa per (f. 463v) i Greci Uniti, doverebbe ancora essa appresso al figlio assistere per la conservazione dell'Unione, oltre alle ragioni della sua pietà, la particolare di conservare cosa favorita da così grande suo avo, la cui gran famiglia è finita in lei, però prima d'addurre tal ragione, è da accertare di quanto s'è detto di sopra.

Dice Mr. Baldeschi che nella Congregatione Particolare, ordinata in quella di Propaganda Fide sopra quest'affare fussero il Signor Cardinal Albizi, il Sig. Card. Orsino, et il Signor Cardinal Vidoni, se altri ancora vi fussero si rimette alli suddetti, che se ne ricorderanno, et potrebbe essere, dice egli, noto al Signor Cardinal Azzolini.

⁹⁵ Joannes Zamojski, Cancellarius Regni Poloniae temporibus Sigismundi III Regis, annis 1587-1605.

65.

Varsavia, 26. III. 1670.

Aep. Corinthien. (Nun. Varsav.) Archiep. Baldeschi de modo agendi Archiep. Gnesnensis et Regis Poloniae in rebus Unionis.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. part.*, vol. 14, fol. 50.

Mons. Baldeschi.

Se l'assenza degl'altri ecclesiastici mi è dispiaciuta, perchè mi son trovato privo d'appoggio, quella dell'Arcivescovo di Gnesna, che fin qui si trova lontano dalla corte per disgusti con il Re, mi ha molto giovato, perchè è mancato nella sessione alli Scismatici il loro maggior fautore. Voglio però credere ch'egli lo sia con bona intenzione, cioè per la speranza che habbia di tirarli con li favori e cortesia all'Unione, mentre con questo motivo che sempre ha in bocca, ostenta il proteggerli, e favorirli in ogni cosa.

All'incontro la freddezza e disapplicazione del Re è inesplicabile in questo negozio, de periodi del quale mai ho avuta informazione, anzi havendolo io diverse volte pregato, ed in voce, ed in scritto a voler dar qualche ordine, o fare qualche deputazione, mi ha promesso di fare, e poi se n'è scordato e non l'ha fatto, e la disapplicazione però l'ha spesso in ogni cosa, e grande la debolezza. Come dunque possono al ministro riuscire bene li negotii, mentre il Re non applica e gl'Offiziali fanno prevalere l'interesse politico a quello della religione cattolica. Son certo ch'ella non lo cederà, ma io dico a Vostra Signoria Ill.ma: venite et vedete, e pregola a non comunicar ad altri, quanto dico in questa cifra.

66.

Roma, 8. V. 1670.

Nota ex Conclavi de negotiis Ruthenorum, et de participatione in Commissione pacificationis cum cosacis (textus fere illegibilis).

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Polonia, Ruteni*, an. 1624-1674, vol. 1, fol. 482.

In ordine al dover comparire Monsignor Metropolita unito alla Commissione che si dice debba tenersi doppo la Dieta in Leopoli, da deputati Ecclesiastici e Secolari per compor le differenze fra Scismatici e Uniti, in riguardo che il comparirvi possa ascriversi a consenso ingiustamente, conviene prima vedere se sarà Monsignor Metropolita chiamato à i punti che dovrano disputare e decidere i Commisari e se verrà chiamato giudicialmente o per cotesta ad intervenirvi. Il non comparirvi punto potria dar materia di

disgusto e desistere senza sentire le di lui ragioni; onde potria Monsignor Metropolita o andare, o fingersi à quel tempo indisposto, o che le sopravengesse qualche altra ragione a accedere e sostituir persona sufficiente e habile con mandato di procura che in caso di bisogno comparesse avanti li giudici ecclesiastici, e confessar à quello andasse ...valersene e regolar il suo mandato e le sue instanze et in caso di pregiutij protestarli avanti li medesimi in forma, dicendo come V. Ill.ma et Rev.ma: NN. intendendo dal capo della Commissione et alijs etc. che puol riferirsi alli altri Ecclesiastici et intendersi anco per tutto il resto de Commissarij; tutto ciò però si mottiva solo à Signor Nuntio per ripiego e non per regola certa, dovendo riportarsene alla prudenza di Monsignor Nuntio che vedrà sul fatto il più conveniente e potrà, secondo le qualità delle materie, si dovranno discutere e raccomandarli alli Monsignori Commissarij et altri Secolari con ogni maggior caldezza e che per la sede vacante ve li sarà potuti... i brevi re... rimandati, però altra nota verrà di Monsignor Segretario, che supplirà col suo darlo al poco che si è detto, etc. etc...

Del Sig. Card. Vidoni: Mandata dal Conclave questo di 8 Maii 1670.

67.

Roma, 4. X. 1670.

Card. Orsini Abatti Fantoni de negotiis cosacorum.

ARCH. CAPITOLINO (ROMAE), Fondo Orsini, vol. 250, fol. 199r-202r.

Sento dalla lettera di V.S. come li Cosacchi divisi procurassero anco di dividere li Tartari, e sino che si batteranno tra di loro non haveranno campo di battere Noi altri, e non puol portare se non che buona consequenza che queste bestie si rompino la testa tra di loro stessi; è ben vero che non bisogna dormire, quando che gl'altri vegliano, voglio dire che mentre i vicini stanno coll'arme alla mano vuole la prudenza immitarli per poter giocare con le carte in mano del patto; è però credibile che mentre le materie dell'Ungaria sono nelle contingenze che si trovano al presente, li Turchi non si applicaranno ad alcuna parte, perche il proprio loro è di farlo dove che gli puol riuscir più commodo e più fructuoso.

Intanto vi sarà tempo con la Dieta...

68.

Roma, 18. X. 1670.

Card. Orsini Vice Cancellario (Olszowski) de pace cum cosacis.

ARCH. CAPITOLINO (ROMAE), Fondo Orsini, vol. 244, fol. 32v-33.

Lactissima fert mihi nuncia...

Tractatus Pacis cum validiore manu Cosaccha nunc feliciter absolutus exemplum deferet aliis idem faciendo. Qua vero pertinent ad conservationem antiquiorum Privilegiorum Rutheni Ritus nondum uniti, pietatis, et piissimae religionis Regiae erit suo loco et tempore componere, et ad gremium Catholicae Ecclesiae redigere.

Electionem Principis Lubomirschi in Maresciallum...

69.

Chelma, 13. XII. 1670.

Episcopus Chelmensis Jacobus Susza de variis negotiis Ruthenorum, et praesertim de scholis Chelmensibus nec non de negotio Decimarum.

BIBL. APOST. VATICANA, *Barb. lat.*, vol. 6648, fol. 5rv.

Eminentissime et Reverendissime Princeps, Domine, Domine et Patrone Colendissime.

Rescivi non ita pridem ex Religiosis nostris Romae degentibus, Vestrae Eminentiae discrimin vitae meae innotuisse et de eo Eminentiam Vestram summopere indoluisse. Pro quo sane ac debeo V. Eminentiae gratias refero simulque enixe rogo, ut a SS.D.N. ad Regiam Poloniae Maiestatem intercessorias pro me obtinere dignetur, qui tantos Schismatis pervicacis ausus promeritis compescatur poenis. Nisi enim quaepiam in nefarios illos homines fuerit animadversio, non dumtaxat egomet ipse, verum etiam varii Uniti semper eiusmodi expositi erimus periculis, sanctaeque ruina fidei pertimescenda nobis erit. Impunitate quippe augmentur impiorum scelera. Historiam meae iniuriaie, ex transmissa Religiosis dictis protestatione, Eminentia Vestra facile perceptura est. Caeterum me Virginis Miraculosae Chelmensis protectione supervixisse, certum est, quod aliunde patebit Vestrae Eminentiae. Quia vero inaudivi ex iisdem Religiosis Vestram Eminentiam adeo in Chelmensem sua benevolentia propendere locum, ut in illo Seminarium pro nobili iuventute Ruthena excitare velit, quod cum vel maximo divino cederet honori et Russiae Unitae salutari emolumento, tum vero etiam Vestrae Eminentiae Amplissimae Domui aeternae apud Ruthenos forent gloriae. Et quidem in diebus meis, et videre istud et pro eo obligatissimum me Eminentiae Vestrae fieri quantocius desideraverim.

Porro, cum Patrum Piarum Schola, triennio solum abhinc Chelmae in praeiudicium mere nostrum, a Suffraganeo Chelmensi fundata, summopere nostrum Chelmense paepe diuiti gymnasium, iam inde ab annis triginta aliquod erectum, Regum Poloniae privilegiis firmatum, ac demum

SS.mi olim Urbani VIII, Patrui Vestrae Eminentiae, Brevi confirmatum, ea qua par est submissione Vestrae Eminentiae supplico, ut apud S. Congregationem autoritate sua evincere velit, quatenus a docendis Chelmae scholis cesserent; aegerrime illi ferunt Varsaviae, suis ut antiquioribus, per Patres Societatis recenter ibidem erectas scholas, obicem poni; proinde quod sibi fieri nolunt, ne faciant nobis, vel lumine naturae prohibente.

Demum obnixe a V. Eminentia peto ad Sacram, ut pro me intercedere velit, Rotam, qui eadem quam ante mihi in condonanda... praestiterat, etiam nunc gaudere possim gratia, praecipue cum clerus latinus coelum terramque, ut evertat Decreta Sac. Rotae, permiscet, et ego tot assidue laboribus et iuribus cum Schismaticis et aliis intricatus, sumptibus tot impendendis sufficere nequeam. Quidquid autem mihi Vestra Eminentia in his meis humillimis postulatis auxilii tulerit, id memori insculpens menti, altoque infigens cordi, non solum assidua, verum etiam nunquam intermoritura recolere vellem gratitudine. Interim faustissima omnia Vestrae Eminentiae apprecaans, me ipsum eius Amplissimae gratiae humillime commendo.

Chelmae, 13 decembr., 1670.

Vestrae Em.mae et Rev.mae Dominationis humilis servus et exorator
Jacobus Susza, Episcopus Chelmen. et Belzen. Unitus.

70.

Roma, 3. I. 1671.

De expeditione Bullarum Coadiutoriae pro Cypriano Žochowskyj.

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Pol., Ruteni*, a. 1624-74, vol. 1, f. 515.

Emin.mo e Rev.mo Signore, mio Padron Col.mo, Sig. Card. Borromeo,
Segretario di Stato.

Il Metropolita de Rutheni scrisse à Nostro Signore, e nominò per suo Coadiutore un tal Padre Cipriano Zocovieschi, e la lettera capitò, tre o quattro Ordinarij sono di questa, per far spedire le Bolle della Coadiutoria; terrei io somma necessità e ne supplico riverente l'Eminenza Vostra, alla quale mentre rassegno la mia humilissima osservanza, profondamente m'inchino.

Dalla Propaganda, 3 Gennaio 1671.

Di V. Eminenza umil.mo et ob.mo Servo

Arcivescovo di Cesarea.

(f. 516) — Non ho appresso di me altra lettera concernente la Coadiutoria di Chiovia, che l'accusa di Monsignor Nuntio. Le scritte dal Metropolita le rimandai, e non credo di sbagliare.

71.

Roma, 11. I. 1671.

De provisione Coadiutoriae Kioviensis refert quidam Praelatus romanus.

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Polonia, Ruteni*, an. 1624-74, vol. 1, fol. 522.

Ill.mo e Rev.mo Signor Padron Col.mo.⁹⁶

Per servire come devo alla Sacra Congregazione, ho voluto vedere due ultimi stati delle chiese Chiovien. et Halicien., et ho provato, che siano ad supplicationem Regis Poloniae.

Il Padre Cipriano, futuro Coadiutore, è di presente Coadiutore dell'Arcivescovo Polocense, e non si cava che sia esso Padre Vescovo, e però non sò come possa caminare la futura, e passata Coadiutoria.

Li stati veduti da me contengono che sia stato creato Arcivescovo di Chiovia et Halicia quello che era Arcivescovo Polocen. con la ritentione di questa Chiesa ad Sedis Apostolicae beneplacitum.

Se V.S. Ill.ma si degnerà accennarmi il foglio del Baronio, vedrò meglio la materia, et io tanto attenderò i commandamenti di lei, per sapere come devo governarmi nel memoriale circa la nominatione o supplicatione del Re, per essere cosa troppo essentiale: Se potrà darsi Coadiutore ad un Arcivescovo, uno che non sia Vescovo.

Ne lascio da dire, che il consenso del Coadiuto non si legge se non nella lettera del Re, et humiliissimamente riverisco V.S. Ill.ma.

Di questa sua Casa, li XI di Gennaro 1671, e perpetuamente di V.S. Ill.ma humiliissimo, div.mo etc. etc.

Antonino di Fiore.

72.

Roma, 19. I. 1671.

Opinio cuiusdam Praelati romani de modo providendi Coadiutoriae Kioviensi.

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Pol., Ruteni*, a. 1624-74, vol. 1, f. 538rv.

Ill.mo e Rev.mo Signor, Padron Col.mo.

Il Processo a favore del Padre Cipriano è stato formato à nominatione del Re di Polonia, e li due ultimi stati sono à supplicatione di Sua Maestà, siccome si può vedere dal quinterno, che mando à V.S. Ill.ma, e

⁹⁶ Secretario S.C. de Prop. Fide, Federico Ubaldi-Baldeschi (1668-1673).

dalle Bolle delli provisti in partibus, e dell'istesso al quale hora si deve dare il Coadiutore.

Lo stato del 1663 à favore del moderno Metropolita parla solo della Chiesa Kiovien. con la ritentione della Chiesa Polocen. ad Sedis Apostolicae beneplacitum, con l'espressione, che V.S. Ill.ma si degnerà di vedere, et il processo, a nominatione, parla delle Chiese Kiovien. et Halicien., e così canta lo stato del 1641; et è bene di sapere se dobbiamo seguitare questo stato ad supplicationem, o vero l'ultimo stato, nel qual caso bisogna si rifacci il detto Processo con dirsi, che si deve dare il Coadiutore Metropolitae ecc. Russiae Ritus Rutheni cum Sancta Romana Ecclesia Unitae Kiovien., come in partibus, si potrà vedere dalle Bolle del Coadiuto.

L'altra difficoltà consiste che si desidera darsi per Coadiutore il Padre Cipriano, il quale è Coadiutore ancora Polocen. et è monaco (f. 358v) e non si nomina Vescovo, ne Arcivescovo, e bisogna vedere se la Santa Sede vorrà dare per Coadiutore uno che è Coadiutore senza essere Vescovo, ne Arcivescovo, il che non pare si possi affaticare.

Il tenore di non errare mi fà dubitare, e però rappresento il tutto per ricevere i lumi, e gl'ordini necessarij et opportuni.

Monsignor sotto detto m'ha commandato di supplicare V.S. Ill.ma, che si degnasse di far vedere quei fogli per l'altro affare a Monsig. Casanate, per più sicurezza, et altro non havendo da dire humilissimamente riverisco V.S. Ill.ma di Casa, li 19 di Gennaro 1671, e perpetuamente

Di V.S. Ill.ma e Rev.ma humil.mo, devot.mo Servitore

Antonino di Fiore.

73.

Roma, 14. II. 1671.

In causa Coadiutoriae Kioviensis.

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Pol., Moscovia, Ruteni*, an. 1624-74, vol. 1, fol. 539.

Sin sotto li 19 del passato havevo scritto sopra la materia, ma perche poi V.S. Ill.ma, et io parlassimo insieme, lasciai di fastidirla di vantaggio, perche ella apprese la difficoltà massiccia di non potersi dare per Coadiutore ad un Vescovo uno che non è Vescovo, e pure il nostro monacho è Coadiutore di Vescovo senza esser Vescovo, e credo sia robba fatta dal Metropolita, il che qui non si praticarà.

Spero non s'habbia d'incontrare difficoltà nell'ottenere la dispensa per il Vescovo Fornen. ad recipiendum Canonicatum, benche sia in Fian-dra. Dico questo perchè in Germania non c'è scrupolo. Dico bensi che saria più sbrigata che occorrendo la vacanza Monsignor Arcivescovo di

Gant scrivesse che si contenta di conferirsi dalla Dateria al Vescovo Fornen., perche pigliandosi hora la dispensa, ci sarà il decreto di pigliarsi poi la nuova provisione dalla detta Dateria, e saranno spese duplificate, e, se è negozio de Propaganda, si potrà supplicare per la detta dispensa e spedirla come l'altri negotij, con quella solita poca spesa.

Scrivo in fretta per esser sabbato et humilmente riverisco V.S. Ill.ma di questa sua Casa, li 14 di Febrero 1671, e perpetuamente

Di V.S. Ill.ma e Rev.ma humil.mo, divot.mo servitore

Antonino di Fiore.

74.

Novogrodek, 21. V. 1671.

Gravamina Episcoporum Benedicti Glinskyj et Marciani Bialozor de modo offensivo procedendi Metropolitae Kiovensis, Gabrielis Kolenda, occasione Consecrationis Episcopi Coadiutoris C. Žochowskyj, cum Episcopis Conconsecratoribus et de praecedentia sibi denegata etc. coram Notario Apostolico.

APP, *Scritt. rif. n. Congr. particolari*, vol. 24, fol. 57-60.

In Nomine Domini. Amen.

Per hoc praesens Publicum Instrumentum⁹⁷ cunctis pateat evidenter et sit notum. Quoniam Anno a Nativitate Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Primo, Indictione Romana Nona, Pontificatus SS.mi Domini Nostri Clementis Divina providentia Papae eius nominis Decimi, Anno ipsius secundo, die vero Iovis, quae fuit vigesima prima mensis Maij, hora medij horologij ante meridiem nona, vel quasi decima, in mea Notarij publici testiumque infrascriptorum, ad id legitime adhibitorum, praesentia, personaliter comparentes Perill.res et Rnd.mi Domini Episcopi Ritus Graeci Uniti, et in primis Reverendissimus Dominus Benedictus Glinski, Protothronius Metropoliae Kiovensis, Episcopus Vlodimiriensis et Brestensis, Archimandrita Kobrinensis, et Perillustris et Rnd.mus Dominus Michaël Marcianus Bialozor, Episcopus Pinscen. et Turovien., Archimandrita Lauriszovien., protestati sunt in, et contra Ill.mum et Rnd.mum Dominum Gabrielem Kolenda, Metropolitam totius Russiae,

⁹⁷ Est depositio officialis et a Notario facta eventuum et iniuriarum, quae characterem publicum obtinuit, ut possit proponi in qualicunque tribunal. Haec expositio est minutissima et explicationibus non indiget, etsi factum dolendum et exemplare pro regimine metropolitano Gabrielis Kolenda huius temporis enarrat. Homines duri, tempora dura etiam facta dura excitabant.

Chiiovensem, Halicien., Archiepiscopum Polocensem, Mscislavien. et Vitebscensem, Archimandritam Supraslensem, Berezwecensem, Protoarchimandritam Ordinis S. Basilij Magni, et contra Rnd.mum Dominum Cyprianum Zochowski, Coadiutorem Polocensem, Episcopum Vitebscensem, et Mscislaviensem, Archimandritam Leszczynensem, de gravamine sui status episcopalisi.

Quod videlicet die Sabbati, quae fuit dies decima sexta Maij, cum iam deveniret ad actum serotini scrutinij Perill.ris et Rnd.mi Domini Metrophanis Sokolinski, nominati Archiepiscopi Smolessen., Archimandritae Grodnen. primum in contemptum authoritatis episcopalisi, loco Instrumenti nostri, vulgo dicti Pastorale, manibus Ill.mi Domini Metropolitani exhibitae sunt nobis scopae quibus, camini expurgantur, cum his verbis expressis Ill.mi Metropolitani: Owoz wam Ep.pom wasze Pastoralij, quae verba sonant: ecce Vestrum Pastorale Episcopale. Ad haec verba superaddidit Perill.ris Rnd.mus Dominus Coadiutor Polocensis: Haec insignia specialiter convenient Rnd.mo Domino Bialozor, Episcopo Pinsensi. Post praefatum itaque primum suae episcopalisi Authoritatis contemptum, alium se senserunt pati a Rnd.mo Domino Coadiutore Polocen., dum illis praecedentia, in deducendo Ill.mo Domino Metropolitano processionaliter ad Vesperas, per Rnd.mum Dominum Coadiutorem denegaretur, tandem in ipsam ecclesia Cathedrali, sub vesperas, Perill.ri et Rnd.mo Domino Episcopo Pinsensi per Perill.rem et Rvd.mum Dominum Coadiutorem Polocensem praeeoccupabatur locus temere, et ambitiose, contradicente Domino Episcopo Pinsensi. Et sequenti die Dominica, dum Dominus Protothronius Metropoliae Kiioviensis, associatus cum Domino Episcopo Pinsensi occasione Conferentiae in praecedentia, et apparatu consueto celebrandi ante se praemiserunt supplices duos Religionis suae Consultores ad Ill.mum Metropolitanum, ex consilio facto cum omnibus Patribus Consultoribus, et Provinciali Ordinis sui Divi Basilij Magni, quos ex hac occasione varijs contumelijs affecit, congressum, et consilia nostra appellando tumultus et caetera pleraque. In hac eadem causa Rnd.mus Metrophanes, Rnd.mum Dominum nominatum Smolensensem iterum supplices Ill.mi Domini Episcopi praefati expediverunt, qui similiter nihil effecit. Accedentes itaque personaliter Perill.res Domini Episcopi praefati Ill.mum Dominum Metropolitanam ad Aulam ipsius, in hac eadem conferentia, et praetensionibus, audientiam non impetrarunt. Quoniam Ill.mus Metropolita, denegans audientiam, studio adiit processionaliter suam ecclesiam Cathedralem, ad quam Ill.mi Domini D. Episcopi accesserunt associati. Dum Perill.ris Protothronius tanquam valetudinarius et in languore existens exiret ad Cemeterium (f. 57v) ad captandam recentem auram accessit ad Ill.mum Dominum Metropolitanum; vocatus ab Ill.mo Domino Me-

tropolitano Dominus Episcopus Pinscensis Instantiam interponendo suam pro Rnd.mo Domino Protothronio, quatenus ad hunc publicum actum circa praecedentiam et apparatum ex speciali Sedis Apostolicae gratia concessum conservetur; super quo nullomodo consensum suum praebere voluit, itaque Domini, D.ni Episcopi praefati consilio ab utrinque inito, parati erant assistere etiam postposita hac in parte ab utrinque Authoritate, et praetensione sua ad hunc solum actum. Tempore cuius conferentiae Ill.mus Dominus Metropolita voce clamorosa, scandalosa, cum indignatione plebis ad actum congregatae in sua Cathedra, verbis acerbissimis Rnd.mos Dominos Episcopos utrosque est compellatus, hisce videlicet: won do Diabla z moiey cerkwie, moia to Katedra, alias ita sonant latine: abscedite a mea Ecclesia ad Diabolum, mea haec est Cathedra. Dum itaque hisce verbis ignominiosissimis expelli se audiunt ad tale mandatum ex ecclesia Metropolitana, Domini Episcopi praefati exiverunt, et pro devotione ad templum Parochiale Ritus Romani, ut in die prima Pentecostes, secundum Calendarium Romanum, pro devotione abierunt ibique solemni sacrificio interfuerunt. Dum vero redirent ad hospitia sua protestati sunt se invenisse mandatum Ill.mi Domini Metropolitani, ut assisterent Missae Sacrificio, cum iam hora prima sonasset, in medio horologio, post meridiem, quod in haec verba sonat: — Gabriel Kolenda, Dei et Apostolicae Sedis Archiepiscopus Kiiovien. Halicien. et totius Russiae. Perill.mo et Rev.mo Marciano Bialozor, Episcopo Pinsensi et Turoviensi, Suffraganeo Nostro, in Virtute Sanctae obedientiae et sub paena Excommunicationis ferenda mandamus, et praeципimus quatenus visis et acceptis hisce, hac die decima septima Mensis Maij intra Missam nostram assistat Consecrationi Rnd.mi Domini Metrophanis Sokolinski pro Archiepiscopatu Smoescen.; si quidem heri dum serotinum Scrutinium perageretur una cum nostro Coadiutore Episcopo Vitebsensi ac Domino Episcopo Vlodimirensi uti Suffraganeus noster cum alijs pariter Suffraganeis assistit ita et modo assistat, quod ad notitiam deducendo manu propria subscribimus. Novogrodecii, decima septima mensis Maii, Anno 1671. Gabriel, Archiepiscopus totius Russiae. — Cui mandato sigillum est adimpressum. Qua die Dominica, prima die Pentecostes secundum Calendarium Romanum, sub Vesperas, allatae sunt literae citationis Dominis Episcopis quas exequi Religiosi Divi Basili propter inhibitionem Ill.mi Metropolitae denegarunt. Citationis verba sonant: Gabriel Kolenda, Dei et Apostolicae Sedis gratia metropolitanus totius Russiae Kiiovien., Halicen. nec non Polocen. Archiepiscopus. — Perillustri et Rev.mo Domino Marciano Bialozor, Episcopo Pinscen. et Turovien., Suffraganeo nostro, significamus praesentibus, expositum nobis esse ab Instigatore Curiae nostrae, Rndo Patre Procopio Mor, Archi-

diacono Metropolitano, imo toti Civitati Novogrodensi ac Nobilibus eiusdem Palatinatus, tum intra Missae nostrae solemnia congregatis patuit, quod vos post secutam et in scriptis expressam, vobisque traditam Pastoralem sub excommunicatione ferenda monitionem, non modo sprevistis, sed iterum atque iterum, tum ore proprio nostro tum per delegatum, quatenus assisteretis consecrationi Archiepiscopi Smolensensis (si quidem iam adstititis pridie, dum Serotinum perageretur Scrutinium) rogati, et compellati supplicationibus sat indignis vestro legimo Pastore cum scandalo publico Catholicorum, Unitorum, Haereticorum et Schysmaticorum abscedentes ecclesia, iam cultu ecclesiastico nos cum Coadiutore nostro vestitos reliquistis, licet Coadiutor noster facta pro hac vice humili submissione ultimum sibi post vestras sedes capessere destinaverit locum. Ac proinde ncs, ad Instantiam Instigatoris, ad videndum vos declarari excommunicatos ne alioquin tam enorme et vix auditum in Russia delictum impune habeatur coegistis. Quapropter citamus vos ad videndum in tam evidenti et scandaloso scelere Authoritatem nostram (f. 58) diminuente crastina die, decima octava Mensis Maij, horis matutinis excommunicari, alijsque poenis et privatione et beneficiorum vel fructuum arbitrio nostro aggravari, quod deducentes ad notitiam sigillo apposito manu propria subscrisimus. Dabantur Novogrodeci, die decima septima, sub Vespertas, Mensis Maij Anno Millesimo sexcentesimo septuagesimo primo. Gabriel, Archiepiscopus Metropolita totius Russiae manu propria. — Cui citationi sigillum est adimpressum. Iterum secunda die, scilicet decima octava Mensis Maij, quae erat secunda dies Pentecostes iuxta Calendarium Romanum, iuxta antiquum Sancti Joannis Evangelistae solemnissimum festum in Ecclesia tota Graeca-Ruthena, circa horam octavam ante meridiem intercessit alia Citatio a Perillustri Domino Nominato Smolensensi, quam similiter executores connotare detrectarent propter Inhibitionem Metropolitanam, quae citatio in haec verba sonat. — Gabriel Kolenda Dei et Apostolicae Sedis Gratia Episcopus Metropolitanus etc. Perill.ri et R.ndo Domino Marciano Bialozor, Episcopo Pinscensi, Suffraganeo Nostro. Significamus praesentibus hisce literis citationis: expositum nobis esse a Perill.ri ac R.ndmo Domino Metrophane Sokolinski, Nominato Episcopo Smolenscen. quod cum instantie die consecrationis suae decima septima mensis Maij et pridie praefatus Dominus Episcopus Pinscensis una cum Domino Episcopo Vlodimiriensi ac Domino Coadiutore nostro Metropolitano Episcopo Vitebscen., dum Serotinum perageretur scrutinium, quod est inchoactiva Consecratio, sine ulla tergiversatione et contradictione Nobis, Metropolitano, intra idem scrutinium Serotinum adstitissent ac Ceremonias Sacras Ecclesiae Orientalis in magna frequentia populi, tanquam assistentes peregisset, nihilominus etiam ab

eodem Domino Nominato Archiepiscopatus Smolensensis toties totiesque rogatus quatenus tantum scandalum non sequeretur in facie ecclesiae Cathedralis Novogrodensis, siquidem differentia, si quae exorta erat circa praecedentiam Domini Episcopi Vitebscn., Coadiutoris Nostri, paenitus sopita fuerit, eo quod dictus Dominus Coadiutor studio pacis et charitatis fraternae submiserit se post eosdem Dominum Episcopum Vladimiriensem et Pinsensem pro hac vice eligere locum dummodo assisteretis nobis Metropolitano, quemadmodum pridie astitistis, quod non modo non fecistis, sed iterando publicam renitentiam post monitoriales sub poena excommunicationis ferenda vobis praesentatas, rebelles ac refractarij nostrae legitimae potestati extitistis nosque iam vestitos cultu Ecclesiastico, una cum Domino Episcopo Vitebsensi, Coadiutore nostro, in facie Cathedralis ecclesiae magnoque concurso populi selecti reliquistis atque actori consecrando, pro eiusdem Consecratione in Archiepiscopatum Smolensem assistere renuistis eundemque nominatum Archiepiscopum Smolensem pro necessarijs ad Consecrationem florenos sexcentos Polonicales exponere invanum fecistis et adduxistis. Proinde supplicatum Nobis fuit pro parte R.ndissimi Domini Nominati, Archiepiscopi Smolensensis, quatenus Iuris remedia opportuna extraderemus, cui petitioni annuentes citamus vos ad videndum et audiendum declarari excommunicatos, in damnis litisque expensis condemnari, alijsque poenis arbitrio nostro decernendis aggravari. In quorum fidem manu nostra subscriptissimus et sigillum apponi iussimus. Dabantur Novogrodeci, die decima septima mensis Maij, Anno Domini Millesimo sexcentesimo septuagesimo primo. — Terminus Comparitionis crastina die, decima octava Mensis Maij, horis matutinis praefigitur. Subscriptio manus: Gabriel Archiepiscopus totius Russiae, cui citationi sigillum est adimpressum. Qua similiter die, impetratis ad hunc actum Religiosis Divi Basilij Ordinis sui Consultoribus, DD. Episcopi cum protestatione de gravamine Authoritatis suae episcopalnis, cum idem et Judex et Actor deberet esse, tum ad citationem nomine suo porrectam, quam nomine R.ndmi Domini Nominati Smolenscn. transmiserunt petentes ne accederet ad Iudicium, et Decretum, sed ut DD. Episcopos ad Iudicium Sanctae Sedis Apostolicae per appellationem remitteret, cui supplicationi Dominorum Episcoporum per eosdem Religiosos Ill.mus Dominus Metropolita contradixit, cum multis contradictionibus. Cum vero hora Iudicij advenisset, libellum supplicem per me Notarium publicum consignatum et subscriptum, nec non manibus propriis R.ndissimorum DD. (f. 58v) Episcoporum similiter subscriptum, ad manus Ill.mi Domini Metropolitae cum Appellatione et protestatione ibidem contenta porrexi. Et in eadem causa libellum supplicem alterum, per copias, de verbo ad verbum scriptum (cum Ill.mus Dominus Metropolita sub Iudicia

sua denegaret priorem per me connotatum et porrectum proprijs meis manibus) Ill.mo Domino Metropolitae iidem Domini Episcopi porrexerunt cum protestatione de gravamine et Appellatione ad Sedem S. Apostolicam, Judiciumque eiusdem qui sic sonat. — Ill.me et Rev.me Domine Metropolitane totius Russiae, Domine et Pastor observandissime. Cum nos Episcopi Rutheni, et in primis Benedictus Glinski, Protothronius Episcopus Vlodimirien., et Bresten., nec non Marcianus Bialozor, Episcopus Pinscensis et Turovien. citati fuerimus hesterna die Dominica ab Ill.ma Dominatione Tua, non modo quia non juridice, sed etiam quia ipsimet offensi existimus tam ab Ill.ma Dominatione Tua, quam a Perill.ri Domino Coadiutore suo Polocensi, etiam contra Bullas et indignationem Sanctae Sedis Apostolicae insurgendo, quapropter ad Iudicium Sanctae Sedis Apostolicae recurrimus et citare Ill.mam Dominationem Tuam cum suo praefato Coadiutore quam primum intendimus. Et quoniam hodierna die, nomine R.ndmi Nominati Smolenscen. data nobis fuit citatio, quod non adstiterimus eius consecrationi, cum et hoc paevenerit ex ipsamet Ill.ma Dominatione, expellente nos sat indignis verbis ex ecclesia, in hac eadem causa ad idem Iudicium Sanctae Sedis Apostolicae necesse est ut recurramus. Petimus itaque ab Ill.ma Dominatione Tua, ut desistere dignetur a Iudicio nostrarum Personarum. Siquidem insimul idem et Iudex et Instigator nec non offensor Nostrum Ill.ma Dominatio tua existet. Alias protestamur de gravamine acturi cum Ill.ma Dominatione Tua, insimul cum suo Coadiutore, coram Iudicio Sanctae Sedis Apostolicae. Datum Novogrodeci, decima octava Maij, Anno 1671. — Sub quo supplici libello nomina, et cognomina in haec verba sunt subscripta: V. Benedictus Glinski, Protothronius Kiiovien., Episcopus Vlodimirien. et Bresten., Archimandrita Kobrinensis. Michaël Marcianus Bialozor, ep.pus Pinscen. et Turoviensis, Archimandrita Lauriszovien. Qui publice sub tempus Iudicij, praesentibus plerisque Religiosis S. Basilij Magni, lectus fuit.

Quam suam submissionem, protestationem de gravamine et appellationem ad S. Sedem Apostolicam non acceptatam cum intellixisserint DD. Episcopi, Decretumque tulisse Ill.mum Dominum Metropolitanum cum gravamine Ill.morum DD. Episcoporum et inaudito exemplo in Ecclesia Catholica Unita, stante sua protestatione et appellatione ad Sanctam Sedem Apostolicam eiusque Sedis Apostolicae Iudicium, iterum per Presbyteros Ritus Graeci Unidos, primum Laurentium Lazarowicz, Notarium Brestensem, alterum Theodorum Wyszynski, Praesbyterum Vlodimiriensis Capituli, ad limina SS. Apostolorum Petri et Pauli et Sanctae Sedis Apostolicae Iudicium iterum iterumque et tertio appellariunt cum protestatione de gravamine die festo secundum Calendarium novum et antiquum. In quo negotio et Decreto lato DD.ni Episcopi

aggravati, ut possent se informare miserunt Presbyteros duos Ritus Graeci praefatos, ut ex Cancellaria Ill.mi Domini Metropolitani saltem decretale possent habere, quod nullo modo voluit extradere Rnd.mus Dominus Coadiutor Polocen., in cuius manibus et Acta et Officium Notarij, et Iudicis extitit. Imo Ill.mus Dominus Metropolita, cognito praefato Rndo Patre Laurentio Lazarowicz, Notario Episcopatus Bresten., verbis illum iniuriosis, scandalosis et concussione gravi propria manu, in praesentia multitudinis tunc congregatae externorum Nobilium, quam Religiosorum affecit. Alter vero Presbyter, Theodorus vix fugit. De quo tali gravamine protestati sunt coram me etiam Perill.res DD. contra Ill.mum Dominum Metropolitanum.

Tandem die decima nona Maij, Anno Millesimo sexcentesimo septuagesimo primo, tertia die Pentecostes secundum Romanum Calendarium, secundum vero antiquum solemnissimo die festo Sancti Nicolai, tradita fuit citatio DD.nis Episcopis aggravatis nomine R.dmi Domini Sokolinski, Nominati Smolenscen., ad videndum et audiendum Decretum iam latum hesterna die ab Ill.mo Domino Metropolitanu, quam citationem exequi et subscribi denegarunt in praesentia mei Sedis Sanctae Apostolicae Noratij Publici. Quorum nomina haec sunt: Primi, Martinianus Bykowski, secundi Gabriel Kupalski, tertij Theophilus Kiszcyc, asserentes id non posse praestare propter Inhibitionem Ill.mi Domini Metropolitanu. Cuius quidem citationis tenor hic est: — Gabriel Kolenda Dei et Apostolicae Sedis Gratia Archiepiscopus Metropolitanus Kiiovien., Halicien. et totius Russiae, R.ndmo Domino Marciano Bialozor, Episcopo Pinscen. et Turoviensi. Significamus praesentibus literis citationis, quod supplicaverit nobis R.dmus Dominus Metrophanes Sokolinski, nominatus Archiepiscopus (f. 59) Smolenscen., quatenus ex vi Decreti nupei in favorem eiusdem nominati Archiepiscopi coram hoc Tribunali emanati deveniamus ad publicationem Excommunicationis contra vos statutae. Quapropter ad Instantiam eiusdem nominati Archiepiscopi citamus vos, ut compareatis pro die crastina, vigesima Maij, ad videndum et audiendum dicta vi gesima die publicari ac declarari vos excommunicatos. In quorum fidem manu propria subscrisimus et sigillum apponi iussimus. Novogrodeci, decima nona Maij, Anno 1671. — Quae praedictae Citationes porrectae sunt R.ndissimis DD. Episcopis sine connotatione et appositione sigilli. Ad quas citationes supplicem libellum, iterato manibus proprijs subscriptum, per me Notarium Publicum connotatum miserunt R.ndmi DD. Episcopi Ill.mo Domino Metropolitanu ratione gravaminum, et appellationis ad Sanctam Sedem Apostolicam denegatae, cuius libelli verba sic sonant: — Ill.me et R.ndme Domine D. et Patrone observand.me. Ratione gravaminum, quae patimur a Sua Ill.ma Celsitudine, per supplicem li-

bellum exceptiones nostras quae fulciuntur beneficiis Juris porreximus per manus Notarij Publici, quas nihilominus sua Ill.ma Celsitudo deditata est admittere, iterum nos quasi quadam citatione, non connotata a quoquam, adcitando. Prout itaque in prima Instantia ad limina Divorum Apostolorum in hoc puncto appellavimus, ita et nunc superaddito hoc, quod ad Congregationem non fuimus admissi, super invaliditate eiusdem protestando ad eandem Sanctam Sedem Apostolicam iterum atque iterum appellamus cum protestatione de gravamine. Datum Novogrodeci die vigesima Maij, Anno Domini 1671. — Subscriptio vero manum R.ndmorum Episcoporum talis: Ill.mae et R.ndmae Celsitudinis Vestrae devotissimi Fratres et Exoratores — V. Benedictus Glinski, Protothronius Kiiovien., Episcopus Vlodimirien. ac Brestensis., Archimandrita Kobrinen. — Michaël Marcianus Bialozor, Episcopus Pinscen., Archimandrita Lauriszien. et Honofrien. — Quem libellum ut priorem reiectum esse ab Ill.mo Metropolitano attestati sunt nobiles Domini Gabriel Woyna Oranski et Dominus Paulus Bialozor, porrigitates hunc libellum DD.rum Episcoporum Ill.mo Domino Metropolitano per suas personas. Tandem die vigesima Mensis Maij transmittit copias Decreti lati Ill.mus Metropolita DD. Episcopis cum Excommunicatione lata et promulgata, quam et ad valvas ecclesiarum affigi iussit per eosdem Religiosos supra citatos, qui supra praefatum Decretum DD.nis Episcopis porrectum nec subscriptum, sine sigillo, et proprijs manibus illud subscribere denegarunt, propter inhibitionem sibi factam ab Ill.mo Domino Metropolitano. In qua copia Decreti haec verba connotantur: Gabriel Kolenda Dei et Apostolicae Sedis Gratia Metropolitanus totius Russiae, Kiiovien. Halicien. nec non Polocen. Archiepiscopus. R.ndmo Domino Marciano Bialozor, Pinsensi et Turoviensi Episcopo. Significamus praesentibus quod cum ad instantiam Perillris et R.ndmi Domini Metrophanis Sokolinski, nominati Archiepiscopi Smolenscen., nuper decima octava Maij emanatum fuerit contra vos Decretum, et iniunctum fuerit dicto Decreto vos declarari Excommunicatos ob rationes ibi contentas, ideo humiliter nobis supplicavit praefatus Dominus nominatus Archiepiscopatus Smolenscen. quatenus ad publicationem Excommunicationis deveniamus. Nos summiſſimo inhaerentes Processui, et scandalo inaudito ac per vos patrato condignas apponentes poenas, in nomine Dei Omnipotentis, Patris et Filij et Spiritus S., Authoritate qua fungimur Apostolica vos Marcianum Bialozor, Episcopum Pinsensem et Turoviensem excommunicamus, atque ab Officio Episcopali ac Iurisdictione episcopali, quam hactenus exercuisti suspendimus, donec condigna satisfactione, tum obsequiis, tum glorioſa paenitentia, tum etiam resartione damnorum R.ndum Dominum Nominatum Archiepiscopum Smolenscen. acquietaveris, et illi compensaveris. In casu vero

obstinatio*n*is ad ulteriores poenas per Canones SS.PP. decretas procedemus. In quorum fidem manu propria subscris*m*us, et sigillum apponi iussimus. Novogrodeci, die vige*s*ima Maij, Anno 1671. — Quas utrasque copias, quia non erant subscriptae, ego Notarius Publicus in haec verba subscris*p*i. Hoc Decretum, Anno et die specificatis, coram me Christophoro Giszowski, S.T.D., Sacra Authoritate Apostolica Publico Notario ad manus R.ndmi Domini Benedicti Glinski Vlodimirien. et Bresten. Episcopi et Prototh*r*oni est porrectum per Admodum R.ndos Patres tres Religiosos Divi Basilij M. quo*rum* nomina: Unius Martinianus Bykowski, alterius Gabriel Kupalski, tertii Theophilus Kiszcyc. Qui requisiti ad subscriptio*n*em copiarum hujus Decreti recusarunt, propter Inhibitionem verbaliter factam (f. 59v) ab Ill.mo et R.ndmo Metropolita Kiiovien. et totius Russiae. Contra quod Decretum, Iudicium, Inhibitionem super subscriptionem et excommunicationem latam, et declaratam, iuxta suum supplicem libellum quem hac die praemiserunt, utraeque Personae eundem iterando et subscribendo manibus proprijs, coram me Notario Publico de gravamine, ad limina Divorum Apostolorum appellarunt, et protestati sunt solenniter. In quorum fidem manum meam subscribo, Anno et die ut supra. Christophonus Giszowski, S. Th. Doc., Sacra Authoritate Apostolica Notarius Publicus. — Contra quod Decretum Ill.mi DD. Metropolitani tanquam die festo solennisatum, defectu brevissimi temporis, et in defectu Plenipotentum, qui hanc causam iuxta SS. Canones melius elucidare coram Iudice valerent (qui in praedicto loco desunt), contra Excommunicationem in Decreto latam publice, studio in contemptum, et aggravationem Authoritatis Episcopalis proclamatam, in scripto connotatam ad varias valvas ecclesiarum tam Ritus Romani quam Graeci, cum scandalo gravissimo, Religiosorum utriusque ritus Catholicorum, et variarum sectarum, Calvinistarum, Lutheranorum, Schismaticorum, quorum multae personae in praedicta Civitate S. Regiae Maiestatis cohabitant, uti etiam in varijs alijs gravaminibus R.ndissimorum DD. Episcoporum ab eodem Ill.mo Domino Metropolitano sibi praestitis, coram me Notario Publico solennissime protestati sunt Perillustres et R.ndmi DD. Episcopi aggravati: Perillustris Dominus Protothronius, Episcopus Vladimirien., cum Perillustri Domino Marciano Bialozor, Episcopo Pinsensi et appellarunt ad Limina Divorum Apostolorum Petri et Pauli, Sanctaeque Sedis Apostolicae Iudicium. Iterum atque iterum protestando et appellando ad eandem Sanctam Sedem Apostolicam. Item novum gravamen sentientes DD. Episcopi praefati, quod tanquam Religiosi et Abbates ad Congregationem Fratrum Religiosorum Divi Basilij Magni, secundum laudabiles et antiquissimas consuetudines, usum, et praxim continuam, nec interruptam, non fuissent admissi, a die decima octava Maij usque ad finem eiusdem

Congregationis per Ill.mum Dominum Metropolitanum, et alios Praelatos, et nonnullos Religiosos solemniter protestati sunt, cum eadem appellatione ad Sanctam Sedem Apostolicam, et eiusdem Sanctae Sedis Apostolicae Iudicium; allegantes ex hac occasione invaliditatem eiusdem Congregationis per Sanctam Sedem Apostolicam Iudiciumque eiusdem decernendam. Eadem occasione R.ndmus Dominus Protothronius Metropoliae Kiioviensis, Archimandrita Kobrinensis, uti valetudinarius per suum Procuratorem Praesbyterum Ritus Graeci, R.ndum D. Laurentium Lazarowicz, Notarium Brestensem inseri ad Acta petiit de comminatione per Ill.mum Dominum Metropolitanam factam de praeoccupandis bonis Archimandriae Kobrinensis, si et in quantum etc. quod petiit obtinuit. In eodem termino Rev.mus Dominus Marcianus Bialozor, Episcopus Pinscensis solemniter coram me Notario Publico protestatus est de praeoccupatis Archimandriae suae Lauriszoviensis per incertas quasdam Personas tam spirituales quam saeculares, quorum nomina ad praesens non constant. Item quia Perilllustris et Revd.mus Dominus Metrophanes Sokolinski, nominatus Archiepiscopus Smolenscen., non habita ulla occasione, toties citavit R.ndmos Dominos Episcopos praefatos, modo indebito et illegitimo, quasi ncluiscent assistere Consecrationi eiusdem, cum ipsi ad os eidem Rnd.mo Domino Nominato Smolensensi declararint, paratos eius Consecrationi assistere, si Ill.mus Dominus Metropolitanus verbis ignominiosissimis praefatos DD. Episcopos ex Cathedrali sua ecclesia non eiecerent.

Item protestantur de gravamine ijdem Rnd.mi DD.ni Episcopi, quod Perill.ris Dominus Coadiutor Polocensis, uti Notarius Congregationis, renuit extradere Decretum latum, respondendo quod excommunicatis Decretum extradi non debeat.

Quae omnia gravamina et praetensiones nostras uti ex varijs occasionibus colligere licuit, et in posterum melius patebit, per R.ndmum Dominum Coadiutorem Polocensem, instinctu, metu et persuasione propria ipsius facta esse, ob quasdam causas, et praetensiones ipsius, quasi illi illatas per R.ndmos DD. Episcopos praefatos, et ne post sera fata Ill.mi Domini Metropolitanani per eundem modernum Revd.mum Dominum Coadiutorem aggraventur protestati sunt solenniter ad praesentem Actum cum appellatione ad Sedem Apostolicam eiusdemque Iudicium.

Super quibus omnibus et singulis praemissis ijdem R.ndmi DD. Episcopi, videlicet Perill.ris et R.ndmus Dominus Benedictus Glinski, Protothronius Metropoliae Kiiovien., et Perill.ris et R.ndmus Dominus Marcianus Bialozor, Episcopus Pinscensis, supra scripti, debita cum Instantia petierunt sibi a me Notario Publico infrascripto unum vel plura publicum, et publica confici, extradari instrumentum et Instrumenta.

(f. 60) Et quia ego Christophorus Giszowski, Sacrae Th. D., Sacra

Authoritate Apostolica Publica in Dioecesi Vilnensi receptus et authenticus Notarius, unaque cum infra nominandis testibus ad praemissa requisitus fui, ideo hoc praesens Publicum Instrumentum, manu quidem aliena, pro tunc me varijs negotijs praeoccupato, scriptum, confeci, signoque, nomine et cognomine meis, quibus in talibus utor consignavi, subscripsi-que. In fidem et evidentius testimonium praemissorum, rogatus et requi-
sus, praesentibus ad hunc Actum R. dis DD. Josepho Popuciewicz, S. Th. Doctore, Parocho Ielnensi, Luca Pinicki, Cappellano Fratrum vulgo dictorum Bonifratellorum, Presbyteris Dioecesis Vilnensis et alijs fide dignis personis. Actum in Civitate Sacrae Regiae Maiestatis dicta Nowogrodek, Dioecesis Vilnen., Anno, Mense, Die quibus supra.

Christophorus Giszowski, S.T.D., Canonicus Piltin. S. Authoritate Apostolica Publicus Notarius (mpr).

(locus signi) cum Inscriptione tali: cum Cruce pro cruce.

Anno Domini Millesimo sexcentesimo sexagesimo octavo, die vero sexta mensis Octobris, coram Nobis praesentes literae seu Instrumentum Notariatus Publici Admodum R. ndmi Domini Christophori Giszowski S. Th. D. Decani Siemnensis, Parochi Balwierzyscensis exhibitum et productum in omnis punctis admissum et approbatum. In cuius rei fidem manum nostram subscripsimus, et sigillum nostrum apponi mandavimus. Annc, mense et die, ut supra.

Alexander Sapieha, Episcopus Vilnensis. (Locus sigilli)

Ego Joannes Wasilkiewicz, Authoritate S. Apostolica Publicus Notarius, attestor praesentem suprascriptam copiam fuisse per me collationatam cum suo vero et proprio Originali cum quo de verbo ad verbum concordare inveni. Actum Chelmae, die mensis Julii prima, Anno Domini Millesimo sexcentesimo septuagesimo primo.

Idem qui supra Joannes Wasilkiewicz, S. Auth. Apostolica Publicus Notarius.

Ego Jacobus Susza, Episcopus Chelmensis et Belzensis, attestor R.D. Ioannem Wasilkiewicz actu presbyterum, esse talem, qualem se ostenderit et eius Instrumentis ubique fidem ad... in quorum fidem manu mea subscribo.

Jacobus Susza, Episcopus (mpr).

75.

Varsavia, 1671.

Sententia definitiva Auditoris Nuntiaturae Varsaviensis in causa inter Metropolitanum Kioviensem et Episcopos Vladimiriensem et Pinscensem vertente de modo agendi offensivo, de excommunicatione, praecedentia et aliis prætensionibus.

APF, *Scritt. rif. n. Congr. particolari*, vol. 24, fol. 120-121v.

Pro Ill.mo ac Rev.dmo Benedicto Glinski, Episcopo Vladimirien. et Brestensi et Martiano Bialozor, Episcopo Pinscen. etc. contra Illm. DD. Gabrielem Kolenda, Archiepiscopum seu Metropolitam Russiae et Cyprianum Zochouskium, Episcopum Vitepscen., Ord. Sancti Basilij Magni.

Coram etc. comparuerunt personaliter Ill.mi ac Rev.mi Domini Benedictus Glinski, Vladimirien., et Martianus Bialozor, Pinscen. Episcopi, et in termino hodierno ex actu legitime incidenti etc. quoniam Ill.mus ac Rev.mus D. Gabriel Kolenda, Archiepiscopus Metropolita Russiac, Ord. S. Basilij Magni, se sine ulla legitima causa, sine debito processu, diebus festivis, non debita jurisdictione competenti, sine processibus, imo de facto nulliter excommunicavit, et eandem et omnem per ecclesiam publicare mandavit.⁹⁸ Id facere non debuit nec potuit. Item, quod sibi Archimandrias Kobrinen. et Lauriszovien. etc. violenter accepit, easdem Archimandrias invasit, spoliari mandavit, die 16 expulit. Item Visitacionem Dioecesum sibi non competen. etc. instituere voluit, nulliterque omnia attentavit, et fecit. Ideo eadem eius omnia facta, et gesta, nec non decreta, et dicta cassari, et revocari, eosdem actus omnes annullari, excommunications latae, et earum publicationes nullas, et invalidas declarari, Archimandrias Kobrinen. et Laurisczovien. receptas et item fructus, et bona omnia illis recepta, et damna causata restitui mandari; Visitacionem contra se, et Dioeceses suas indictas annullari, ne amplius talia in posterum facere audeat, serio inhiberi; et quoniam haec omnia temere, et de facto una cum Ill.mo Domino Cypriano Zochowski, Episcopo Vitepscen. fecit, eundem in damnis, et litis expensis condemnari petijt. Insuper, ad liquidanda bona, et eis, ac fructus Archimandriarum per Ill.mum Dominum Metropolitam, et de eius mandato expresso accepta admitti postulavit. Praeterea, quoniam Ill.mo Domino Episcopo Vladimirien., (f. 120v) ex

⁹⁸ Sententia haec fundatur documento praecedenti, sine quo vix intellegi valet, et est quasi corollarium huius eventus, etsi non definitivum, quia dissidium ulterius protrahebatur, prout demonstrant sequentia documenta, et res ad Sedem Romanam remissa fuit.

indulto Clementis PP. VIII, competit quidam habitus, sacus dictus, ab eodem Summo Pontifice concessus, eundem circa hoc privilegium conservari, et ne Ill.mus Dominus Episcopus Vitepscensis Jus praecedentiae adversus Ill.mos Praesules suos sibi usurpet inhiberi petit.

Qui Rev.mus Dominus Auditor Generalis sedens etc. auditis etc. suam protulit sententiam tenoris, ut infra scripti etc.

In Dei nomine. Amen. Nos Antonius Michalovius, J.U.D. Urbinas Prothonotarius, et Ill.mi ac Rev.mi Domini Angeli Ranutij, Dei et Apostolicae Sedis gratia Archiepiscopi Damiaten., apud Seren. Michaelem Poloniae Regem potentissimum totumque Poloniae Regnum et M.D. Lith. cum facultatibus legati de latere Nuntij Apostolici Auditor Generalis, et Judex, pro tribunali sedentes, et solum Deum Sanctamque Justitiam pree oculis habentes, per hanc nostram diffinitivam sententiam, quam in his scriptis ferimus in causa, et causis, quae coram nobis in 2da, qui alia veriore versae fuerint, et vertuntur instantia inter Ill.mos DD. Episcopos Vladimirien. et Pinscen. appellantes, et recurrentes ex una, et Ill.mum Dominum Metropolitanum totius Russiae, Ritus Graeci Unitum partibus ex altera, de, et super diversis controversijs, de quibus latius in actis, et processu Causae, et Causarum huiusmodi.

Christi nomine invocato: P.mo, dicimus, pronunciamus, decernimus, et declaramus sententiam excommunicationis sub die 20 Maij 1671 Novogrodeci per Ill.mum Dominum Metropolitanum Judicem a quo latam contra Ill.mos (f. 121) Dominos Benedictum Glinski, Vladimirien., et Martianum Bialozor, Pinscen. Episcopos nullam, et invalidam fuisse, et esse, ac uti talem cassandam, et abolendam, prout cassamus, et abolemus, etiam pro cassata et abolita haberi velimus, et mandamus, nulliusque roboris, et momenti tam in interno, quam externo foro unquam fuisse decernimus, et declaramus; 2do, pari nostra sententia dicimus, et pronunciamus male fuisse processum per Ill.mum Dominum Metropolitanum, seu praetensam Congregationem Religionis Basilianae Novogrodeci habitam circa privationem dictorum Ill.morum Dominorum Episcoporum Vladimirien. et Pinscenensis, Archimandriis, seu Monasteriis Kobrinen. et Laurissoviens., et bene pro parte ipsorum appellatum, et ad nos recursum habitum fuisse, et propterea sententiam privationis fore, et esse revocandam, prout revocamus, et successive praedictos Dominos Episcopos appellantes et recurrentes manutenendos respective, et conservandos, ac quatenus opus reintegrandos ad possessionem Archimandiarum praedictarum, scilicet Vladimirien. Archimandriae Kobrinen., Pinscen. vero alterius Laurissoviens. nuncupatae, prout nos manutenemus et conservamus, et quatenus opus, reintegramus, ac manuteneri, conservari, et reintegrari mandamus, eisque omnia, et singula bona, res et suppellectiles qualiscum-

que qualitatis et speciei existant occasione privationis praedictae ablata restitui mandamus.

3º, similiter dicimus, et pronunciamus male, et nulle processum fuisse (f. 121v) per dictum Dominum Metropolitanum ad actum promulgationis edicti Visitationis, quam aggredi intendebat Dioecesis Vladimiriensis, et bene ad nos appellatum, et de nullitate dictum, et praeterea edictum praefatum nullum fuisse, et esse declaramus, et pro nullo haberi volumus, et insuper Ill.mo D. Metropolitanus inhibemus, ne ullo unquam tempore visitationem ipsam in Dioecesi Suffraganeorum Episcoporum attentet, ultra et propter formam praescriptam a S. Concilio Tridentino, Sess. 24, Cap. 3, et ita etc. omni etc.

Quarto, pariter dicimus, et declaramus in omnibus actibus, et quotiescumque in functionibus, in quibus insimul conveniunt Ill.mi DD. Episcopi Pinscen., et Vitepscen. moderni deberi ratione prioris consecrationis D. Pinscen. praecedentiam supra D. Vitepscen.

Quinto, quoad declarationem vestimenti sacri nuncupati Saccos, cuius usus Ill.mo D. Vladimiriensis Episcopo ex privilegio Sanctae Sedis Apostolicae competit, an uti valeat, seu potius ab eo abstinere debeat, cum Ill.mo D. Metropolitanus in consecrationibus Episcoporum, vel alijs sacrissimis functionibus intervenit partes remittimus ad declarationem Sanctae Sedis Apostolicae. Interim vero Ill.mum D. Episcopum Vladimiriensis circa eius usum iuxta solitum, et observantiam usque nunc servatam conservamus, et manutenemus.

Et pro praemissorum executione omne, et quodcumque mandatum desuper necessarium, et opportunum concedimus, et relaxamus. Et ita etc. omni etc. Ita pronuntiavi ego A. Michalovic Auditor G.lis.

Andreas Fiefne, Cancellarius.

76.

Vilna, 29. V. 1671.

Querelae Episcopi Pinscensis de oppressionibus ex parte Metropolitae Kiovienensis etc.

APF, *Scritt. rif. n. Congr. particolari*, vol. 24, fol. 45-46.

Beatissime Pater, Domine, Domine Clementissime.

Apostolicae Romanae Sedis in sublevandis Episcopis innocentibus, per factiosorum potentiam iniquissime oppressis, semper extitit Paterna et liberalis Providentia; haec periclitanti et profugo a Sede Alexandrina Athanasio contra Ariananam perfidiam et Caesarum furorem, auxiliatrixem porrexit dexteram. Haec Chrisostomum, Flavianum et plurimos alios

Constantinopolitanos catholicos Praesules adversus iniquitatem aemulorum, adhibito etiam fulmine Apostolicae Potestatis, in pristino dignitatis retinuit gradu. Unde nos quoque Episcopi Ruteni, cum Sacra Romana Ecclesia unionem habentes, freti eadem Paterna et liberali Apostolicae Romanae Sedis beneficentia, ad eam in nostra gravissima oppressione recurrimus, auxilium petituri, contra potentiam et fastum Ill.mi et Rev.mi Domini Metropolitani-Archiepiscopi Chiiovien. totiusque Russiae uniti, qui nos, scilicet D. Benedictum Glinski, Prothotronium Metropoliae Chiiovien. etc. et me Martianum Bialozor, Episcopum Pinsensem, iniustissime et illegitime ausus fuit citare, die Dominico et die Lunae, diebus festis Pentecostes in calendarium Romanum, eodemque die Lunae solemnissimo festo in calendarium graecum, s.ti Joannis Evangelistae judicare decretumque pronunciare, super excommunicandos nos Episcopos, et tertia die, sine monitorialibus canonicis vel unicis, excommunicare, sine ullo nostro crimine stantibus nostris protestationibus de gravamine et appellationibus ad limina Apostolorum, Judiciumque Suae Sanctitatis, toties totiesque repetitis. Dissuadente integro Ordine nostro, protunc ad actum Congregationis assistente per suos delegatos, nec non PP. Soc. J., PP. Dominicanorum, et Parochi Novogroden. supplicationibus contemptis, qui ob scandalum haereticorum et schismaticorum Novogroden- si in urbe et in Palatinatu eodem existentium magno numero, petierunt ut (f. 45v) supersederet ab excommunicatione, vel maxime ob rationem status episcopal, blasphemandi ab Haereticis et Schismaticis, uniti cum Sacra Romana Ecclesia. Causa vero citationis Iudicij, et excommunicationis haec fuit, Beatissime Pater, quod cum expulsi fuerimus ex ecclesia Metropolitana a D. Metropolitano, non adstiterimus consecrationi D. Nominati Archi-Episcopi Smolen., ubi nobis negabatur debitus in assistendo locus iuxta consuetudines nostras et privilegia antiquissima, negabantur item Domino Protothronio Metropoliae Chiiovien. Episcopo Vladimiriens. et Bresten. insignia illi et successoribus eius debita, quae proprio motu S. Sedes Apostolica eius Antecessoribus successoribusque suis donavit. Haec est causa, Beatissime Pater, miseriarum, quas modo iniuste patimur a D. Metropolitano, instinctu Domini Coadiutoris sui Polocen., Domini Cypriani Zochowski, expectantes consolationem et remedium a Sanctitate Vestra. Alterum quod nos aggravavit, quod D. Metropolitanus instinctu sui coadiutoris, sine ulla ratione, removerit nos a Congregatione Novogrodeci habita, cui semper Episcopi assistere consueverant. Sed fertur, id studio hac ratione fecisse, volentes a nobis Episcopis celari electionem Coadiutoris in Metropoliam, quam inscijs omnibus nobis Episcopis transmissuri sunt Romam ad Suam Sanctitatem. Dignetur ergo oppressionem et praeiudicia facta paterne disquirere. Interim pervenit

notitia ad me de extrema valetudine Domini Protothronij Chiiovien., cum protestatione contra D. Metropolitanum et eius Coadiutorem, quod causa et origo huius aegrae valetudinis extiterint. (f. 46) Sanctitati interea Vestrae plurimos appreco annos, ad Ecclesiae Catholicae commune bonum, obsecroque, dignetur Sanctitas Vestra Nuncio suo in Regno Poloniae iniungere, ut Iudicio et diligenti disquisitione adhibita cognoscat omnia pertinentia ad hanc nostram causam eamque, si ita videbitur Sanctitati Vestrae, pro potestate sibi tradita concludat in assistentia Episcoporum et Praelatorum, Privilegiaque, Immunitates, Praerogativas et Praeminentias Nostras fulciat, quibus Sancta Sedes Apostolica ad Unionem accidentes Episcopos munire dignata est. Caveatque quam diligentissime appellationem ad limina Apostolorum Judiciumque Sanctae Sedis Apostolicae. Liberaque electio et vox in Congregationibus renovetur. Interim devotissime Suae Sanctitatis pedes exoscular.

Vilnae, 29 Maij, Anno 1671.

Beatitudinis Vestrae indignissimus et humillimus cliens et servus Michaël Martianus Biallozor, Episcopus Pinscen. et Turoviensis.

77.

Vilna, 29. V. 1671.

Episcopus Pinscensis queritur de oppressionibus ex parte Metropolitae Kiovensis occasione consecrationis episcopalis sibi illatis.

APF, *Scritt. rif. n. Congr. particolari*, vol. 24, fol. 47-48.

Emin.mi et Rev.mi Principes, Domini, Domini Colendissimi.

Potestas quam habetis, Eminentissimi Principes, in administranda Christiana Repub. amplissima est, extendit auctoritatis sua limites a mari usque ad mare. Vos Ecclesiae Christi Cardines, a vobis norma et Institutio bene vivendi in omnes, qui Christiano nomine censentur, derivatur. Vobis incumbit cura Christianae Religionis propagandae in barbaris Regionibus. Vobis demandata est potestas vindicandi Innocentes ab Iniustis oppressoribus. Nos igitur Episcopi Rutheni cum Sacra Romana Ecclesia uniti oppressi iniustissime ab Ill.mo D. Metropolitanano nostro unito, ad vos bonorum omnium Protectores, ecclesiasticae libertatis vindices suppliciter recurrimus, quatenus adhibita vestra amplissima potestate nos ab iniusto dominatu et depressione calamitosa eximere non dedigne-
mini.

Citavit nos Ill.mus D. Metropolitanus decima septima Maij, die Dominico, festo Pentecostes; 2do die Pentecostes in crastinum, festo solennissimo Sancti Joannis Evangelistae in Calendarium etiam nostrum

antiquum, iudicavit, et excommunicavit in forma solemni, sine praevijs monitionibus canonicis et illegitime et iniuste, sine crimine ullo nostro. Non admissis protestationibus nostris de gravamine, neque appellatio-nibus nostris, toties totiesque repetitis, ad limina Apostolorum et Iudi-cium Sanctae Sedis Apostolicae, spretis libellis nostris supplicibus, porrectis per Religiosos Ordinis nostri Consultores, tandem per Notarium publi-cum Sanctae Sedis Apostolicae Ritus Romani, Parochum Novogroden. nec non per Presbiteros nostros variasque alias personas, cum scandalo publico Schismaticorum, Haereticorum, qui plurimi incolunt Novogro-decum, ubi haec contigerunt. Nulla alia causa Iudicij et excommuni-cationis huiusce fuit, nisi quod expulsi ignominiosissime ab ipsomet D. Metropolitano verbis scandalosissimis, in facie populi numerosissimi con-gregati, exiverimus ex ecclesia, proindeque non adstiterimus Consecra-tioni D.ni Archiepiscopi Smolenscen., veriti maiora scandala, et mala nobis imminere. Adhibita fuerant, ne tam scandalosa publica (f. 47v) excommunicatione puniremur, varia media, et vel maxime instabant PP. Soc. Iesu, Patres Dominican, Religio nostra integra tunc Congregata, Parochus Novogroden. nullus admissus, imo omnes fere calumniati abivere, etsi summum scandalum Inimicis Ecclesiae et postpositio status Episco-palis proponeretur instantissime; etsi enim eiusdem officium et Judicis et Delatoris et Accusatoris ac Instigatoris, ab omnibus inculparetur. Nos itaque in optima causa innoxij, miseri tamen remansimus, excommu-nicatio lata fuit, et ad valvas ecclesiarum applicata. Repetitis igitur suppli-citer precibus nostris rogamus et obsecramus Eminentias Vestras, dignentur nobis in hac calamitate constitutis opitulari, et authoritate sua temerarium ausum Domini Metropolitani animadvertere insimul cum suo Coadiutore Polocen. cuius instinctu solius haec omnia peracta sunt. Dignetur SS.mus Dominus Noster, Summus Pontifex Nuncio suo in Regno Poloniae iniunge-re, ut iudicio et diligentri inquisitione adhibita cognoscat omnia pertinentia ad hanc nostram causam, eamque, si ita videbitur SS.mo Domino Nostro, pro potestate sibi tradita concludat in assistentia Episcoporum et Praela-toium. Privilegiaque, Immunitates, Praerogativas et praeeminentias nostras fulciat ac consuetudines sanctas ratificet, quibus Sancta Sedes Apostolica ad Unionem accedentes munire dignata est. Caveatque quam diligentissime appellationem ad limina Apostolorum judiciumque Sanctae Sedis Aposto-licae. Liberaque electio et vox in Congregationibus nostris renovetur. Cum nunc ad Congregationem non simus admissi, etsi fuerimus vocati, et id fieri factum esse instinctu et astu Domini Coadiutoris Polocen., ut sine nobis Episcopis eligeretur, sed Sancta Sedes Apostolica non debet falli (f. 48) nec haec electio debuit celari coram Episcopis. Ill.mus Dominus Protothronius, Vlodimiriensis Episcopus fertur esse aegerrimae iam va-

letudinis protestatusque est contra D. Metropolitanum et eius Coadiutorem, quod causa et origo huius valetudinis extremae extiterint. Porro Divinam Maiestatem pro felici Eminentiarum Vestrarum incolumitate sacrificijs et precibus meis exorabo, ut eas ad Ecclesiae Catholicae bonum servet quam diutissime.

Vilnae, 29 Maij 1671.

Eminentiarum Vestrarum humillimus Servus et Excrator
Michaël Martianus Biallozor, Episcopus.

78.

Chelma, 7. VII. 1671.

Querelae Hierarchiae Unitae contra modum agendi Metropolitae Kiovensis.

APF, *Scritt. rif. n. Congr. particolari*, vol. 24, fol. 49.

Sanctissime ac Beatissime Pater, Domine, Domine Clementissime.

Post humillima Vestrae Sanctitatis pedum oscula, debitum obsequiorum Nostrorum Vestrae Sanctitati deferimus tributum. In tot ac tantis Nos Episcopi Rutheni angustiis, ab Ill.mo Metropolitanu Russiae, eiusque Coadiutore existentes, de quibus Emin.mus Noster Russiae Protector Cardinalis Sanctacrucis, facile enucleabit, ad Vestram Sanctitatem, tanquam ad ultimum afflitorum asylum et piaesentissimum in malis nostris patrocinium, submisso recurrimus. Qua tanquam summus in Ecclesia Dei Pastor, et Iudex, ab iniquis nos excommunicationibus, quibus nos duo, Vladimiriensis et Pinscensis Episcopi, a Domino Metropolitanu, instinctu iuvenis Coadiutoris sui, innodati sumus, et aliis inauditis pressi persecutionibus eliberare dignetur. Et Ill.mo D. Metropolitanu, eiusque Coadiutori, autoritate sua, quam toties, cum appellaremus ad V.S., posthabuerunt, inhibere velit, ne amplius talia perfricte sane attentare velint. Et quod scandalose nobis adimerunt, de mandato Suae Sanctitatis, in integrum resarciant. Quam Deus Optimus Maximus pro Sanctae suae Ecclesiae emolumento, et nostro omnium solatio, ut feliciter ac diutissime conservet, animitus exoptamus.

Chelmae, 7 Iulii 1671.

Vestrae Sanctitatis D. D.ni N.rni Clementissimi ad pedes
Benedictus Glinski, Prothotronius Metrop. Kiov. Ep. Vladimiriensis
et Bresten.

Jacobus Susza, Episcopus Chelmen. et Belzen. (mpr).

Mātianus Biallozor, Episcopus Pinscen. et Turovien. (mpr).

79.

Chelma, 7. VII. 1671.

Querelae Hierarcharum Unitorum de oppressionibus ex parte Metropolitae Kioviensis occasione consecrationis Archiep.pi Smolenscensis.

APF, *Scritt. rif. n. Congr. particolari*, vol. 24, fol. 51-52.

Eminentissimi et Rev.mi Principes, Sacr. Congregationis de Propaganda Fide Cardinales.

Pressi tot malis nos uniti Episcopi, praecipue ego Vladimiriens., et Pinscensis, cum tertium Chelmensem nondum sic ignis invaserit, sed timet a proximo Ucalegone,⁹⁹ ad Vestras Eminentias, uti ad totius Orbis Custodes, et cardines refugimus. Querelae nostrae fundamentum est gravissimus contemptus, publica et scandalosa nimis excommunicatio, ob hoc, quia Ill.mus noster Metropolitanus Russiae, volens suum iuvenem, prae omnibus nobis efferre in altum, Coadjutorem, nos modeste nostrum primae Sedis Vladimiriensis honorem, Protothronium dictum, et antiquioris consecrationis venerationem tueri volentes, ac demum apparatum saccos dictum, a Clemente olim VIII, per bullam Hipatio Pociey et successoribus eius donatum in perpetuum, defendantes, pati noluit. Quaesitum originis eius occultum fuit, quo percitus Rev.mus D. Coadiutor, ad talia audenda Ill.mum Metropolitanum impulit. Sed hoc potest Vestris Eminentii patere a Rev.do Patre Michniewicz, Religioso nostro ad S.tum Sergium et Bacchum residente, quod nunc et ipsi dolendum, quod non antea cognovimus. Quo actu excommunicationis quam graviter peccatum, et quanta nobis afflictio et confusio fuerit, ipse Deus testis, quod ego Vladimiriensis, parum abfuit, quin ex ea apprehensione fatis concesserim.

Et licet toties ad Sedem Apostolicam recurrerimus et appellaverimus, non sumus auditii, licet ab Internuncio Poloniae sublevationem acceperimus, Abbatii nostris cum omnibus (f. 51v) bonis mobilibus et immobilibus privati sumus; et nos et capitula nostra iudicamur, citamur, licet ab eodem Internuncio citationem super Metropolitanum et Coadiutorem obtinuerimus eidemque porrexerimus. Intendit D. Coadiutor cum suo Coadiuto Metropolitano etiam Episcopatu me privare, nescitur qua auctoritate.

Nunc universales litteras extradidit ad meum Episcopatum, ut eum et me visitet, ordinariam potestatem meam totaliter admit. Intenditque

⁹⁹ «Ucalegon», civis quidam Troiae, cuius domus una e primis combusta fuit tempore obsidionis huius urbis, de qua Homerus in suo cantico enarrat.

omnes visitare Episcopatus, clerum et populum turbare. Plane tumultus et scandala inter schismaticos ciere. Et tamen scimus quod id antea ab exordio Unionis numquam fuit practicatum; et quando olim Chelmensis Episcopus sub tempus felicis recordationis Urbani VIII visitam Sacrae Congregationi persuasit faciendam, ipsa S. Sedes, mandante eodem Summo Pontifice, Visitatores destinavit. Ex quo colligimus, non ipsius Metropolitani id esse authoritatis, visitare Episcopos, facere in alienis Dioecesisibus synodos, iudicare sacerdotes, et consecrare, ut ejusdem obloquuntur litterae, quia per hoc ipsum et potestas et authoritas S. Sedis, et Ordinariorum penitus tollitur; sane nihil aliud istud est, nisi perfringere omnem ordinem, emungere a Sacerdotibus pecuniam, consolationem facere Scismati, evertere Sanctam Unionem, denique, ut quid nobis vivere, si talia fiant? Itaque rogamus remedia, et inhibitiones, et caetera quaecunque possunt a Sancta Sede in nostrum commodum adhiberi. Hoc autem a juvne Coadiutore fit, ut sibi hac via futuram metropolitanam absolutam sternat potestatem, quibus enim olim viis Graecum excrevit, adolevitque schisma.

Ego Chelmensis Episcopus multa in me fulmina futura praesagio; habeo S. Miraculosam Imaginem, ad quam iam sunt 32 anni a quo inservio, omnibus laboribus et mea resolutione in pauperrimo Episcopatu multa bona praestiti, locum extuli, imaginem promovi ita, ut iam nemo sit, iudiciis Dei (f. 52) faventibus, qui gratias eius non experiatur. Fundavimus cum antecessore nostro, quibuscum ego Religiosos, quos ipse meo studio collegi, et pro gloria Dei sola, in hoc loco ad miraculosam Virginis imaginem promovendam alo, habeo consensum Metr. Antonii Sielava, et Congregationis totius ante annos circiter 20, ut Chelmae colligerem Religiosos, acciperem ad noviciatum; possunt Vestrae Eminentiae recordari, quod etiam habui duos Romae Religiosos meo sumptu, quos etiam Eminentissimus Cardinalis Franciscus Barberinus aluit, istos cmnes partim in Lituaniā, ut spargitur, ex instinctu Coadiutoris sui vult accipere, partim dispergere. Et tamen 15 Iunii anno 1643 statutum est, a vobis, Patres Eminentissimi, ne Protoarchimandrita in Ordinariorum monasteria intrudat se, idem alibi Zydicini vult exercere. Duo hic addimus. D. Metropolitanus habet metropoliam, Archiepiscopatum Polocen. et suffecerit; habet supra hoc Monasterium Suprasliense nobilissimum, Beresvecense, bona Seminarii, bona Minsciensis et quaedam Vilnensis Monasterii. Et Monasterium Onofriense, Pustinense. D. Coadiutor habet Leszczynense, Dermanense, duo Dubnensia; praecedentur illis istae aliae, ne nimis volent. De quibus alias latius. Aliud est, Protoarchimandrita per Breve Pontificium quadriennio quoque debet eligi, et quia ipsi D. Metrop. iam quadriennium evasit, non teneat illam, quia religiosi gemunt. De caetero humillime rogamus, ut a Domino Procuratore nostro omnia nostra desideria velint V. Eminen-

tiae intelligere, quibus obsequia nostra submisso deferentes manemus.
Chelmae, 7 Iulij 1671.

Vestrarum Eminentiarum humillimi Servi
Benedictus Glinski, Protothronius Metropoliac Chiov., Episcopus
Vladimirien. et Bresten. (mpr).

Jacobus Susza, Episcopus Chelmen. et Belzen. (mpr).

Martianus Biallozor, Episcopus Pinscen. et Turoviae (mpr).

80.

Varsavia, 15. VII. 1671.

Episcopi Volodimiriensis et Pinscensis conqueruntur de oppressionibus ex parte Metropolitae Kioviensis eiusque Coadiutoris.

APF, *Scritt. rif. n. Congr. particolari*, vol. 24, fol 53-54v.

Ill.me Domine Secretarie de Propaganda Fide, Domine et Patronne
Colendissime.¹⁰⁰

Ipsa oppressio nostra, tum et scandala in dies quae crescunt per ausus inauditos Ill.mi D. Metropolitani nostri, instinctu et motu eius Coadiutoris D. Cipriani Zochowski, cogerunt nos, ut deferremus Sanctae Sedi Apostolicae, et Eminentissimis DD. Cardinalibus, quas et Ill.mae Dominationi Tuae defferrimus, humiliiter supplicantes, ut quanto citius Eminentissimis DD. Cardinalibus ea omnia proponere velit, quae vel in hac pagina exaramus vel etiam D. Meoli, Procurator causae nostrae in Urbe, a nobis electus et recomendatus, ab Ill.mo Episcopo nostro Chelmensi, proposuerit. Quatenus Sacra Congregatio oportuna remedia nobis oppressis Unitis, Unionique Sanctae labenti, quanto citius adferre dignetur; pervenere non dubito iam primae nostrae oppressiones Novogrodeci ab Ill.mo D. Metropolitano, motu et instinctu Patris Cipriani Zochovii, Coadiutoris sui, inflictae, primis diebus Maij, scilicet exceptio adventus nostri Novogrodecum, quo fuimus invitati pro Congregatione Religionis, cum scopis, quibus camini expurgantur, privatio Protothroniatus Metropoliae Kioviensis apparamento, a S. Sede Apostolica donato, denegatio loci ansenitatis, exclusio a Congregatione Religionis, etsi fuerimus invitati ad eam, interdicta nobiscum conversatio Religiosis, etsi necdum fuerimus iudicati. Denegata audientia et expositio nostrarum praetensionum, citationes illegitimae die Dominico, festo Pentecostes pro die Lunae, eiusdem Pentecostes, in crastinum arrogata Iudicia, denegata Beneficia omnia

¹⁰⁰ Federicus Ubaldi-Baldeschi, Archiep. tit. Caesarien. (1668-1673).

juris, supplex libellus porrectus et per Notarium Publicum Sedis Apostolicae, Parochum Novogrodensem S.T.D. hic suppressus, noster lectus et non admissus, repulsa Protestatio de gravamine, risu et cachinis, explosus recursus ad Sanctam Sedem Apostolicam, conculcataque ad eandem appellatio. Iudicium post citationem in crastinum, die festo, et denuntiatio excommunicationis, subsequitur altero die publicatio et affixio excommunicationis, ad valvas ecclesiarum. Descendit ad degradationem Episcopi, in primis Pinscensis, de bonis Archimandriae Lauriszoviensis, cum scandalosissimis et extremae audatiae Religiosis tumultuque hominum scilicet ad calcem expeditorum cum summo scandalo, ibique rapiuntur res etiam ecclesiasticae Episcopatus Pinscensis, ceteraeque res mobiles, convectae ex Pinsensi Episcopatu, ob Cosacorum et Tartarorum impetum proximum; cognatus ibidem Episcopi Pinscensis, et famuli nonnulli oppressi, calumniati, percussi, currus securibus secti etc. Post aliquod dies Domini Episcopi Pinscensis iterum Vilnae contemptus et oppressio cum confusione qua maior dari non potest (patientissime ob scandalum tollerata), in publico ecclesiae Cathedralis Senatorum aliarumque in dignitate precipuarum Personarum totiusque populi exercita per Dominum Metropolitanum, cum loco amplexus paterni, uti etiam avunculi, manutentio seu apprehensio fortissima capillorum cum insigni dolore capit, cum inaudito modo et forma absolutionis, quam non petijt, non ignorans uti Theologus, stante appellatione ad Sedem Apostolicam, nullam (f. 53v) fuisse excommunicationem et cum nullum fuisset crimen, super quod ferri deberet excommunicatio, et forma haec fuit: conversus Metropolitanus ad confluxum hominum, ut pro maiore exponentis confusione audiretur, clara voce ab excommunicatione absolutio: ego te abservo a lata mea excommunicatione Novogrodeci, vade ergo et amplius noli peccare, ne tibi aliquid deterius contingat. Tandem subsequitur degradatio et Vlodimiriensis Episcopi, ex Archimandria scilicet Kobrinensi (in quam ante nondum elapsum annum ipse praesens Metropolitanus introduxit et contenteza accepta investivit), stante iam sublevatione Domini Internuntij Apostolici porrectaque citatione ad manus Domini Metropolitani, et pendente lite ad Sanctae Sedis Apostolicae Iudicium, violenter invasum Monasterium Kobrinense, pulsi et percussi Praesbyteri ad aedes ecclesiae inservientes, et nisi fuga sibi consuluissent, vulnerati vel occisi fuisserent, per quendam monachum nominatum Athanasium Balcevic, phrenetico similem, a nostro Metropolitanu missum, ad hos ausus aptissimum, qui omnes serras concussit etiam ecclesiae ipsi occlusae non parcens, inescatus, et iam habituatus similibus ausibus etiam in Lauriszow, et adhuc eodem spiritu iniquo spirans in Kobrin. Supervenientem enim germanum fratrem Episcopi Vladimiriens., Dominum Joannem Glinski, ignorantem quid nam fiat in absen-

tia loci Ordinarij, fratris sui et admonentem ut mitius sibi sicut Religiosus procedat, et innocuos persequi desistat, tum Monachus, nudum pugionem arripiens, parum abfuit quin transfodisset, nisi se a vulnere, accepta in vestibus plaga pugionis, saltu amovisset, in illoque Monasterio similiter res ecclesiasticas et caeteras episcopales invectas illuc a Vladimira ob incursum proximum Cosacorum et Scytharum.

Tandem ad Brestensem Episcopatum Dominus Metropolitanus cum suo Coadiutore venit, pridie transmissis Literis Visitationis, ante suum adventum, ibique in absentia Episcopi tunc Chelmae existentis, denuntiat privatum esse iurisdictione episcopali Dominum Vladimiensem, ecclesias recipit, clerum convocatum commovet, Iudicia format, variarum ecclesiarum per hostes combustarum fundos et areas in usum quarundam monialium appropriat, Iudeis ipsis, cum scandalo pcipuli, ecclesiastica bona et fundos caemeteriorum adiudicat, stantibus et reclamantibus toties loci Ordinarij protestationibus, et ad Sanctam Sedem Apostolicam appellationibus. Iubetque querelas deponi contra Episcopum a clero, informatque varios varij sexus, ut varia super eum configant, ut eum possit tandem coram omnibus invisum facere, et vel maxime coram suo Iudicio et Sanctae Sedis Apostolicae opprimere, et ne tantis oppressionibus hiscere et medelam in altioribus subsellijs querere possit, prius exsugere varijs modis et citationibus, in varia eaque longinqua, ac distantia loca distrahere, et sic exhaustire conatur, ut ubique iniuriatus succumbat et prae inopia juris remedia, quae multo egent (f. 54) sumptu, et labore, prorsus abiiciat, quoniam iterum atque iterum transmittuntur Citationes Metropolitanae, ut se sistat coram Iudicio eius Dubnae, distante a Bresta milliaribus quadraginta et ut sub hoc tempus pendentem litem in Domo Nuntiatura Apostolicae translabi per non diligentiam possit. Varsavia autem distat a Dubna sexaginta vel pluribus miliaribus, ubi impossibile sub idem tempus hic et illic Iuri attendere; interim Brestae, multitudine sua tam hominum quam equorum, possessiones, quae sat exiguae sunt, et hae per militem devastatae, tam in campis quam in predijs depopulatae, vastat, et accipit omnia hoc fine, ut miser et ad incitas redactus Exponeat, non posset agere Iure cum eo coram Sancta Sede Apostolica ac etiam mendicatis suffragijs hi et caeteri Episcopi a S. Sede Apostolica lachrimis nostris exorabimus Iudicium, sententiam et iustitiam Sanctissimi. Ecce enim nota nostra patientia, humilitas et timor scandali, quod non contradicamus, sed expectemus Iudicium et iustitiam Sanctae Sedis Apostolicae; haec nostras speramus lachrimas absterget.

Ultimo nunc, quia audio Dominum Metropolitanum procurasse cum hac sua multitudine, ut me caperet incarceraretque et satiaretur mea oppressione, ecce protestor per hasce literas meas, me non fecisse aliud

peccatum, nisi quod expulsus a Domino Metropolitano ex Novogrodensi ecclesia, exiverim et ob gravamina illata ad Sanctam Sedem Apostolicam recurrerim. Expectamus, igitur a Tua Ill.ma Dominatione responsum consolationis, quodnam remedium S. Sedes Apostolica, et Sancta Congregatio de propaganda fide pro nostra patientia decreverit contra Metropolitanum et eius Coadiutorem, cuius motu et instinctu haec omnia fiunt, hominis praesumptuosissimi, et ingenij ad omnia mala in Ecclesiam introducenda promptissimi. Rogamus per omnia sacra, ut admoneatur Ill.mus futurus Nuntius, ne sicuti Ill.mus D. Marescotti et immediatus Dominus Nerlius monstret facilem accessum et favorem propter eius figura. Recordentur quod similia subiecta priusquam promoverentur in Ecclesia simillimis modis fraudulentissimis, quorum malorum incentiva in Ecclesia fuere, atque ex orthodoxis perversissimi hostes Ecclesiae extitere. Jubeant tantummodo Eminentissimi, ut et Religiosi et Episcopi cum Praelatis ceteris, non metuentes Metropolitanam Zochovianamque vindictam, oppressionem, ac tirannidem, liceat nobis omnibus, quae aguntur in Religione et Clero, inventione huius inventoris, coram Ill.mo Nuntio propalare confidenter, fideliter, et secure; animadvertiset Sancta Ecclesia Romana, quanta ruina Religionis, et Ecclesiae Unitae, ex hoc inventore. Haec non alia ratione scribimus, nisi ut Ecclesiam Sanctam Romanam Sanctamque Sedem Apostolicam, vicariam Christi Potestatem informemus, de millenis Religionis malis, et Ecclesiae.

Obligetur conscientia Patris Josaphat Michniewicz, ut de statu et ingenio huius hominis integre informet Sedem Apostolicam; utique paenitebit eum eo usque promotum esse, quonam ingenio nunc nobiscum procedit, metuendo ne sibi ob huiuscmodi Processum nobiscum Coadiutoria Metropolitanana non impediretur apud S. Sedem Apostolicam, publicat coram nostris illam iam obtinuisse a S. Sede Apostolica, cum sciamus hanc adhuc detineri, et detineatur quam diu coram Ill.mo Nuntio futuro non patebit nobis secura et sincera informatio de omnibus rebus, et Dominus Nuntius, nisi sedem Apostolicam informaverit. Quid enim aliud pertinet refecit Religiosos, et Unionem, quod contra praesentem Dominum Metropolitanum obmutuerint, nonne quia prius Metropolia ei collata fuit, quam Congregatio et Electio Protho-archimandritae destinata. Rogamus supplices, ut Patri Josaphat haec nostra (f. 54v) sinceritas nondum pateat et, ut Dominus Meoli eidem nostram Informaticnem non concredat, priusquam nobis Sedes Apostolica providerit securitatem, et oppressionem eliminaverit Metropolitanam, de qua limitanda plurima sane consulenda, et ut S. Sedes Apostolica immediatus regimen Unionis suscipiat, sicut in Sancta Romana Ecclesia, alias Sedi Apostolicae valde exigua ex hac Unione erit consolatio, ob exiguum emolumendum; melior enim ordo et

observantia in schismate nunc reperitur, quam in Unione, in qua sane in dies fere omnes salvari zelosius cupientes, ingemiscimus cernentes rerum nostrarum unitarum cursum desperatum. Haec et Sancta Sedes Apostolica, ut a filijs addictissimis sibi habeat, et promoveat occasionem ad emolumentum Unionis Sanctae nec non Vicariae suae Christi Potestatis. Plura sed clariora proposuit Episcopus Pinscensis Ill.mo Internuntio, relatuero S. Sedi Apostolicae, qui et promoturum se omnia promisit, uti Ecclesiae Sanctae pernecessaria. Interim nos gratiae Ill.mae Dominationis Tuae quam diligentissime recommendemus.

Varsaviae, 15 Iulij 1671.

Illustrissimae ac Reverendissimae Dominationis Tuae humillimi Servi et Exoratores

Venceslaus Benedictus Glinski, Protothronius, Episcopus Vladimirien. et Bresten. (mpr).

Michaël Martianus Biallozor, Episcopus Pinscen. et Turoviensis (mpr).

81.

Kobryn, 20. VII. 1671.

Episcopus Volodimiriensis conqueritur coram Congreg. de Prop. Fide de oppressionibus ex parte Metropolitae Kioviensis.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. particolari*, vol. 24, fol. 75-76.

Emin.mi Principes Sanctae Romanae Ecclesiae, Domini Clementissimi.

Scandala ineffabilia, vitae ac salutis meae periculum, quod portendit mihi Ill.mus Metropolitanus, Coadiutoris sui Cypriani Zochowski instructus (ex cuius id authenticis patet), pepulerunt me iterum ad Eminentias Vestras, cum humillima obsequiorum meorum testificatione, recurrere; submissime orans auxiliatricem manum, et paternam protectionem; compescere dignetur quam citissime tanta Domini Metropolitani, suique Coadiutoris scandala, et insidias vitae meae structas intra, et extra Dioecesim meam; non sum securus, et praecipue dum veni ex Varsavia ferens mecum litteras Ill.mi Internuncij Apostolici monitorias, et inhibitorias tum etiam Sacrae Regiae Maiestatis, sub alas suae Regiae protectionis nos recipientis. Veniens ad Civitatem Kobrynensem, in qua etiam abbatiola mea tenuissima reperitur, ex qua nuper pulsus sum, et privatus beneficiolo hoc, nullo praemisso Iudicio competenti; hic inveni quemdam Athanasium Balcevicz, monachum extremae audaciae, et scandalorum, ebrietatis in summo gradu, pugione, cultro oblongo, falce, baculo grandi armatum, qui coram omnibus palam profitetur, ad hoc se huc missum a D. Metropolitano quoque Coadiutore, ut vestrum Episcopum his armis tamquam David Goliathum

prosternam. Quod comprobant litterae Domini Zochowski ad illum scriptae, casu in manus meas illapsae, quas praesentaturus sum coram Ill.mo Nuncio Apostolico in Regnum Poloniae adveniente. Eiusmodi evidentes considerans vitae meae insidias, quid aliud facere debeam, nisi ad Ill.mas Eminentias Vestras cum humillima supplicatione recurram. Accipere dignentur sub alas suae protectionis, et seu post fata mea, meminerint per Deum tantae iniuriae Vindices.

Citavimus quidem nos afflitti Episcopi (ego cum Pinsensi) Ill.mum Metropolitanum cum suo Coadiutore ad Ill.mum Nuncium Apostolicum, et iussimus tradi ad manus istorum Monachorum Kobrinij in meo Monasteriolo grassantium, sed ipsi (f. 75v) tantum audaciae assumpserunt, ut Internuncij Ill.mi litteras pedibus conculcare, demum dentibus lacerare non erubescerent, praecipue dictus Athanasius.

Citavimus autem alijs citationibus missis ad Ill.mum Metropolitanum, sed nec ipse has curans, ausus est mihi citationes coram suo Iudicio mittere, et, stante recursu ad S. Sedem Apostolicam, iterum iudicare, nec his contentus, Brestam veniens, Visitationis titulo ecclesiarum conflagratarum fundos in possessionem Iudeorum, cum summo dolore, et scandalo Christianorum, tradere, idque me loci Ordinario contradicente, et non permittente; amplius ac amplius mihi minatur usque ad extremam perditionem me perducturum. Non commemoro summum etiam scandalum Brestae exortum per effusionem sanguinis variorum Nobilium et Ecclesiae etiam prophanationem; loquetur forte ipsa Nobilitas, et ad Suas Eminentias, tum ad Sanctissimum supplicabit. Visitae praetextu ea fuerit, quae est per Sac. Conc. Trid. prohibita in Comprovincialium Dioecesisbus; fuerint tamen ista omnia, motu et instinctu Domini Cypriani Zokowski. Qui quoniam procurat a S.mo Domino Nostro Coadiutoriam Metropolitanam (quae antea aut non fuit, aut si fuit per electionem omnium Episcoporum fuit), nunc autem, inscijs Nobis Episcopis, clandestino modo procuratur, ut tandem sua tanta auctoritate prout iam caepit magis abutatur. Suplices utinam supplicabamus, et nunc humillime supplicamus, ut non prius haec concedatur ei, nisi prius auditи fuerimus ab Ill.mo Nuncio Apostolico, et si iam est a S.mo concessa eadem de plenitudine potestatis, et ad meliorem informationem revocari potest. Si haec iusta petentes obtinuerimus, fore cum summo Ecclesiae Unionis, et Religionis emolumento, sin secus, Dominus scit quae sunt eventura.

Interea quam humillime Ill.marum EE. Vestrarum Sacram exoscular purpuram, supplex orans, ut causa mea per adcitationem nostrorum Monachorum, Provincialis et Consultorum Ordinis agitetur Varsaviae coram Ill.mo Nuncio Apostolico, (f. 76) qui auctoritate EE.VV. moneatur, ne uni parti benignam praebeat aurem, alteri denegans eamdem, sed omnibus

aeque pensatis pensandis, et intellectis intelligendis, referat EE.VV. Illusterrimis.

Datum in Brestensi dioecesi, Kobrinij, 1671, Iulij 20.

Eminentiarum Vestrarum Ill.marum devotissimus Servus et Exorator perpetuus

Venceslaus Benedictus Glinski, Episcopus Vladimirien. et Brestensis,
Archimandrita Kobrinien. (mpr).

82.

Chelma, 21. VII. 1671.

*Episcopus Chelmensis, Jacobus Susza, de modo agendi oppressivo ex parte
Metropolitae Kiovensis.*

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. particolari*, vol. 24, fol. 72rv.

Eminentissimi et Rev.mi Principes, Domini, Domini et Patroni
Observandissimi.

Sicut non ita pridem¹⁰¹ Vestris Eminentii, cum aliis Rev.mis Dominis Episcopis, Vladimirensi et Pinscensi, in communi nostrum omnium supplicavi calamitate, ita etiam nunc unus enixe supplico, ne tales nobis, de quibus perscripsimus Ill.mus Dominus Metropolitanus, cum suo Coadiutore faciat oppressiones. Non tergiversamur visitationem, sed primo a capite inchoetur, et plura culpanda invenientur. Deinde, ne privatas iniurias vindicando, Statum Unionis conturbent universum. Ipse Deus conscius in excelsis novit optime, quam honorifice et sumptuose ego venientem ad me Ill.mum cum suo Coadiutore exceperim Chelmae Metropolitanum; nihilominus, quia agitur de nostro omnium, tam a Schismaticis, quam Catholicis opprobrio, ne talia, in excommunicandis, et visitandis Episcopis, sine scitu S. Sedis Vestræ Apostolicae, Ill.mus adoriatur cum suo Coadiutore Metropolitanus, ea qua par est submissione rogo. Quo enim peiores sumus Ritus Latini Parochis, qui si iuxta praescripta iurum ad Sedem Apostolicam recurrerint, appellaverintque, Episcopi Latini nihil attentare audent. Cur ergo noster D. Metropolitanus id beneficii nobis Episcopis vult eripere, et per potentiam suam nos opprimere? Insuper etiam ea super re Vestris Eminentii supplicare ausim, ne Ill.mus Metropolitanus cum suo D. Coadiutore litteras, mea quoque subscriptione munitas, ad Vestræ Eminentias contra eosdem, si forte direxerit, Episcopos, tanquam me consentiente scriptas accipere velint: Impetraverunt enim a me, cum fuissent apud me, subscriptionem pro significandis, quae futura essent in Com-

¹⁰¹ Cfr. documenta praecedentia sub nnr. 73, 75, 76, 77, 78, 79, 80.

missione iterum cum Cosacis (f. 72v) in Augusto reassumenda, quod si in aliquam accusationem Revd.morum Episcoporum supradictorum ea manus meae subscriptione uti voluerint, penitus pro nulla accipere dignentur. Et optando nobis meliora, Vestris Eminentibus promoventibus, mea humillima iisdem defero obsequia.

Chelmae, Iulii 21, 1671.

Vestrarum Eminentissimarum Celsitudinum humillimus Cliens et Servus

Jacobus Susza, Episcopus Chelmen. et Belzen. unitus (mpr).

83.

Bresta, 28. VII. 1671.

Instantia Episcopi Volodimiriensis contra Metropolitam Kiovensem de oppressionibus Sanctissimo Domino porrecta.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. particolari*, vol. 24, fol. 128rv.

Sanctissime ac Beatissime Pater, Domine, Domine Clementissime.

Scandala inenarrabilia, et vitae meae structae insidia ab Ill.mo Metropolitano, motu D. Cypriani Coadiutoris Polocen. (ex cuius id authenticis patet) moverunt me, ut iterum ad Pedes suae Sanctitatis procumbam, petens Suae Sanctitatis dexteram auxiliatricem, ut Vicaria Christi potestate compescat Domini Metropolitani nimiam autoritatem, ne per eam ultra maiora exoriantur scandala in Dioecesi mea, quae in dies flunt. Nam rediens Varsavia a Sacra Regia Maiestate, et ab Ill.mo Internuncio Apostolico ferens in subsidium meum literas monitorias et inhibitorias, die 28 Iulij perveni Kobrynum, in Dioecesim meam, ubi inveni in Bonis Abbatiae meae immissum a D. Metropolita, et eius Coadiutore, quendam Athanasium Balcevicz, Monachum extremae audaciae; et scandalorum, pugione crudelissimo, falce acuta, et cultro oblongo armatum, in manibusque semper portantem, et quotidie coram varijs hominibus exclamantem: His ego armis vestrum Goliat, Episcopum vestrum sum petiturus; quia ideo sum, inquit, missus a D. Metropolitano. Et quod ad haec instigetur a D. Cypriano, Coadiutore, litterae eius loquuntur, quas praesentaturus sum coram Ill.mo Nuncio Suae Sanctitatis venientis in Regnum Poloniae; ad quem iam citavimus afflicti Episcopi D. Metropolitam, cum suo Coadiutore, ratione perpetratorum Brestae et alibi scandalorum cum effusione etiam scandalosissima sanguinis Nobilium plerorumque, praesumendo sibi inauditam in Russia, et prohibitam per Concilium Trident. visitam in Comprovincialium suorum Dioecesibus; idque facit motu, ac suasu sui Coadiutoris, D. Zochovij. Cui quoniam procurat a sua Sanctitate Coadiutoriam

in Metropoliam, supplicamus quam humillime (uti etiam nuper supplicavimus), non prius haec ei concedatur Gratia, donec auditu fuerimus ab Ill.mo Nuncio, (f. 128v) qui audita a Nobis fideliter referet Suae Sanctitati. Erit enim hoc cum summo emolumento Sanctae Romanae Ecclesiae, Unionis, et Religionis, qui non est electus a Nobis, secundum praescripta felicis recordationis Urbani Octavi; procuravit enim apud Serenissimum Regem clandestine, quia insciis nobis Episcopis, electionem volens a Sancta Sede Apostolica concessam, et ratificatam, practicataque evertere.

Interea devotissime Suae Sanctitatis Sacros exoscular Pedes.

Datum Brestae, 1671, Iulij 28.

Beatissimae Sanctitatis Suae Domini mei Clementissimi devotissimus ad Pedes Servus et perpetuus Exorator

Venceslaus Benedictus Glinski, Episcopus Vladim. et Bresten. cum S.
Sede Apost. Unitus (mpr).

84.

Tivoli, 28. VIII. 1671.

Cardinalis Santa Croce certiorat de non receptis litteris Episcoporum Ruthenorium.

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Pol., Ruteni*, vol. 1, fol. 579.

Ill.mo e Rev.mo Signore, Monsignor Arcivescovo di Cesarea, Segretario della Congregatione de Propaganda.

Sin hora non mi è giunta lettera alcuna de Vescovi Ruteni in proposito di quello, che mi accenna V.S. Ill.ma. Se mi verranno, io non mancherò di comunicarle, come desidera, e mi ricerca. E le prego ogni più vera prosperità.

Di V.S. Ill.ma e Rev.ma Servitore

Card. Santa Croce.

85.

Lublin, 6. IX. 1671.

De pertractionibus de pace cum cosacis, de periculis Unionis nec non de minus tempestiva prætensione Decimarum ex parte Ep. Chelmensis.

ARCH. CAPITOLINO, *Fondo Orsini*, vol. 232, fol. 493.

Cum mihi singulare semper studium fuerit...

Non omitto Eminentiae Vestrae innuere, periculum esse, ne res Unitorum Graeco-Ruthenorum proximo cum Cosacis tractatu in deterius

eant. Metropolita Kioviensis Schismaticus Tukalski, vir doctus, sed in Schismate pervicax, necnon Ductor Cosacorum Doroszenkius, aliter protectioni Turcarum renuntiare, armisque depositis, pacem amplecti, ac in subjectionem Regis et Regni redire nolunt, nisi ut Unio penitus tollatur. Allegant illi per quadringentos et ultra annos ex quo Russia armis Polonorum victa, Regno Poloniae accessit, nullum bellum aut rebellionem in hac Provincia fuisse. Exorta primum sub Sigismundo III Unione, continuari bella et diluvia sanguinis Polono-christiani effundi. Similis Catholicorum Senatorum plerumque discursus auditur. Negotium tractandae Pacis cum summa potestate commissum est Generalibus Exercituum Sobiescio et Principi Visniovecio, cum Senatoribus aliquot in castris agentibus, qui cum saeculares sint, cum bona et opes omnes in Russia habeant, cum nullus Episcoporum vel Praelatorum huic tractatui interventurus sit, vereor ne praecipitent tractatum, etiam cum detimento Unionis. Ego pro officio meo Instructioni, ad predictos Tractatus ex Cancellaria mea emanatae, inserui omnem cautelam ne quid detimenti Unio patiatur. Sed pertaesi (?) bellorum Magnates Russiae, dubito an ferventer curaturi sint Unionem. Summa e contra est obstinatio et potentia Tukalskii et Doroszenskii pro Graeco-Ruteno Schismate, cuius etiam partes Moscus non obscure tuetur. Accedit minus protunc opportuna ab Episcopo Graeco-Unito Chelmensi, D.no Susza, Parochorum Latini ritus Dioecesis Chelmensis, vigore decretorum Curiae Romanae, vexatio, Decimarum ab immemorabili tempore possessarum et Decretis adiudicatarum usurpatio, violenta Ecclesiarum Schismaticarum occupatio, quibus omnibus commovetur et effervescit pro manutenendo Parochorum Latinorum iure Nobilitas. Pleaque alia apertius scribi nequeunt, quae tamen multum rebus Ecclesiasticis in Polonia videntur praeiudicare...

Lublini, 6 Sett. 1671.

Andreas Olszowski, Ep. Culmen. V. Cancell.

86.

Monte Giordano, 10. IX. 1671.

Cardinalis Orsini petit sibi extradi quasdam resolutiones in materia Ruthenorum.

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Pol., Ruteni*, vol. 1, fol. 581.

Ill.mo e Rev.mo Signore.

Nella Congregatione che si tenne de Rutheni mi dimenticai notare nelle mie scritture la resolutione che fu presa, e perchè desidero haverla per tutte le occorrenze che si havesse da trattare di questa materia, e per

tenerla nelle mie scritture, prego V.S. Ill.ma a mandarmela che io non la darò fuori ad alcuno. E mi offero con ogni affetto

Monte Giordano, 10 Settembre 1671.

Di V.S. Ill.ma e Rev.ma aff.mo per servirla

V. Cardinal Orsino (mp).

87.

Roma, 9. X. 1671.

Card. Orsini Domino Vice Cancellario (Olszowski) de rebus Unionis.

ARCH. CAPITOLINO (ROMAE), *Fondo Orsini*, vol. 244, fol. 37v-39r.

(f. 38v) Non ignoro scandala oritura ex pervicacia Cosacchorum circa Unionem Ruthenorum, et ista (f. 39r) in manu Dei sunt, cuius causa in torris agitur et opus vere dignum pietate Regis et Ecclesiasticorum erit divertere mala illaque in bonum vertere, uti firmiter credendum est et si quidquam in hac re perficere possum, libentissime faciam, sicuti feci impediendo ne commutaretur modus proponendi Ecclesiam Leopoliensem.

88.

Leopoli, 20. X. 1671.

Episcopus Culmensis, Vicecancellarius de progressu armorum Poloniae informat Protectorem Poloniae, Card. Orsini.

ARCH. CAPITOLINO, *Fondo Orsini*, vol. 232, fol. 494rv.

Exercitus noster Duce Sobiescio felici et non interrupto victoriarum cursu progreditur. Viginti et ultra per annos, ex quo Cosacorum rebellio exarsit, nunquam minore exercitu, maiore successu a nostris bellatum est. Receptae metu et ostentatione armorum sine sanguine validissimae civitates et arces ad flumina Tiram et Bohum, Mohilovia, Sciana, Vinicia, Braclevia, illisque praesidia imposta. Tartari Bialogrodienses magna strage affecti. Turca qui nuper minas iactabat, nunc mitescit. Supremus Visirus non pro solita ferocia, sed humanissime litteris meis respondit, et Visocium, (f. 494v) Regium Ablegatum, nullatenus detineri, sed sua sponte Constantinopolim abivisse excusavit, neque mota pro iure gentium in Polonię expeditum iri promisit. Principum Valachiae, Moldaviae, Bassae Siliensis amicae legationes Generalem Sobiescum honorant. Nisi aliquis, ut res nostrae mutatu faciles sunt, repente turbo erumpat. Speramus intra breve tempus totam Ucrainam ad obsequium et corpus Regni Poloniae

redituram, ac in proximam aestatem arma nostra Turcis Tartarisque terrori futura. Comitia celebrabimus in Januario Varsaviae, tametsi Russiae Proceres, Leopolim, comitiis habendis optent preeferantque e vicina solidius tranquillitati Poloniae ab Oriente consuli posse affirmantes...

Leopoli, die 20 Octobris 1671.

Andreas Olszowski, Ep.pus Culmen. V. Cancellarius.

89.

Leopoli, 31. X. 1671.

Vicencacellarius Poloniae Protectori Orsini de victoria exercitus poloni super cosacis et tartaris.

ARCH. CAPITOLINO, *Fondo Orsini*, vol. 232, fol. 495.

Eminentissime Princeps et R.me Domine.

Laetum affero nuntium obtentae victoriae ex Tartaris et Cosacis, qui Calnico, validae civitati, ab exercitu nostro obsidione cinctae, auxilio venerant. Res feliciter acta die 21 Octobris. Cosaci Dorosenkiani in civitatem profugerunt. Tartari occurrione caesi. Nullus ex quattuor Ductoribus, quos Murzas appellant, salvus evasit. Duo letaliter vulnerati extra spem vitae, unus integer, quartus aquis in fuga submersus. Vere dignissimum, ut Romae in Ecclesia Nationali Te Deum cantetur, prout hic Leopoli hodierna die fiet, praesente utraque Maiestate, quae iam in pro-cinctu Varsaviam...

Leopoli, 31 Octob. 1671.

Andreas Olszowski, Ep.pus Culmen. V. Cancellarius.

90.

Roma, 28. XI, 1671.

Card. Orsini D.no Vice Cancellario (Olszowski), de Unione Ruthenorum eiusque exspectationibus et timoribus.

ARCH. CAPITOLINO (ROMAE), *Fondo Orsini*, vol. 244, fol. 41v-43r.

Ex epistola Regi scripta, quam ad manus R.V. Ill.mae transmitto, ut consueto favore eidem Regi consignare dignetur, ut ad oculum percipere poterit, quidquid in hac materia Polonicae nominationis ad cardinalatum impendere potui apud Pontificem (f. 42r) in audientia obtenta elapsa die Dominica...

De Unione Ruthenorum in ista audientia etiam fuit habitus sermo; pro sua flagranti cupiditate optavit Sanctitas Sua unionem firmare, et

denuo Nuncio scribit, ut operi omni sollicitudine incumbat dum praesens rerum status victoriarum contra Cosacchos promittit se recepturos, non autem (f. 42v) pacis et foederis conditiones datus; nimurum maior Victoria et maxima non poterit evenire quam sub vexillo Catholicae Religionis inter Schismaticos, et Unitos unam firmare unionem Romanae et Apostolicae Sedis, quae enim prudenti consilio timebat R.V. Ill.ma. Epistolas mihi scriptas Lublini 6 Septembris, ne res nostra pessum iu'... haec Deus solatus est dum tractationes cum Cosacchis tam prospera illorum et adversa nostra fortuna se habebant, ut nostrorum misertus Deus laborum, manu omnipotenti, in qua sunt omnium potestates et omnium Jura Regnorum, frustrata spe Barbarorum, vertit in luctum cytaram inimicorum, et in gaudium nostrum, ut magna effulget spes unionem petendum (?) atque obtainendi, (f. 43r) ut resonante victoria in terris, resonet et in coelis.

Haec enim speranda a Michele...

91.

(*Varsavia, 1671.*)

Nuntius Varsaviensis de modo agendi Metropolitae Kioviensis; de armenis nec non de commendatione Unitorum variis Magnatibus Regni.

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Pol., Ruteni*, vol. 1, fol. 600rv.

Nel punto che stà per partir la Posta mi giunge la gentilissima di Monsignor dei 24 del cadente. Havrà veduto dalle altre mie ch'io non mi son mosso per Leopoli per la breve dimora che doveva farvi SS. Maestà, la quale non comportava ch'io intraprendessi così lungo viaggio immediatamente dopo quello di due mesi per portarmi à questa residenza. Da quel che scrivo alla S. Congregatione V.S. Ill.ma vederà quel ch'è parso con Monsignor Metropolita. Io mi persuado, che non sia per disapprovarsi il trattar seco con dolcezza, atteso lo stato delle cose in queste Parti, e l'ignoranza nella quale vivono i Prelati Rutheni delle leggi Canoniche, e la natura di quelle Genti, al cui genio sono così domestiche le risolutioni indiscrete, e bestiali, che perdono una gran parte di quell'apparenza che hanno fra di noi. Nel prossimo Ordinario havrò qualch'altra cosa d'avvisarle in proposito di questi Uniti per un discorso, che apunto adesso s'è fatto con Monsignor V. Cancelliere del Regno, non havendo tempo di rappresentarlo con questo.

Quanto alle novità degl'Armeni non (f. 600v) ho che aggiungere all'avviso che dò alla S. Congregazione di quel che si è scritto da Monsignor Vice Cancelliere per far venir quà il Vartanovietz, e veramente non è che prudentemente il pensiero di V.S. Ill.ma di provvedere a i pericoli,

che sovrastano à quella Chiesa col deputarvi un Coadiutore à Monsignor Arcivescovo et io spero di potervi contribuire più da vicino nella prossima primavera, nella quale si viene per certo, che S.M. ritornarà à Leopoli per fermarvisi.

Ho raccomandato nuovamente al Generale Sobieschi, e al Duca Demetrio Visnoviechi, Generale di Campagna, gl'affari degl'Uniti, in occasione che si entri in negoziati coi Cosacchi, n'ho anco scritto al Duca d'Ostrogh che per esser Patrone d'un gran Paese nella Russia può contribuirvi molto, et per quanto mi dice Monsignor Vice Cancelliere non v'è apparenza, che per adesso, stante la piega ch'hanno presa le Armi, si sia per entrare in altri trattati. Onde bisognarà premunirsi per la prossima Dieta. E di nuovo la riverisco supplicandola à scusarmi delle brighe che le apporto, etc. etc...

92.

Roma, 30. I. 1672.

Card. Orsini D.no V. Cancellario Poloniae (Olszowski), de minis turcarum, et de perfidia moscovitarum.

ARCH. CAPITOLINO (ROMAE), *Fondo Orsini*, vol. 244, fol. 48r-50r.

Duas recipio R.V. Ill.mae epistolas...

(f. 49r) Reliquum est condolere nuncio ex Turcarum Tyranno provenienti, qui consueto et insolenti more loquendi plures minas quam verba in Ablegationibus miscet. (f. 49v) Nec erit novum in Polonia de minacibus Asiae Populis, et Ducibus victoriam reportare. Pugnat enim Deus, et pugnant acies Angelorum quando bellum pro Religione geritur. Magni enim momenti est pro Regno Poloniae dominium Ukrainae: et cuius sit ponderis facile cognoscitur dum Turca toto studio illud Polonis contendere videtur. Nec de fide Moscorum aliquid boni sperandum erat, dum frangere fidem illius nationis est iurata fides ac ex illa parte semper animadvertisendum fuit, quod dum res Poloniae bene se habent, pacem et amicitiam ne opprimantur quaerunt, si vero aliquid perturbationis sit in Regno non solum amicitiam et pacem, sed pacis tractationes respunnt. Cavendum ergo erit: et nisi armato milite (f. 50r) Regnum Poloniae se bellaturum praebeat, duras conditiones subire cogetur. Et semper melius erit hostem invadere, quam hosti resistere. Et haec sunt mea vota, quae etiam Altissimo precibus impendere curabo, etc...

93.

Roma, 2. III. 1672.

Quidam Praelatus romanus de rebus Unitorum.

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Pol., Ruteni*, vol. 1, fol. 685.

Ill.mo e Rev.mo Signor Mio Padrone Col.mo.¹⁰²

Rimando à V.S. Ill.ma i due Memoriali, che mi comandò di leggere in Congregatione, et à piè di essi vedrà il loro Decreto, e se le occorresse in questo proposito di soggiungere cosa alcuna, la supplico à volerlo fare con quella libertà, che le si conviene, come à singolarissimo mio Signore. Al Padre Cappuccino non hanno voluto concedere ciò che nell'ultimo chiedeva de' giorni, in cui si fanno le feste dei titoli delle Chiese, e però l'ho cassato; e nel particolare del Vescovo di Kelma si sono ristrette alle feste della Madonna, che i Greci hanno communi con noi, e sono le più celebri, e solenni. Desidero aver più frequentemente occasione di servirla, e la supplico à volermela porgere cò suoi comandamenti, considerandomi sempre, come veramente sono

Di Casa, li 2 Marzo 1672.

Di V.S. Ill.ma e Rev.ma devot.mo et obblig.mo Servitore

Michel Angelo Ricci.

94.

Varsavia, 1. IV. 1672.

Episcopus Premysliensis de rebus suae eparchiae versus Hungariam, de Archimandria Leszczynensi, et de commendatione apud Regem Poloniae.

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Pol., Ruteni*, vol. 1, fol. 621.

Emin.mi et Rnd.mi Principes, Domini, Domini et Padroni mei Colendissimi.

Tardius quidem a consecratione mea¹⁰³ in Episcopatum Praemislien. sisto me cum profundissima veneratione coram Em.mis et Rnd.mis DD.bus VV., Sacram earundem deosculando fimbriam. Detinuit me tempestivius hoc praestare expectatio adventus Ill.mi et Rev.mi Domini Nuntij Apostolici, nunc feliciter in hoc Regno residentis, tum discessus meus extra fines Regni in partes Hungariae, quo a Celsissima Principissa Rakoziana ad inserviendum animabus in bonis suis amplissimis, late diffusis, Ritum

¹⁰² Ut videtur Secretario de Prop. Fide.

¹⁰³ Consecratus anno 1670.

Graecum observantibus, evocatus fui; non absque fructu, adiuvante dextera Altissimi; ubi zelus Celsissimae Principissae in promovendis rebus Unionis S. multum mihi profuit. In reditu quoque ad Patriam circa 40 ecclesiae accessere ad obedientiam S. Sedis Apostolicae in Bonis Celsissimi Ducis Radzivilii, Magni Ducatus Lithuaniae Pro Cancellarii et exercituum Campiducis, suffragante Suae Excellentiae in rem Unionis propensissimo animo. Meretur utriusque zelus alta collaudatione. Dioecesum istarum amplissimarum indigentias spirituales ad separatum reponens memoriale, meas nunc cum qua humillima resignatione repreaesento.

Jam brevi revolvetur annus quando iussu Maiorum meorum huic pastorali oneri vires meas superanti submisi humeros. Promissa erant tam a Sua Maiestate quam aliunde pro honesta sustentatione episcopali subsidia, sed necdum ad effectum deducta ob res Patriae perturbatas; unde hucusque absque ulla prorsus provisione et certo ad subsistendum loco in propria dioecesi exulo, quotidianum conquirendo pro me et domesticis victimum, cum non mediocri et Consanguineorum, et status mei episcopalis dedecore. His diebus cessit mihi Rev.mus Vitebsensis Archimandriam Leszczynen., sed quae per militum continuas subsistentias adeo devastata, ut vix Religiosis ibi alendis sufficiat, mihi praeter subsistetiam, et hanc 50 leucis a Dioecesi dissitam, modicum improportionatissimumque subsidium expectandum. Quapropter destitutus omni prorsus subsidio neque lites in gravissimis Episcopatus causis ab Antecessoribus meis inchoatas continuare neque periculis imminentibus eidem Episcopatui obviare neque cooperarios ad hanc vineam excolendam per necessariissimos sustentare possum. Unica mihi restat spes in liberalissima clementia Eminentiarum VV. Sacraeque Congregationis de Propaganda Fide, cuius pientissima viscera omnibus in Vinea Christi laborantibus semper patuerunt. Expertus huius munificentiam et meus Antecessor R.dmus Procopius Chmielowski, licet cum duabus Archimandrijs Villam quoque Episcopatus Praemislien. a Cathedra una leuca dissitam, quae post immediato successori suo erupta a Schismaticis est, in subsidium habuerit. Spero in firmissimo patrocinio EE.rum Celsitudinum VV. quod hanc eandem mihi, magis omni subsidio destituto, experiri licebit. Supplico praeterea Emin.mis Celsitudinibus VV. pro instantia ad Serenissimum Nostrum, et quosdam Ill.mos Senatores, tam spirituales quam saeculares, ut impetus Schismaticorum in sequenti Deo dante Diaeta contra hunc Episcopatum paratos reprimere velint. Multum et his diebus in hoc insudavit Ill.mus Dominus Nuncius Apostolicus negotio. Deinde, ut mihi authoritate Regia restituatur Villa Valava pro Residentia in Dioecesi absque qua impossibile a longe advigilare bono ordini. Tenuit hanc R.dmus Procopius etiam sub tempus turbulentiarum Regni; vel si hanc negarent ob aliquos respectus,

assignare dignentur aliquam aliam subsistentiam. Valebit multum super hoc requirere Ill.mos et Rev.mos Archiepiscopum Gnesensem et Leopoliensem, Episcopum Culmen. Procancellarium Regni, et Praemisliensem caeterosque Ill.mos, partim per litteras, partim per Ill.mum, et R.dum Dominum Nuncium. In quo toto resignando me in gratiam Eminen.rum Celsitudinum VV. sacram earundem iterato deosculor purpuram.

Varsaviae, 1 Aprilis 1672.

Eminentissimarum et R.dmarum Celsitudinum VV.rum humillimus Servus

Joannes Malachowski, Episcopus Praemisl. S. et M.

95.

Roma, 6. VII. 1672.

Opinio cuiusdam Praelati romani de instantia Palatini Polocensis.

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Pol., Ruteni*, vol. 1, fol. 669.

Ill.mo e Rev.mo Signore, e Padron Col.mo.

Rappresentai à questi Eminentissimi miei Signori, come V.S. Ill.ma mi commandò i motivi che potevano indurli ad ammettere le pie istanze del Palatino Pollacco, e mi hanno ordinato di fare il Decreto, che V.S. Ill.ma vedrà à piè del foglio, che si compiacque inviarmi, che qui annesso le mando. Non sapendo poi che numero di mettervi sia nella terra del suddetto Signore, e per altra parte considerando io che in quelle parti vi è carestia di Sacerdoti grandissima, si è preso temperamento di concedergli l'altare privilegiato per un giorno la settimana con tre sole Messe et in caso che ve ne fossero molte, potrà Monsig. Nuntio accennarlo à V.S. Ill.ma acciochè gli si possa mandare un Breve più ampio. Hanno questi Signori Eminentissimi riguardo particolare di non dar facilmente esempio agli altri di pretendere simili grazie, e riserbar qualche cosa del tesoro spirituale che sia propria dei Principi grandi, e non à tutti comune. Per la Reliquia poi degnisi V.S. Ill.ma dirne una parola col Signor Cardinal Vicario, à cui spetta il dispensarle, e se in altro devo servire à V.S. Ill.ma mi comandi pur liberamente, che mi onoro d'essere.

Di Casa, li 6 Luglio 1672.

Di V.S. Ill.ma e Rev.ma devot.mo et oblig.mo Servitore

Michel Angelo Ricci.

96.

VIII. 1672.

Joannes Malachovskij, Episcopus Peremysliensis petit subsidium pro sua missione in eparchia Mukacoviensi.

ARCHIV. STATUS VINDOBONENSE, (orig.).

HODINKA A., *Okmanyara...*, nr. 191, pag. 242.

Sacr.ma etc... Zelus SS. et Aug.mae Mat.tis Vestrae non tam imitandus, quam potius admirandus etiam me extra patriam meam traxit, ad requisitionem Cel.mae principissae Rakoczyanae, ut dioecesi Munkaczynensi in Regnis Mat.tis V. Aug.mae imbecilles licet vires meas consecrarem. Jam SS. Mat.tis V. Aug.mae zelo cooperari volens, omnibus privatis postpositis, huic oneri angelicas licet vires superanti accedente nutu Mat.tis V. SS. meas subjicio, dummodo Mat.tis V. SS. clementia in omnes Eccl.as Dei effusa Ep.patui quoque illi undique desolato et nulla bona stabilia et mobilia habenti non denegetur, assignando tam pro Ep.po, quam cooperariis bona stabilia et provisione justa, sine quibus subsistere nefas. Sane Mat.tis V. SS. sanctissimi sui zeli, si ubi, hic quoque centesimum colliget fructum et cum fructu millesimam a D.T.O.M. mercedem. Cum vero ob solum dioecesis hujus utile hoc iter arripuerim, confido in clementia Mat.tis V. SS., quod expensas residentiae meae modernae aug.ma liberalitate sua inviare haud dignabitur; ego vero cum toto commisso mihi grege SS. Mat.tis V. successus divinae mat.ti commendare die noctuque haud intermittam.

Aug.mae... Mat.tis V... hum.mus servus

Joannes Malachowski, Ep.pus Praemisiensis unitus.

97.

Vindobona, 20. IX. 1672.

Episcopus Nitriensis commendat instantias Joannis Malachovskij.

ARCHIV. STATUS VINDOBONENSE (orig.).

HODINKA A., *Okmanyara...*, nr. 192, pag. 243.

Ex.me ac Ill.me Comes, etc.

Qualinam in statu de facto versetur superioris Ung. ca.a Scepus., ex inclusis intelligere dignabitur Exc.ia V. Ego... etc. Non dubito, memoriale E. D. Ep.pi Munkacz. Gr. R. in Ung. ad manus Exc. V. pervenisse, qui ob periculorum valde modernum Poloniae, quo nimirum redire parat, statum, uti et defectum expensarum pro celeriori sua expeditione sup-

plicavit per me ad S. Mat.tem, quae mihi benig. demandavit, ut id ipsum
Exc.iae V. insinuarem, uti id praesentibus... facio meque etc.

Viennae, 20 Sept. 1672.

Ejusdem Exc.iae V... Johannes Palfy, Ep.pus Nitriensis.

98.

Ante X. 1672.

Instantia Episcopi J. Malachovskyj pro declaratione acceptationis imperialis, pro assignatione bonorum, pro provisione alicuius monasterii in commodum novitiatus, pro typographia, alumnatibus, pro residentia aliisque.

ARCHIV. STATUS VINDOBONENSE (orig.).

HODINKA A., *Okmanytara...*, nr. 194, pag. 244.

Hum.ma petita Joannis Malachovski Ep.pi Praemisliensis ad SS.
C. Mat.tem.

I. - Supplicat hum.ter pro clementi declaratione circa acceptationem personae suae in ministerium dioecesis Munkacicensis, ad quam tot litteris cels.mae Rakoczianae vocatus ab eademque ad Suam Mat.tem SS. missus, jam 6 hic degit septimanas, nullam habens declarationem. Supposita vero acceptatione pro infraposisitis supplicat; II. - Cum Ep.patus Munkacicensis nullis fere bonis stabilibus aut mobilibus provisus sit, clementer subveniri per aliquorum assignationem bonorum vel sufficientis et certae provisionis petit a SS. Mat.te; III. - Ut a fundis parochialibus et eccl.ticis nullam D.nis ter.ribus pensionem sacerdotes Rutheni, sed Ep.po praestent requiranturque super hoc ter.res D.ni a SS. Sua Mat.te; IV. - Si aliquod monasterium pro monachis S. Basilii bene provisum foret, facile novitiatus institueretur, ex quo brevi utiles prodirent operarii pro illa dioecesi; V. - Sacerdotes ab aggravationibus saecularium D.norum, quibus in multis locis praemuntur, eliberati ad Unionem S. facilius allicientur; VI. - In alumnatibus pro aliquot Ruthenis hujus dioecesis ben. a Sua C. Mat.te concedatur locus vel aliquod seminariolum erigendum, ubi in sclavonica lingua et graeca instrui et latinae rudimenta saltem percipere possint; VII. - Cum omne virus hauriant ex libris schismaticis per haereticos Ruthenos apud Calvinistas et Lutheranos studia sua tractantes depravatis, obviaretur per typographiam sclavonicam et quidem moderato sumptu; VIII. - Cum nomen Unionis in his primordiis Rutheni exosum habeant, saltem a principio, ut in aliquo loco seculo residentia pro Ep.po et suis operariis maxime sub tempus modernarum turbationum destinetur, supplico; IX. - Subveniri facile quoque posset Ep.po per assignationem alicujus beneficii R. Lat. a Sua SS. Mat.te, quali medio etiam Ser.mus Rex et Ill.mi Ep.pi Poloniae

ob occupatum a schismaticis ep.patum Praemisliensem subvenire mihi statuerunt, et hoc saltem ad tempus; X. - Tempore visitationis sacerdotum assistantiam brachii militaris pro securitate ut habere possem.

99.

Opole, 12. VIII. 1673.

Instantia Hierarchiae Unitae: de dissidio cum Metropolitano, de Coadiutore Metropolitac aliisque negotiis.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. gen.*, vol. 444, fol. 91rv.

Sanctissime Domine, Beatissime Pater, Domine, Domine Clementissime.

Post humillima pedum Sanctitatis Vestrae oscula, et debitam obsequiorum nostrorum commendationem... In tot angustiis nostris, a biennio fere ad Sanctitatem Vestram toties recurreramus, et excepta sola excommunicatione Domini Metropolitani, de nobis duobus Episcopis, per Ill.mum Poloniae Nuncium sublata, atque nonnullis minutioribus nostrum oppressionibus annihilatis hucusque desideratum petitorum nostrorum effectum nullum habemus. Quare iterum iterumque omnia petita nostra Sacrae Congregationi de Propaganda Fide per Ill.mum Secretarium eius porrecta, Vestrae Sanctitatis pedibus, nosque ipsos cum illis, humillime substernimus, et eorum executionem expetimus. Praecipue vero ne nobis juvenis praefervidus, Cyprianus Zochowski, omnium malorum nos inter factorum caput, per Metropoliae adeptionem, de qua iam nimis impotenter gloriatur, nostris depressis Capitibus, suum erigat caput. Habemus Privilegia omnium Praelatorum electionis liberae, quibus schismatici etiamnum gaudent; cum quibus Antecessores nostri ad Sedem accesserunt Apostolicam. Ut quid ergo haec privilegia, per Juvenem unum, innato dishonore notatum, in Nostra Unione, quasi Schismate ipso (f. 91v) viiore, perfringi debent? Cum etiam modernum Metropolitanum, inhaerendo iis, libere elegerimus, et Sanctitatis Vestrae piissimo Antecessori, Alexandro VII, electum pro consequenda Metropolia, unanimi consensu praesentaverimus? Onus nos Aethna gravius premit, dum schismatici, impendente per id temporis tyrannide Turcarum, Reipublicae Polonae cervicibus per rebellem cosacum Doroszenko, nunc ad eandem cum obsequiis redeuntem, exequias toti Unioni parant; et emortua Hadiacensia pacta, per quae in Unionem tollendam, novam Russiae Rempublicam erigendam, Rex olim cum Senatu et Republica iuraverat, resuscitant. Verum si istud insuper Unioni dabitur caput, veremur, ne externis malis internum accedens malum, in tot hucusque duranti Unioni malis, supremum perditio- nis eius inducat malum. Latius hac super re, brevi in tempore, Sacrae

Congregationi de Propaganda Fide perscribemus. Nunc autem Vestrae Sanctitatis iterum acclines pedibus, desideria nostra exequi, Vestram Sanctitatem diurnae valetudinis integritate, et solatiorum caelestium accumulatione, a Dominatore Domino abunde donari, peroptamus.

Opoliae, Aug. 12, 1673.

Sanctitatis Vestrae Domini, D.ni Nostri Clementissimi humillimi Servi et Exoratores.

Benedictus Glinski, Vladimiriensis Episcopus cum S.R.E. Unitus (mp).

Jacobus Susza, Episcopus Chelmensis et Belzen. (mpr).

Martianus Biallozor, Episcopus Pinscensis (mpr).

100.

Opole, 12. VIII. 1673.

Hierarchia unita Congregationi de Prop. Fide de Coadiutoria, de periculis cosacorum etc.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. gen.*, vol. 444, fol. 93rv.

Eminentissimi et Rev.mi Principes, Domini, Domini, et Patroni Observand.mi.

Toties et toties exspectantes votorum nostrorum terminum, seu porrectorum nostrorum petitorum executionem, dum inexspectatum recipimus nuncium, promovi quasi ad Metropoliam D. Cyprianus Zochowski, in spe nostra cecidimus tanquam vulnerati. Quod si ita est, ut ille lippis et tonsoribus dispergit, nescimus; quid exspectare amplius debeamus, nisi forte, ut aliqui ex nobis ad Ritum Latinum transeamus, quam sub tali, tyrannidem moliente Capite, exitium Unionis per illud videamus. Atque ita urgentibus nunc, per Cosacum Doroszenko, Schismaticis, tolli Unionem, eadem ut Urbem quampiam, per nostrum etiam incensam Caput, capi doleamus. Multa nos huc usque mala nostra dissimulavimus, et modos procedendi huius audacissimi Juvenis celavimus, sed volentes nolentes, brevi eos Sacrae Congregationi denudabimus, ut intelligere, Patres Eminentissimi, valeatis, quem ad tantum Russiae munus pro nunc promoveatis. Sane videtur ille aliqua in parte praestare Unionis. Sed quanam ratione, et fine, sole clarius id temporis patebit, cum omnia Vestris Eminentissimi referemus. Nunc nihil amplius expetimus, quam nostris medelam celerem malis, in punctis anteacto tempore Sacrae (f. 93v) Vestrae Congregationi, per Ill.mum eius Secretarium porrectis. Atque ut haec promotio ad Metropolitanam Russiae Provinciam, in executione eousque proteletur, donec Vestrae Eminentiae, Ecclesiae nostrae, et Unioni per Domini Cypriani Regimen impendentia mala, melius dispexerint. Sacras interea Vestrarum

Eminentiarum Purpuras submisse exosculantes, nosmet ipsos Eminentibus
Vestris humillime commendamus.

Opoliae, 12 Augusti 1673.

Vestrarum Eminentiarum indigni Servi et Exoratores.

V. Benedictus Glinski, Vladimiriensis. Episcopus cum S.R.E. Unit.

Jacobus Susza, Episcopus Chelmen. et Belz. (mpr).

Martianus Biallozor, Episcopus Pinscen. (mpr).

101.

Opole, 12. VIII. 1673.

*Instantia Hierarchiae unitae de Coadiutoria C. Źochowskyj eiusque modo
agendi.*

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. gen.*, vol. 444, fol. 92rv.

Ill.me et Rev.me Domine, Domine, et Patrone Observandissime.

Super illis, quae Vestrae Domini Ill.mae direximus punctis et litteris, tum nomine omnium nostrum, quam unius Domini Chelmen. Episcopi scriptis, hucusque nihil habentes responsi, non solum gravi taedio, sed etiam iusto dolore conficimur. Nos a gravitate annorum, in Religione sancta, et statu Episcopali, nec non a meritis in Unione S. ferme martyrio coronatos, uni Iuveni a suis violentiis et excogitatis artibus male oleni postponi. Cui non solum iresponsa redduntur, verum etiam cum responsis, Bullae pro Metropolia allatae esse dicuntur. Non nostra nos ad id scribendum exstimulat suspicio, sed Domini Zochowscii ubique diffusa excitat gloriatio, conclamantis, iam esse eum Metropolitanum, et bona Metropoliae, ac Archiepiscopatus Polocensis inter Metropolitanum et eum exdividi iussa. Viderit Vestra Ill.ma Dominatio, quae vel inter illos ipsos, ex ista tempestiva bonorum divisione (utinam falsi vates simus) orientur dissensiones, ne gravissima dicamus scandala. Auditus est enim D. Zochowski dicere, iam se aliter et cum Metropolitanano et cum Episcopis processurum. Et quia iste iuvenis nobis, modesta via euntibus, ac S. Sedis resolutionem super nostra petita expectantibus, per vias occultas, promotore insuper R.do Patre Romae degente Michnewicz, rerum nostrarum non adeo perito, et vix (f. 92v) a decem annis Religioso, non sine praemio vel Dermannensis, vel Suprasliensis Archimandriarum in Russia nostra nobilissimarum simoniace promovetur. Ut hoc nostra divulgatum est in Patria, Vestram Ill.mam Dominationem enixe oramus, ut apud Eminentissimos S. Congregationis de Prop. Fide Cardinales intercedere velit, quatenus ad petita nostra fiant responsa, ne dubia tantopere angamur exspectatione. Et ista Metropolia in executionem non procedat, donec de eodem iuvene brevi

melius informentur. Praesertim eo tempore, quo Schismatici tolli satagunt Unionem, ne etiam nostra ex parte eadem ad causam impellatur graviorum. Quod dum a Vesta Ill.ma Dominatione impense expetimus, nostra eidem submissa deferimus obsequia.

Opoliae, 12 Augusti 1673.

Vestrae Ill.mae et Rev.mae D.nis obsequentissimi Servi
Benedictus Glinski, Episcopus Vladimiriensis cum S.R.E. unitus.
Jacobus Susza, Episcopus Chelmensis (mpr).
Martianus Biallozor, Episcopus Pinscensis (mpr).

102.

Roma, 9. IX. 1673.

Card. Orsini D.no Vice Cancellario (Olszowski), de provisione eparchiae Leopoliensis armenorum.

ARCH. CAPITOLINO (ROMAE), *Fondo Orsini*, vol. 244, fol. 81v-83r.

In Congregatione peculiari habita ex Cardinalibus S. Congregationis de Propaganda fide, in qua et ego interfui, actum fuit de expediendo Archiepiscopo Leopoliensi unito, et omnes convenere pro reditu(?), ac quia S. Congregationis cura praecipua semper fuit ne, morte adveniente praedicti Archiepiscopi, iterum ad Schismaticorum errores (f. 82r) redirent Armeni uniti et unio illa tanto labore et solerti diligentia iam perfecta corrueret, censuit ad electionem Coadiutoris cum futura successione deveniendum esse, et consecrationis munus subire debere ante Archiepiscopi discessum, ut postea facilius possessionem adipisceretur; at quia perlectis literis D. Ranucii, Nuncii Apostolici, qui de hac re sermonem cum R.D. Ill.ma habuit, fuit adnotatum, D.V. Ill.mam conquestam esse cum D. Nuncio, quod electio fiat inscio Rege Poloniae cui, asseritur, spectare nominatio sive electio praefati Archiepiscopi et consequenter Coadiutoris, explorandum Regis mentem in hac re censuere, et Nuncio scribendum, ut hanc rem absolveret mihi que iniunctum fuit quod in eodem sensu scriberem (f. 82v) tam Regi, quam D.ni V.trae Ill.mae, ut facio, quia me opposui electioni Romae facienda tamquam sit de iure Regis Poloniae, et ad illum spectare; unde placuit dictam electionem differre ad hoc, ut consultius huic rei consulatur expectato responso Regio; at quia post factam unionem, quae de recenti solummodo tempore Urbani 8-i fuit facta, non advenit casus provisionis vivente adhuc Archiepiscopo, qui se univit Sanctae Romanae Ecclesiae, perscrutari feci libros Cancellariae Apostolicae et Consistorii, ut scirem quod actum sit in aliis Ecclesiis unitis, et tantummodo adinveni ista exempla, quae iniuncta transmitto ad hoc,

ut scire possim an alia adsint in Polonia et quomodo res ista se gerat, et quid (f. 83r) mihi agendum et respondendum sit, ut Regio Juri et servitio opportune occurrere possim, de quo rogo D.nem Vestiam Ill.mam et praecipue, ut quam primum responsum habeam, quia in dilatione periculum patens est nec plura, etc.

103.

Roma, 2. XII. 1673.

Card. Orsini V. Cancellario (Olszowski), de nominatione Coadiutoris Archiep̄.po armeno Leopoliensi.

ARCH. CAPITOLINO (ROMAE), *Fondo Orsini*, vol. 244, fol. 84r-85r.

Documenta a D.V. Ill. mihi transmissa de Coadiutoria Leopoliensi nuper accepi et suo loco, et tempore utar, ne Regiae nominationi aliquod praiejudicium inferatur, qua data occasione tantummodo scripsi, quia in reliquis nimis potens, et urgens est necessitas destinandi Coadiutorem Episcopo iam senio confecto, ne illius morte adveniente viduata reperiatur Ecclesia, et Patriarchae Scismatico detur locus Archiepiscopum de suo gremio designandi, cui provisioni opitulari S. Congregatio, et ut excitatis dubiis suo ordine respondeam, illa breviter recensem; et primum quoad regiam nominationem nihil optandum puto. De necessitate destinandi Coadiutorem iam scripsi, et luce meridiana clarior est, Suffraganeus non potest Archiepiscopo succedere, quia de sui natura semper remanet Suffraganeus, sed Coadiutor cum futura successione statim, (f. 84v) absque ullo temporis, vel momenti intervallo, possessionem adipiscitur. Proventus non sunt neque pro Archiepiscopo, neque ad sustentandum Coadiutorem, sed de elemosinis aluntur, neque bona aliqua, neque praedia umquam habuere. Multiplicare praelatos non est novum, quia alias et nuper fuit designatus Coadiutor, qui ad Schismaticos regressus est. Licet duo tantum tempa Armenorum Unitorum et decem ecclesiae in toto Clero reperiantur, attamen hoc non solum non impedit, sed impellit, ut augeatur Unio, quia sunt permulti Armeni Catholici, quibus subvenire necesse, et ut in multis partibus dispersi in unum colligantur.

De forma electionis non dubitatur, quia iam alias ad praxim redacta fuit, et eadem reservanda modo est servata tantum nominatione Regis. Extraneus non eligitur, et de Teodoro Vartanowic cum aliis ratio habebitur. Professio fidei examinanda, et postea respondebitur. In his, quae pertinent ad Patriarcham Armeniae (f. 85r) nil ad praesens. Si Armeni essent bene fundati in Religione Catholica, non egerent tot auxiliis, et diligentii pro illorum in fide firmitate.

De missione Theatinorum et modo procedendi, et scandalis publicis non est hic locus disserere,... etc.

104.

Svalava, 1. II. 1674.

Littera ordinationis et provisionis cuiusdam sacerdotis ab episcopo Josepho Vološynovskym (lingua palaeoslava).

HODINKA A., *Okmanytara...*, nr. 197, pag. 246.

ARCH. EP. UŽHORODEN., *Vacant. candid. in grec.*, num. 2 (orig.).

Josyf s Ternovy Vološynovskij, mylostiju Božijeju pravoslavnij episkop Mukačevskij, Krasnobrodskij, Makoveckij, Maramoroskij, Spiskij i vseja zemli 'Uhorskija, ot jeho jasnosti cesarskoj nadanyj.

Po blahodaty i vlasty presvjataho i životvorjaščoho Ducha dannoj smyreniju našemu ot vysočajšoho Archyjereja Hospoda našeho Isusa Chrysta seho bohobojnoho muža imenem Andreja vsjakym opasnym istjazaniem ispytavše i dostovirnymy sviditelstvy o nem uviryvšesja ko sym že i sporučenije ot ispovidavšoho jeho duchovnoho otca vzemše, sudychom jeho dostoyna byty svjatoho sana presvyterskoho i tako čynovne po všich stepenech až na samyj vyššíj stepen i čyn presvyterstva rukopolоžychom jeho ko chramu i prestolu svjatoho Archystratyha... Mychaila do sela Rosoša, o nemže vsjakomu jereju pryjemluščemu sije naše pysanije sviditelstvujem, jako dostoyn jest ne točiju vsja svjaščennyčeskija obrjady otpravlјaty, no i prychodjačých k nemu ispovidatysja hrlichov svojich imaty vlasty vjazaty i rišyty čolovikom sohrišenia, no vjaščyjaže neudob razsudymaja hrchy ko nam episkopu oholosyti imat, a ot prestola, do nehože posvjaščen jest, bez našeho episkopskoho blahoslovenija nykohdaže prechodyty imat, da ne s... morčemstvujaj javytsja, no tomužde jednomu prestolu vynu prysidjaj dolžen budet pomolytysja o spaseniji duš čelovičeskych, pryležatyže trezveniju, čteniju, učeniju i molytvi da virnych i mudrych služytelej mzdu ot ruky vozdajuščoho komuždo po dilom jeho vospryjmet. Izvistnijšoho rady uvirenija dajetsja jemu sije naše rukoju podpysannoje i pečatiyu episkopskoju našeju zapečatlinnoje pysanije. Pysan pry chrami Roždestva Presvatoj Bohorodyci v seli Svaljavi, roku 1674, misjacja februarija dnja 1. Vyše rečennyj episkop rukoju vlasnoju.

Metodij, archydjakon pysar episkopskyj.

105.

Bresta, 1. VII. 1674.

Episcopi uniti de Cypriano Žochowskyj, de persecutionibus etc. petunt provisionem Sedis Apostolicae.

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Pol., Ruteni*, vol. 1, fol. 715rv.

Eminentissimi et Rev.mi Principes, Domini, Domini et Patroni
Observantissimi.

Nunquam nos Sanctae Romanae, et Vestrarum Eminentiarum voluntati vel minimum hactenus refragati fuimus, sed semper ex animo rebus in omnibus velificari studuimus. Et licet quoad Metropoliam Ill.mo et R.mo D. Cypriano Zochowski, per bullam Coadiutoriae, cum futura successione, a SS.mo Domino Nostro collatam, nostrorum repugnantiam animorum, litteris ad SS.mum Dominum Nostrum, et Vestras Eminentias contestati sumus,¹⁰⁴ id tamen non provenit ex nostra Sanctae Sedi inobedientia, sed ex timore tot malorum ab Ill.mo Domino defuncto Metropolitano, instinctu moderni, imo vero ab ipso moderno, inscio illo, sub nomine tamen ipsius factorum. De quibus licet duobus ante annis, monente Ill.mo Nuncio Ranuccio, qua SS.mo Domino Nostro, qua Sacrae Vestræ Congregationi perscripserimus, sed quia ea omnia cum petitis nostris sunt intercepta et suppressa, iterum Varsavia in Maio elapso, fluentis, ad Vestras Eminentias direximus. Tot igitur et tantae praeterlapsae turbationes, iniuria, infamiae, bonorum erectiones, ex Archimandriis expulsiones, traductiones, et exquisitissimae persecutiones, atque timor eorundem omnium futurorum, imo maiorum ut praevidimus malorum, simulque nota indelebilis, de qua toties retulimus, et exinde a Schismaticis iacta super nos ludibria, ad id nos stimularunt, ut scribendo ad Sanctam Vestrā Sedē Domini moderni Metropolitani Promotioni contraveniremus. Nihilominus Varsaviae visa recens Coadiutoriae Bulla, confestim omnes ab omni tergiversatione supersedimus, ut vel eo ipso nos esse veros et genuinos Sanctae Matris Ecclesiae filios monstraremus. Qui cum in fidei Sanctae rebus, pro Sede S. et Primatu SS.mi Domini Nostri Apostolico extrema perpetiamur mala, quin etiam sanguinem nostrum effundi ab adversariis permittamus, cur obsequi Sanctae Matri Nostrae in omnibus non deberemus? Caeterum de damnis nobis illatis, siquidem Ill.mus Dominus Metropolitanus moder-

¹⁰⁴ Bulla Coadiutoriae Cypriani Zochovskyj data fuit 1.VI.1671, quando tamen ei ad manus consignata est nescimus, sed ob quaerelas paululum eius transmissio procrastinata fuit.

nus omnium haeres ex asse mobilium a nobis perceptorum, et defuncti Metropolitani factus est, iure agere coram Ill.mo Nuncio, vel ipso consentiente R.mo Metropolitano, liberum (f. 715v) nobis reliquimus. Quae vero erant Vestrae Sacrae Congregationi et SS.mo Domino Nostro proponenda, per manus Ill.mi D. Nuncii Poloniae deferenda, submisse commisimus.

Dignetur igitur Sacra Vestra Congregatio aliter de nobis existimare, neque id sentire, quod non invidia moti, sed potius Unionis Sanctae, et Religionis nostrae praesentibus malis, et apprehensis futuris bonis commoti, Metropoliam R.mo Domino moderno Metropolitanu, ante visam Bullam praepediverimus. Atque ea qua par est submissione Vestras Eminentias oramus, ut benigne susceptis nostris petitis, rationem nostrae misere diserptae, et perturbatae Unionis pariterque Religionis habere velint; et providere, ne tot et tanta quae fuerunt amplius serpent mala, sed mature supprimantur, ne grave aliquod discrimen tota nostra, quod absit, subeat Unio. Ordo vero bonus, tum in Metropolitanu regimine, tum in Religione, tum in tota Unione, pro gloria Divina, pro fidei propagatione animarumque salute introducatur. Pax demum et unio in unione animorum fiat perpetua. Quod dum millies a Vestris Eminentibus omni conatu, studio, nec non demissione efflagitamus, nosmetipsos protectioni, favori, et in omnibus indeficienti Vestrarum Eminentiarum gratiae commendamus.

Brestae, Iulii 1, 1674.

Vestrarum Eminentiarum humillimi Servi et Exoratores

Jacobus Susza, Episcopus Chelmen. et Belzen. (mp).

Benedictus Glinski, Episcopus Vladimiriensis, Protothronus Metropol. Chiovien. Unitus (mp).

Michael Marcianus Bialozor, Episcopus Pinscensis (manu propria).

106.

Varsavia, 12. VII. 1674.

Ep. Joannes Malachovskij de suis angustiis et necessitatibus petit commendationem ad Comitia et Regem, ut possit habere residentiam et sustentationem, nec non ut provideatur indigentiae sacerdotum.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. gen.*, vol. 449, fol. 431rv-436.

Eminentissimi et R.ndissimi Principes, Domini, D.ni Patroni et
Benefactores mei Colendissimi.

Propter magnam in Dioecesi transmittendarum litterarum difficultatem, raro quoque debitam et submissam observantiam meam EE. et RR.DD.VV. deferre contigit, in meisque difficultatibus ad Patrocinium EE.VV. tanquam unicum laborantium in Vinea Christi asylum recurrere.

Exposui ante EE.DD.VV. tam meas quam Dioecesis meae angustias, neque dubito Ill.mum et R.ndmum Dominum meum in hoc Regno Nuncium Apostolicum pro sua pietate et compassione supra conditione tam mea quam mihi commissi gregis idem fecisse. Qui singularissimo zelo multum desudat ne Episcopatus Praemislien. in manus schismaticorum deveniat, sed ratio status et privata interessa quorundam multum obstant, cum summo praeiudicio et honoris Dei, et Fidei S. Catholicae et tot Constitutionum et legum Regni Privilegijque mihi collati, evidentissimoque periculo innumerabilium animarum. Unde humiliter supplico EE.VV. quatenus Authoritate SS. Sedis Apostolicae interponere dignentur tum apud Serenissimum Regem, qui ex sua parte optime Unioni S. est addictus, tum apud totum Senatum Ill.mosque et R.ndmos Episcopos, praesertim Ill.mum Dominum Regni Procancellarium futurum Regni Primate, nec non Ill.mum Dominum M.D. Lithuaniae Cancellarium, ne hic Episcopatus Schismatico conferatur, sed iuxta leges penes Unitos conservetur. Ad minimum vero si praeponderaret respectus status, saltem velit Serenissimus cum Senatoribus provisionem mihi iustum in residentia in Dioecesi assignare, nam supra quatuor (f. 431v) annos partim mendicando, partim debita contrahendo me sustento, auxiliante tamen dextera Altissimi cum accessione duorum paucarum ecclesiarum muneri meo secundum debiles vires satisfacere non intermitto, licet cum continuo fere vitae periculo, et summa egestate. Pro cuius sublevatione, saltem ad minuenda debita, solitae pietati EE.VV. supplicare quoque humillime praesumo. Supplicavi etiam in antecedentibus meis EE.VV. (non subterfugiendo onera, sed videns quod ob egestatem meam maximam neque lites magni momenti neque contracta debita tollere, neque idoneos operarios imo me ipsum sustentare valeam), quatenus hoc officium tam altum in Ecclesia Dei, sed supra vires meas, resignare possem; hoc ipsum modo humillime repeto, praemissa instantia ad Serenissimum, ut non nisi Unito haec Dioecesis conferatur. Recurrunt praeterea ad amplissimam Protectionem EE. et RR.dissimarum DD.VV. sacerdotes uniti in Dioecesi mea, qui tam a Militibus quam ab ipsimet Dominis haereditarijs, non aliter tractantur quam ipsimet Rustici et alia mancipia, ut per validissimam Instantiam EE.VV. ad totum Senatum omnes Uniti sacerdotes uti veri sacerdotes tractentur. Sunt praeterea ex ijsdem sacerdotibus non pauci, qui iam in sacerdotio constituti, defunctis uxoriibus, iterarunt connubia, cum quibus Antecessores mei dispensarunt, nunc veniens Varsaviam audivi declaratum esse ab EE.mis et RR.dmis DD.VV. illas facultates dispensandi in bigamia intelligi (f. 436) de bigamia ante sacerdotium contracta; nunc ergo supplico doceri quid cum illis sim facturus, nam multi sunt huius status bene affecti Ecclesiae S., alias sequerentur plurimae per-

turbationes inter ipsos et non pauci deficerent ad Schismaticos. Supplicare igitur praesumo, ut in istis qui bona fide hucusque in hoc statu permanserunt Sacra Sedes Apostolica dispensare dignaretur, facultatemque simul pro aliquot, qui ante Sacerdotium in bigamiam inciderant, dispensandis humiliter peto. Me proinde Patrocinio et Protectioni Eminentissimarum et R.ndmarum DD.VV. una cum tota dioecesi, debita cum submissione, recommendans, Sacras earundem exoscular purpuras.

Varsaviae, 12 Iulij 1674.

Eminentissimarum et R.dissimiarum D. Vestrarum humillimus Servus
Joannes Malachowski, Episcopus Praemislien. cum S.R.E. Unitus.

107.

Varsavia, 18. VII. 1674.

Joannes Malachovskij petit, ut commendetur negotium suae eparchiae a non Unitis oppressae.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. gen.*, vol. 449, fol. 432.

Eminentissime et Rev.me Princeps, Domine, Domine et Benefactor ac Patronē Col.me.

Expositis quibusdam humillimis petitis meis, non tam meum privatum utile quam Dioecesis meae Praemislien. concernentibus, Emin.mis et RR.dissimis Principibus S.R. Eccl. Sacraeque Congregationis de Propaganda Fide Cardinalibus, E. Celsitudini Vestrae, uti eiusdem Sacrae Congregationis Praefecto, in expressis ibi punctis patrocinium et opem implorare praesumo, ni enim labentibus rebus (ob suspectum status) Unionis S. Sacrosancta Sedes Apostolica, Sacraque Congregatio opportunum adhibere dignabitur remedium, per instantias suas ad Serenissimum totamque Rempublicam, timendum est ne Schismatici ex toto illum occupent Episcopatum praesentem, cum egestas mea neque potentia neque Jure cum ipsis agere permittat. Credo Ill.mum et R.ndum Dominum meum Nuncium in hoc Regno Apostolicum pro piissimo suo zelo, quem praestat in tuendis rebus Unionis Sanctae, sufficienter exposuisse EE.mis et RR.mis DD.VV. praetacta pericula, pro quorum remedio iterato supplicans EE.VV., potissimum E. Celsitudini V. Sacram eiusdem deosculor purpuram.

Varsaviae, 18 Iulij 1674.

Em.mae et R.ndmae Celsitudinis Vestrae humillimus servus
Joannes Malachowski, Episcopus Praemislien. Unitus (mpr).

108.

Nyžni Verecky, 14. IX. 1674.

Litterae ordinationis et provisionis cuiusdam sacerdotis ab episcopo Josepho Vološynovskym (textus palaeoslavus).

HODINKA A., *Okmanyara...*, nr. 198, pag. 247.

ARCH. EP. UŽHORODEN., *Vacant. candid. in grec.*, num. 3 (orig.).

Josyf s Ternovy Vološynovskij, mylostiju Božijeju pravoslavnij epyskop Mukačevskij, Krasnobrodskij, Spiskij, Makovyckij, i vseja zemli Uhorskija, ot jeho cesarskoj Svitlosti nadanyj.

Izvistno tvorym sym pysanijem našym, komu o tom vidaty budet naležalo, a menovite boholjubivym epyskopom po nas obritajušcymsa i prečesnym jereem v namisnyctvi riky latoryckoj i po vsjudu v dieceziji našoj pry blahosloveniji našom Archypastyrskom do vidomosty donosym, iž bohobojnyj sej Vasylj Hiesnevyč Nyžnych Vereckych, želajučy ot nas archyjereja blahoslovenija i posvjaščenija, po sviditelstvu otca jeho duchovnaho dostojna byty, po stepenech postavychom jeho v čyni porjadne vo vratari, v zaklynateli, vo sviščenostci, v četci, v pivci, v poddijakony i vo dijakonstvo, proizvidochom jeho po blahodaty daru vsesvjataho i životvorjaščaho Ducha, jemuže daemo vlast' dijakonskuju virno liturhizaty i de jak slučytsja vo cerkvach osnovaniju, ponovleniju i osvjaščeniju. O nem že dajemo sviditelstvo sije s prytysnenijem pečaty našeja monastyrskija katedry našoj i zvolylsimo rukoju sja archyjerejskoju podpysaty v seli Nyžnych Vereckych, misjaca septembrija dnja 14, ot Vopločenija Božija 1674.

Vyšerečennyj epyskop rukoju vlasnoju.

109.

Polocia, 5. X. 1674.

Metr. Zochovskyj cardinalibus S. Congr. de Prop. Fide supplicat, ut P. Hiacynthus Malinovskyj, O.P., ex provincia Ruthena, qui cum maximo fructu Polociae laborabat, a Dominicanis Provinciae Lituanae Polocia pulsus, cum suis sociis Provinciae Ruthenae reintegretur.

APF, *Scritt. rif. n. Congressi*, vol. 1, fol. 721rv.

Eminentissimi et R.mi Principes, Domini, D.ni et Patroni Colendissimi.

Ante aliquot annos in civitate archiepiscopali Polocensi, sita in Alba Russia, fuit erectum et dotatum monasterium pro sacro Ordine Patrum Praedicatorum, et introducti ad illud Patres Dominicani Provinciae Ru-

thenae, sustinente per aliquot annos prioratum R.do Patre Fratre Hiacintho Malinowski, eiusdem Ordinis sacrae theologiae doctore, viro omnibus virtutibus praedito, haeresum et schismatum osore acerrimoque eversore. Quod certe meo Antecessori, pie defuncto, et mihi summo fuit solatio, siquidem passim eius laboribus, abstinentia continua a carnis, fratrum asseclarum eiusdem R.di Patris Fr. Malinowski exemplari vita et divini verbi praedicationibus mitescebat in dies et ruebat schisma. Tam divino operi invidit ille, qui seminat inter fratres zizania. Nam Patres Dominicanorum Provinciae Lithuaniae, nullum ius et possessionem habentes, attentarunt hunc servum Dei et apostolum meae dioecesis, R.dum Patrem Fr. Malinowski una cum suis Religiosis monasterio Polocensi eiicere ac propriae Provinciae introducere Dominicanos, qui et convertendis schismatis inepiti, et vitam liberiorem tum in victu, quam in vestitu ducunt. Agitatur haec causa expulsionis coram R.mo Generali Ordinis Praedicatorum Romae, sed ego per amorem Iesu Christi instantissime rogo Eminentias Vestras, quatenus oraculo Sanctissimi D.ni mei innixi, iubeant reintroduci bonum illum Patrem Malinowski cum suis religiosis Provinciae Ruthenae. Isti enim sunt, qui mihi prosunt ad subruendum schisma, ampliandum cultum beati antecessoris mei Iosaphat, inclyti martyris. Ergo in hac supplicatione mea, uti (f. 721v) magni ponderis et salutem animarum concernente, exaudiar ab Eminentibus Vestris, quae nihil aliud per universum docent orbem, nisi illud quod hierarchicus Aeropagita scripsit: *Divinorum omnium divinissimum saluti animarum incumbere.* Atque dum hoc meum votum in sinum paternum Eminentiarum Vestrarum depono et sacras devotissimo basio colo purpuras, simul me gratiae Eminentiarum Vestrarum impensis desideriis commendabo.

Polociae, Octobris 5, anno 1674.

Eminentissimarum et R.marum Dominationum Vestrarum humillimus,
devotissimus et obligatissimus Servus
Cyprianus Zochowski, Archiepiscopus metropolitanus totius Russiae et
Polocensis (m. pr.).

110.

Varsavia, 14. VIII. 1675.

*Andreas, Archiep. Gnesnensis, Summo Pontifici refert de calamitoso statu
Poloniae et periculis ex parte turcarum, nec non de remediis ex parte Cosa-
corum et Moscovitarum frustra quaesitis.*

ASV, *Lettere di Vescovi*, vol. 61, fol. 161rv, 175rv, 162r.

Sanctissime ac Beatissime Pater.

Praevalere fata consiliis, maximo malo ultimoque iam rerum nostra-

rum discrimine, plus satis experimur. Post felices recenter armorum Poloniae progressus, post recuperatas fortitudine Sacrae Regiae Maiestatis validissimas Ucrainae et Podoliae arces et civitates, bellicis per rigidorem hyemem operibus attriti, ipsis victoriis defessi, ostentatione facilis pactionis ab hostibus elusi, Moschoviticorum auxiliorum promissis frustra illecti, ab omnibus Principibus Christianis (praeter Sanctitatem Vestram, cui unice beneficium debemus) derelicti, in gravissimas (f. 161v) adeo calamitates decidimus, ut praevalente numerosissimo Turcarum et Tartarorum exercitu, nostro autem ad exiguum redacto, nervoque belli penitus deficiente, in precipiti extrema fata, et excidium florentissimi quondam Regni (nisi Deus avertat) metuamus. Non ignoro fervente nunc quam maxime Christianitatis bello, consilia et arma Principum alio distrahi. Sed Pontifica Orbis Universi cura, et paterna erga populos Catholicos, praesertim erga Polonię pridem Sanctitatis Vestrae Nostrae et devinctam teneritudo, stimulum mihi addit, ut ex praesenti Senatu Varsaviae congregati consilio, de afflictissimo Patriae meae statu Sanctitatem Vestram certiore reddam, simulque repraesentem, quanta brevi pernicies Christianae Reipublicae impendeat, cum ingenti bellatore populo Cosacis et Russis victor Turca augebitur, cum fractis, quae fortitudini adhuc et repagulo erant, Polonorum viribus, expeditisque Came-(f. 175r)-neciae ac alias per arces armamentariis, quasi aperta per eversam Polonię porta, ubi vis et quandocunque libuerit, in conterminas Provincias facilis bellorum via teterrimo hosti pandetur. Gravissimae profecto erant S. Regiae Maiestati causae, alieno tempore arma in hostem movendi fixisque media nive tentoriis, aspero coelo gelatoque solo, sementem victoriae iaciendi, cuius fructus aestate legeretur. Erat in animo rebellem Cosacorum Duxem Dorosenkium, vicina Regalis potentiae clementia in obsequium pertrahere. Moscos in armorum, diu ante promissam et foederibus sanctitatem societatem evocare. Sed uterque praecipuus fraudis atque versatilis pro rerum eventu consilii, expectationem conatumque Regium corrupit: praecipue Moscus Christiani nominis iactantior, eoque nocentior, subsidiis diu multumque per famam suspensis, illusit. Accessit Chami, Tartarorum Principis, perfidia, qui pacis inter nos et Turcas arbitraria sibi delata (f. 175v) affirmans, Legationem Polonam varie valdeque expetitam, inani spe detinuit, ac tandem conspiratio barbarorum et vis immensa in ulteriora Russiae sese effudit. Haec inter pericula imo praecipitia primum duximus, ut supplicibus votis misericordias Domini flagitemus, ne consumamur...

Varsaviae, 14 Aug. 1675.

Andreas, Archiepiscopus Gnesnensis.

III.

Polocia, 8. XI. 1675.

Metropolita Cyprianus Žochovskij gratias agit pro Protectore Russiae, de novitiatu Basiliatorum, de obitu metropolitae non uniti Tukalskij et ne provideatur novus.

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni generali* (Fondo Vienna), vol. 32, f. 228-231.

Gaudio replevit Dioeceses meas gratia Sanctissimi Domini Nostri ob recentissimam Protectoris Russiae collocationem in Eminentia Vestra, Domino meo.¹⁰⁵ Agit nunc festos faustosque dies haec amplissima Provincia una cum Hierarchia sua Remano Graeca; totque millibus Parochialium ecclesiarum, tot millionibus animarum, eo quod nacta sit talem rerum suarum arbitrum et Patronum, in cuius sinum gravissimae totius Christianitatis deponuntur et quiescunt curae.

Et qua hactenus omnia negotia Russiae et Sedis meae silebant, ex defectu Protectoris, nunc supplicationibus humillimis Eminentiam Vestram optimum et plane caelitus datum Protectorem nostrum interpellare licet. (f. 228v) Quinquaginta et tres labuntur anni à nece B. Josaphat, Incliti Martyris Archiepiscopi Polocen., ex quo nos voluimus, si non Canonizationem (haec enim in Martyribus non practicatur), saltem Breve propalatorium Cultus Sanctis debiti impetrare apud Sanctitatem Suam. Quapropter interpositis suis tanquam pientissimi Protectoris precibus, dignetur Eminentia Vestra hoc desideratum apud Sanctitatem Suam expedire Breve. Vere enim attritarum fortunarum non modo nos Uniti, sed et totum cum sit hoc Regnum, nequaquam sumus parcs sumptibus qui solent pro hoc actu impendi.

Noviciatus Religionis meae Basilianae incipit iam reflorescere, brevi daturus Iuventutem egregiam pro studiis. Hinc supplico E. Vestrae dignetur edicto Sac. Congreg. de Propaganda Fide indicere RR.PP. Societatis, quatenus facilem aditum praebent mittendis ad alumnatus Pontificios (f. 229) per Germaniam, et Poloniam.

Diebus 7bris, anni praesentis, sero licet fato, sed ultrice dexterâ caelesti, extinctus est Tukalschi, Pseudo Metropolita Chiovien. in Ukraina; Caput omnium malorum, Belli Turcici author, meus et Antecessoris mei hostis, in caput Sanctae Romanae Ecclesiae et Unitorum persecutor as-

¹⁰⁵ Ut videtur agitur de Francisco Nerli, qui 11.II.1675 deputatus fuit protector Ordinis Basiliatorum; antea fuit Nuntius Varsaviensis (1670-73); proinde fuit etiam protector Russiae. Obiit 8.IV.1708.

siduus.¹⁰⁶ Quapropter E.V. Domino meo incumbit, quam citissime id ipsum proponere Sanctissimo Domino Nostro, et Breve ad Serenissimum Regem Nostrum Joannem III expedire, ne Sua Maiestas in Comitiis Coronationis (tunc enim subscribentur Privilegia) promittat aut extradat alicui ex schismaticis Ecclesiasticis Privilegium pro Metropolia Chioviensi. Satis enim hoc Regnum et Fides Catholica per istam Pseudo Metropoliam sensit excidiorum ruinarum, rebellionum et belli intolerabilis Turcici (f. 229v) et quandoquidem supervixi huic scelesto homini, et sum Apostolicae Sedis gratia verus Metropolita Chiovien., dignetur Sanctitas Sua, speciali Brevi, et Eminentia Vestra, uti Protector Russiae, Sac. Regiam Maiestatem hortari et orare, ut concurrentes Schismatici arceantur omnes ab huius Tituli Metropoliae Chioviensis obtentione. Hoc punctum, alias negotium gravissimum salvandae Unionis, et huius Regni, instantissimis precibus reccommendans Eminentiae Vestrae, et me ipsum perpetuae insinuam protectioni et gratiae, Sacram Purpuram E.V. mille osculis veneror, maneoque quoad vivo.

Polociae, ad Cathedralem Archiepiscopalem, 8, 9bris 1675.
Eminentissimae et Rev.mae Celsitudinis Vestrae humillimus, devot.mus et ob.mus Ser.

Cyprianus Zochowski, Arch. tot. Russiae.

112.

Male Berezne, 10. XII. 1675.

Episcopus Josephus Vološynovskij de translatione cuiusdam sacerdotis dat litteras patentes.

HODINKA A., *Okmanyara...*, nr. 200, pag. 249.

ARCH. EP. UŽHORODEN., *Vacant. candid. in grec.*, num. 4, orig.).

Josyf s Ternovoj Volosynovskij, mylostiju Božijeju pravoslavnym epyskop Mukačovskij, i vseja zemlji Uhorskoj, ot jeho jasnosti cesarskoj nadanyj.

Izvistno tvorym pysaniem našym komu o tom vidaty naležyt, iminovite jasnovelykomožnoj korolyci Pani našoj mylostyvoj i panom patrom i vsemu duchovenstvu epyskopiji Mukačovskoj to oznajmuju, iž jem pustiv iz Ruskoho Ivanovoho syna, poddanoho velykomožnoj korolyci, ale ne do Ruščynskoj cerkve, jedno tam, de sebi možet najty parafiju

¹⁰⁶ Josephus Nelubovyč-Tukalskyj, Ep. Mscislaviensis et Metropolita Kioviensis unius factionis.

inde. I otec Jurko Ruščanskyj ažeby cile zostal iz synom svojim pry cerkvy svjatoho Dymytrija. A chto by mu parancoval i upyralsa na jeho parafiju, povynen daty nahorodu sto zolotych bisanu, a na monastyr 8, i kljatva na nem zostane vičnaja, bo maje bizoncaky sudija pry kotrychsjia zapysal žadnu pereškodu ne čynyty toj poddanyj Jurkowyj i heho dit'om, na što dla lipšej viry da podpysujusja s prytisnenem pečati našoj.

V monastyrzu Malo Bereznom, pry chrami svjataho Nikoly, r.b. 1675, misjaca dekemvrija dnja desjatoho.

Vyšerečennyj epyskop rukoju vlasnoju.

113.

Cracovia, 6. V. 1676.

Ep. Joannes Malachovskyj instat pro subsidio ad dignam sustentationem.

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni generali* (Fondo Vienna), vol. 32, f. 219 sqq.

E.me et R.ndme Princeps, Domine et Patrone Colend.me.¹⁰⁷

Aliquoties supplicavi tum per Ill.mos Nuntios Apostolicos, tum per P. Procuratorem Russiae, ad SS. Sergium et Bacchum residentem, S.C. pro subsidio aliquo, ex solita pietate erga omnes in Vinea Domini laborantes subministrari solito, vel etiam pro licentia renunciandi officio meo, cui ob egestatem satisfacere haud possibile. Hoc quidem non obtinui, habui nihilominus spem pro subsidio consequendo. Sed cum maioribus in dies angustijs premar, debitisque conscientiam aggravem, nullum substantandi me habendo modum, compellor renovare hoc ipsum petitum meum. Quandoquidem ob defectum debitae sustentationis, et muneri meo inservire prout convenit perdifficillimum est; et status episcopalnis non modo apud adversarios meos, verum et apud ipsosmet iurisdictioni meae subiectos contemptui expositus, minus authoritatis ac proinde et efficacitatis habere potest. Supplico itaque EE.mis et RR.dmis DD.VV., ut illa paterna viscera, quae Antecessoribus meis late patebant, mihi pro modulo in Vinea Christi laboranti, non occludantur. Quod dum humiliter expeto a V. Eminen.ma et Rev.ma Celsitudine caeterisque Emin.mis et R.dmis DD. meis S.R.E. Sacraeque Congregationis de Prop. Fide Cardinalibus, sacras eorundem exoscular purpuras.

Cracoviae, 6 Maij 1676.

Emin.mae et R.ndmae Dominationis Vestrae humillimus Servus
Joannes Malachowski, Episcopus Praemisl. Unitus.

¹⁰⁷ Ut videtur, Praefecto S.C. de Prop. Fide.

114.

Chelma, 27. VIII. 1676.

Episcopus Chelmensis Jacobus Susza commendat Basilianos alumnos et petit pro commendatione ad novum Pontificem.

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni generali*, vol. 467, f. 97.

Eminentissime et R.me Princeps, Domine, Domine et Patrone
Observandissime.

Uti ad praesentissimum asylum, ad V. Eminentiae Protectricem Russiae Unitae manum, Religiosi O.D. Basilij M. Rutheni Uniti, praesentium latores, recurrunt. Qui non solum Vestrae Eminentiae authoritate Superioribus Collegii Graeci Romae commendentur, verum etiam postmodum suis in rebus singularem eiusdem experiantur Protectionem. Memores cum illi ipsi, gratiarum a Vestra Eminentia sibi praestitarum, sunt futuri, proque eius incolumitate et prosperitate Numen Divinum exortatur, tum vero etiam nosmet ipsi, quaqua poterimus, collatos in eos a V. Eminentia favores, gratitudine recolemus. Et quia perlatum est ad nos, Sanctissimum D. Clementem X fatis concessisse, nomine Ill.mi Metropolitani aliorumque Dominorum Episcoporum a me Vestrae Eminentiae perscripta desideria, etiam atque etiam Vestrae Eminentiae commendo oroque, quatenus omnia, a Sanctissimo eius successore felici omne proclamando, velit nobis obtinere. Mea insuper Vestrae Eminentiae longe submissa deferens obsequia, Deum Dominum omni qua par est demissione precor, ut V. Eminentiam, qua Ecclesiae suae Sanctae ornamento, qua Russiae nostrae Protectioni, diu et feliciter servet incolumem.

Chelmae, Augusti 27, 1676.

Vestrae Eminentiae humilis Servus et Exorator
Jacobus Susza, Episcopus Chelmae et Belz. Arch. Zydicensen. (mpria).

115.

Chelma, 18. X. 1676.

Jacobus Susza de alumnis Basilianicis, ut admittantur in Collegiis, et hoc modo provideatur necessitatibus Ecclesiae Unitae.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. gen.*, vol. 467, fol. 99rv.

Admodum R.nde Pater in Christo, Pater plurimum observande.¹⁰⁸
Dolorosum plane V. Admodum R.P. nuntium litteris suis non minus

¹⁰⁸ Rectori Pont. Collegii Pragensis, Soc. Jesu.

mihi, quam alijs Praelatis nostris, de non suscipiendis nostris ad Convictum Pragensem Pontificium Religiosis attulit. Cui malo non potest iam per me, neque per ullum alium e Superioribus nostrorum Religiosorum occurri; quippe cum ab ijsdem ex Lituania, iam tum ab initio Augusti per Chelmam in fine eius transentes, duo Pragam ad Philosophiam, expediti sunt Religiosi. Litterae vero Vestrae Admodum R. Paternitatis 2da Septembris Praga ad me datae, 16 Octobris Chelmam pervenerint. (f. 98) Impossibile est de via revocare. Quinimo, credibile est eos citius Pragae, quam litteras Admodum R. Paternitatis Chelmae comparuisse. Proinde in re tam inexpectata, et in tanta locorum remotione, quid consilij dare, quid Superiores nostri agere debeant, ad quos post 50 leucas et plures protinus sum scripturus, nescio. Scio quidem per Decretum Sacrae Congregationis de Prop. Fide, et approbationem SS.mi Domini Nostri olim Urbani VIII, concessum locum nostris duabus Pragae, et recenter renovatum, me Romae praesente, ab Alexandro VII. Unde putarim non posse nobis eum paecludi, sine scitu et voluntate SS.mi Domini expressa, et nobis intimata. De quascientes, non possemus iam ea perfrui gratia. Cum autem id non innotuerit nobis, uti fulti hoc fundamento Superiores nostri dictos miserunt Religiosos, sic etiam obnixe et meo, qui sum Poloniae proximus, et aliorum nostrorum Superiorum nomine, Praelatorum, Vestram Admodum R. Paternitatem rogo, ne isti iuvenes repulsam patiantur, donec resolutio SS.mi Domini Nostri hac super re venerit. Utique Patres Paulini non possunt esse Parochi in Lusatia, et non repudiantur, cur deberent nostri? Neque etiam absentia duorum nostrorum eum adferre potest Lusatiae, ut Luteranismus tollatur. Neque si superinducerentur nostri duo Juvenes saeculares, futuri post Parochi, iste fructus tam cito eveniet. Interim tamen si resolutio fiat a SS.mo D. Nostro de admittendis nostris non multum damni adferretur, etiamsi nunc ad tempus admissi fuerint. Hac autem scientia a SS.mo D. Nostro accepta, Superiores nostri quantocjus eos iuvenes vel recipient, vel quopiam eos alio iuvabunt modo. Quocirca humillime a Vestra Paternitate peto, ut saltem ad resolutionem Sac. Congregationis et SS.mi Domini Nostri pauperculi isti Religiosi in convictu locum habeant. Remeare autem in Patriam quantae molis erit? praecipue quod hac de voluntate, V. Admodum R.P. tantorum Protectorum, longe post expeditos illos, mihi solum, alijs vero necdum innotuerit. Qua in re iterum ac saepius V. Admodum R. Paternitati supplicando, mea coram Deo vota pro Vestrae Rev.dae P. integritate, qua par est submissa, ofero effundenda.

Chelmae, Octob. 18, 1676.

Vestrae Admodum R.dae Paternitatis in Christo Servus

Jacobus Susza, Episcopus Chelmen. et B., A.Z.

116.

Lublin, 19. X. 1676.

Hierarchia unita instat, ut conservetur Ecclesia unita penes alumnatus Pragenses.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. gen.*, vol. 469, fol. 96rv.

Eminentissime et R.me Princeps, Domine, Domine et Patrone
Observandissime.

Acceptis ex Boemia litteris, a R. Patre Venceslao Czimerman S.J. Convictus Pragensis Regente, quarum copias R.P. Residenti Nostro Romam transmittimus,¹⁰⁹ multum sane afflicti sumus. Privari nos eo in Convictu pro duobus Religiosis loco, quem a SS.mo D. primum Urbano VIII obtinuimus, post, dum esset noster Confrater Episcopus Chelmen. Romae, confirmatum eum a SS. D. Alexandro VII habemus. Et quidem vehementer hac in re conqueri necessario debemus, quod mature non simus praemo-niti, quum Religioui nostri primis Augusti diebus a R.mo Patre Protoar-chimandrita Pragam expediti sint. Rationes Patris Regentis, quibus isto privamur immerito beneficio, eius in literis sunt explanatae, sed quam leve pondus habeant, facile Vestra colliget Eminentia. Potissimum cum id faciat R. Pater inconsulta S. Congreg. de Prop. Fide. Neque enim eam tolli nobis gratiam fas est, sine voluntate Sedis Apostolicae, de cuius gratia eam obtinuimus gratiam. Porro V. Eminentiae Protectricem nos hic subscripti Episcopi (Ill.mus enim Metropolitanus, et R.mus Protoar-chimandrita remoti sunt per id temporis a nobis, brevi tamen hac super re ad Vestram Eminentiam sunt scripturi), ea qua par est contentione, et animi demissione imploramus dexteram, qui eam apud Sacram de Propaganda Fide Congregationem atque apud ipsum SS.mum D. Nostrum feliciter modernum porrigere nobis velit, ut in hoc beneficio benigne conservemur. Patresque Societatis moneantur, ne nobis, pro Sede Apostolica depugnantibus contra schisma, eum praepediant favorem.

(f. 96v) Qua super re latius V. Eminentiae R.P. noster Residens expositus est, nos vero millies hanc gratiam a Vestra Eminentia exorantes, nostra humillima eidem deferimus obsequia, et omnia faustissima de coelo et terra appreciamur.

Lublini, Octobris 19, 1676.

Vestrae Eminentiae humillimi Servi et Exoratores

Benedictus Glinski, Prototronius Metropoliae, Episcopus Vladimi-riensis (mpp).

¹⁰⁹ Josepho de Camillis (1674-1689), dein Episcopo Mukačoviensi (1689-1706).

Jacobus Susza, Episcopus Chelmen. e Belz. (mp).
 Michaël Marcianus Bialozor, Episcopus Pinscen. (mpp).
 Joannes Malachowski, Episcopus Praemislien. et Samboriensis (propria).

117.

Cracovia, 14. XI. 1676.

*Episcopus Cracoviensis certiorat Nuntium Varsaviensem de progressu ar-
morum moscovitarum adversus turcas.*

ASV, *Nunz. di Polonia*, vol. 93, fol. 576.

Pax cum Turcis facta uti perspicio non diu durabit: nam cum deve-
nietur ad dislimitationem locorum in Ucraina et Podolia, in hac ipsa re
naufragium eadem pax patietur.

Scribitur Leopoli sexta Novembbris, ablegatum Moschoviticum venisse
ad ducem belli Wisnowieciū significando, quod ducenta millia Moscho-
vitici exercitus, transmisso flumine Borysthene, Cechrynum in potestatem
suam acceperunt, atque Dorosenchium ducem Cosacorum ad magnum
ducem Moschoviae transmiserunt, et praeterea rogando, ut exerictus Po-
lonicus conjungat se copiis Moschoviticis, atque cum eis hac hyeme contra
barbaros militet. Mirum est valde, quod Moschi, transmisso flumine
Borysthene, non significarunt serenissimo regi statim de suo ingressu
in Ucrainam, imo eum celaverunt. Nescio itaque, quid eis sua majestas
respondebit. Caeterum tempus docebit, quid Moschi cogitent, siquidem
statim de suo ingresu in Ucrainam serenissimo regi non significarunt,
fraus aliqua ab eis timetur. Saytan etiam Bassa Turcus misit ad genera-
lissimum Wisnowieciū, ut si sincere volumus habere pacem cum bar-
baris, statim nunc praesidia regia educantur ex arce Miedzybozensi,
et ex alia arce Bar dicta, atque hae arces tradantur Turcae juxta pacta
conventa; jam autem ita cum barbaris transactum est, quod praesidia
nostra in supradictis arcibus debent manere usque ad redditum magni
legati Polonici a Porta Ottomanica.

Dislimitatio vero locorum tam in Ucraina, quam in Podolia speratur
fore in declivio aestatis futurae.

118.

Varsavia, 7. III. 1677.

Episcopus Leopoliensis Ruthenus, Pontifici suum ad Ecclesiam Romanam redditum significat, quem Episcopum Metropolita Ruthenus catholicus eidem ample commendat.

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Pol., Ruteni*, vol. 2, fol. 35rv.

ASV, *Litterae Episcoporum*, vol. 63, fol. 100rv.

S.me ac B.me Pater, D.ne, D.ne Clementi.me

Ille Deus, qui vocat ea, quae non sunt, tamquam ea quae sunt, qui miseretur cui vult, et spirat ubi vult, qui unum assumit, alium relinquit, respexit quoque ad meam humilitatem cordis, et tantum coelestis impressit luminis, ut omnes articuli, quos proponit ad credendum Sancta Romana Ecclesia et Primatus Sanctitatis V. Oecumenicus, liquido innotescerent mihi, atque tanta praeditus a Paracliti vivifici luce, accedo ad inaccessibilem, qua cingitur Sanctitas V., lucem, mille dans oscula pedibus Sanctitatis V., ut me Pastorem Leopoliensem, meamque tot millibus constantem ecclesiis Dioecesim gremio paterno excipere et acceptare dignetur. Hanc conversionem meam post Deum deberi Sacrae Regiae Maiestati, Domino meo Clementissimo, coram qua Maiestate et interveniente simul Ill.mo et R.mo D.no Cypriano Zochowschi, Metropolitano Russiae, iam Pastore meo, Professionem Fidei emisi, subscripsi, et ad manus eiusdem Ill.mi D.ni Metropolitani tradidi.¹¹⁰ Expedit tamen, ut sicut ego dolo sancto captus sum, et retibus iam Primalibus Divinissimi Petri Apostolorum Principis et Sanctitatis V. felicissime involvor, ita quoque tantillum temporis, donec aliqua monasteria meae Dioecesis industria Apostolica capiam, occultum me, sed verum et realem Sanctitatique V. obedientissimum geram filium. Interim ut pro tali habear a Sanctitate V., dignetur amplexu paterno et gratiis Apostolicis inclinatum caput Leopoliensis Dioecesis beare. Et dum Apostolicam Sanctitatis V., quae summa est in Orbe, imploro benedictionem, simul me gratiae Sanctitatis V. in aeternum dedico, maneoque.

Datum Varsaviae, 7 Martii, Anno Salutis 1677.

¹¹⁰ Cypriano Zochovskyj (1674-1693). Est prima declaratio unionis huius Episcopi, quam et anno 1681 repetivit, sed professionem fidei catholicae propalavit anno tantummodo 1700 simul cum tota eparchia; de hoc episcopo plurima prostant documenta in praesenti volumine et etiam sequenti.

Sanctitatis Vestrae, D.ni, D.ni mei Clement.mi humillimus, devotissimus et obligatissimus filius ad pedes
 Iosephus Szumlanski, Episcopus Leopoliensis, Haliciensis et Camenecensis
 in Podolia.¹¹¹

119.

Vienna, 15. VIII. 1677.

Archiepiscopus Strigoniensis refert de timoribus tumultuum in Hungaria nec non de instantiis Theophanis Maurocordato ad eparchiam Mukačoviensem.

ASV, *Lettere di Vescovi*, vol. 63, fol. 479rv.

Eminentissimo e R.mo Prencipe, Signore e Padrone Col.mo.¹¹²

Partendo da qui alla volta d'Ungheria rappresento a Vostra Eminenza, che sempre vā crescendo il timore de tumulti nelle parti superiori. Io ho detto qui tutto ciò che si poteva dire per sedarli, anzi, perche Sua Maestà ha desiderato ch'io le dia in iscritto alcuni de fondamenti addotti, ubbi-disco S.M., et arrivando a Posonia non mancherò di comunicarli anco all'Eminenza Vostra.

Con questa occasione significo a Vostra Eminenza che Mons. Teofano Maurocordato,¹¹³ che fù Arcivescovo di Paro-Naxia, venuto già da costì con raccomandazione di Nostro Signore, dalla quale le ottenni, che potesse andare a Monkacz, e lo raccomandai a quella Principessa Ragozzi, a cui s'aspetta buona parte di quei lochi habitati da Rutteni. Vi andò, e fu accolto con gran cortesia, e doppo haver esercitato ivi l'officio suo con gran frutto, è ritornato quā per havere la collazione di quel Vescovato dalla S.M. a volierglielo conferire, come si è degnata di annuire la M.S.

¹¹¹ Josephus Szumlanskyj; episcopatum Leopoliensem competere incepit inde ab anno 1667, simul cum alio candidato Eustachio Svistelnyckyj, cui supervixit post annum 1676; obtenta eparchia (an. 1676), iam anno sequenti professus est fidem catholicam, prout demonstrant hae litterae; eadem professionem cum episcopo Peremysliensi Innocentio etiam anno 1681 repetivit, sed tantummodo anno 1700 sese cum Sede Apostolica univit, non obstantibus insistentiis tum Regis Poloniae, tum Nuntii, tum aliorum praelatorum. Cfr. de eo etiam plurima documenta sequentia et etiam in aliis voluminibus contemporaneis nostrae Collectionis.

¹¹² Ut videtur ex textu, agitur de quodam Cardinali Germanico huius temporis.

¹¹³ Theophanes Maurocordatus, graecus, Episcopus Paronaxiensis, nominatus ab Imperatore Administrator Eparchiae Mukačoviensis, quam regebat annis 1676-1686; cfr. A. PEKAR, *Lineamenta historiae ecclesiasticae in Transcarpatia*, Romae 1967, pag. 197 (ucrainice).

Anzi, perche sin' hora quei sacerdoti, che si univano, tanto erano sforzati dai nobili Padroni terrestri a contribuire ogni aggravio rusticano, et anco i servizij manuali, ho perciò impetrato da S.M., che tutti, i quali (f. 479v) si uniranno al rito Cattolico debbano essere totalmente liberi et esenti da simili aggravii e pesi; et il fine è che moltissimi, essendo ivi in numero di ben trecento milla, anche per godere la libertà, et esenzioni più facilmente si convertiranno, et induranno col tempo poi gl'altri tutti a lasciare il rito scismatico, che sarà un benefizio non ordinario. In tanto, come il Vescovo di Monkacz, antecessore di questo, il quale se ne tornò al vomito tenendo di nuovo co'i Scismatici, e fuggi vergognosamente da quelle parti, hebbe la confermazione dalla Santa Sede pel detto Vescovato, è sommamente necessario, che l'abbia ancor questo per poter esercitare le funzioni col dovuto decoro et frutto, supplico per ciò humilmente V.E. a voler graziare questo soggetto della benegnissima Sua protezione presso Nostro Signore, perche conseguisca l'intento, affinche animato, tanto più ferventemente possa adoprarsi pel servizio maggiore di S.D.M. N'ho discorso hoggi anco con Mons. Nunzio di qui,¹¹⁴ a fine, che Sua Signoria Ill.ma pure ne informi l'Eminenza Vostra, la quale mossa dalle sue zelantissime intenzioni possa contribuire ciò, che stimerà benefizio maggiore della S. Religione, et a Vostra Eminenza humillissimamente m'inchino.

Vienna, 12 Agosto 1677.

Humillissimo, divotissimo et oblig.mo servitore et capellano
Giorgio Szelepenij, Arcivescovo di Strigonia.

120.

Ante an. 1678.

Archiep.pus Paronaxiensis, Maurocordatus, petit ab Imperatore media susten-tationis.

ARCHIV. STATUS VINDOBONENSE, orig.
HODINKA A., *Okmanyara....*, nr. 204, pag. 261.

Aug.ma C. Real Maesta, S.S. Clem.mo.

Son molestie del cielo le instanze de poveri et all'hor più gradito il compatimento quando e a pro de più oppressi, quale io mi sia è ben noto alla M.V. Iddio e Cesare sono gli unici poli di mie speranze, da quello la gloria, da voi la gratia attendo. Ne mi renderei tanto importuno, quando

¹¹⁴ Franciscus Bonvisi, Nuntius Vindobonensis (1675-1689), antea Varsaviensis (1673-1675).

la necessità non me spronasse. Attendo gli ultimi effetti della V. Clem. nell'assegnamento gratioso per potermi sostentare il resto di miei giorni e pregar con quiete per la conservatione delle MM.VV., alle quali auguro dall'omnipot. Dio le consolationi maggiori et a prossimi sposi le benedictioni più perfette, mentre prostrato sospiro la gratia, quam Deus.

Della S. Aug. C.R.M.V. hum., oss., fid. servo

Teoffano Maurocordato, Arciv. di Paronaxia.

121.

Vindobona I. 1678.

Archiep.pus Paronaxiensis petit ab Imperatore media sustentationis.

ARCHIV. STATUS VINDOBONENSE, orig.

HODINKA A., *Okmanytara...*, nr. 205, pag. 252.

Sacra etc. Solevò le miserie e le perdite mie l'anno passato la Maestà V.ra con la elettione al vescovato di Munkacz, dove (ancor che trā evidente pericolo della vita) mi havevo eletto il riposo, se l'interesse non havesse sospesa la v.ra santa intentione e le mie giuste instanze. Non dispeio, confidato nella divina providenza e nell'innata bontà della M.V., alla quale prostrato rendo quelle gracie, che si ponno maggiori, a beneficii sin hora ricevuti, supplicandola genuflesso, che dove non ho avuto fortuna di continuare nel titolo di Vescovo tra suoi, mi resti quello di humilissimo suo capellano con tanto di provisione, che possi in Roma sostentar l'avanzo dell'età mia tra poveri prelati e pregar continuamente sua divina maestà per la conservatione della M.V., alla quale prostrato m'inchino e sospiro la gratia.

Della S.A.C.R.M.V. hum., osser., dev. servo

Teoffano Maurocordato, Arcivesc. di Paronaxia.

122.

Chelmae, 1. VII. 1679.

Jacobus Susza de decimis deque oppressione ex parte cleri et Religiosorum latinorum, adducit exempla, petitque pro admonitione Episcopi et Cleri Chelmensis latini, nec non de conaminibus Unionis generalis.

APF, *Scritt. rif. n. Congr. particolari*, vol. 25, fol. 5-6.

Eminentissime et Rev.me Princeps, Domine, Domine et Patronne
Amplissime.

In negotiis meis, Ill.mo Domino Nuncio transmissis, Vestrae Eminen-

tiae submisse supplico, dignetur mihi Religiosisque meis manum suam porrigerere, uti nostrae Protector Unionis.¹¹⁵ Habemus magnas oppressiones a Patribus Piarum, alijsque illis faventibus Latinis, et eorum studiosis. Qui RR. Patres, a quodam Praelato latino Chelmensi, ante annos plus minus decem, data opera Chelmam introducti, ut nobis ipsis, Scholis nostris, et Ritui nostro, varia faciant praepedimenta. Atque id exinde fecit ille Praelatus, quia nos, ab annis quadraginta aliquot, *decimas de Ruthenis nostris* vindicare nobis satagimus, a Parochis et Praelatis latinis violenter ademptas. Intelliget Vestra Eminentia ex tot et tantis munimentis, autentice excerptis, ex subselliis iudicialibus, tam Chelmensibus, quam Lublinensibus, quanta ab ipsis passi sumus Patribus. Haec possunt RR. Patres, per privatorum testimonia benefactorum, tot testimonia Iudicialia obtinere, quia, ut inaudivi, talibus suam testimoniis innocentiam tueri volunt. Suppeditet igitur Sac. de Propaganda F. Congregatio aliquod nobis certum, in tot tantisque malis, praesidium, obnixe precamur. Sit sane quod moneri graviter possint, ne talia attentent, credoque futurum, ut compescant se aliquantum, nec tamen diu. Semper ista mala recrudescunt. Timendumque ne posteriora fiant peiora prioribus.

Ad haec Academia latina Zamosciensis septem solum leucis distat Chelma; Lublinense Soc. Jesu Collegium decem. Ut quid huc Patres in medium irrepsérunt, cum latinae Scholae, memoratis in locis, propter Juventutem Latinorum sint commodissimae? Et quidem nos, per Breve SS.mi olim Urbani VIII nobis et Unioni nostrae addictissimi, intercessorium, Academiae incorporati sumus Cracoviensi. Quae non patitur aemulos. Hic autem longe ante alias scandalosae sunt aemulationes, non ex nobis, sed ex illis. Quin imo, ipsi non habent Chelmae templum proprium, sed Parochiale, et aliud coniunctum sibi Xenodochiale, ab uno Episcopo latino, itidem nostro oppugnatore, annis abhinc aliquot concessa. Contra quam concessionem superest quorundam Praelatorum Protestatio. Deinde Dominus (f. 5v) Episcopus latinus Chelmensis, vere et proprie non posset dici Episcopus Chelmen., quia Cathedram suam habet Crasnostaviae, Chelma quatuor leucis distantem, Chelmae autem nullam ecclesiam aliam, exceptis dictis duabus, a Patribus Piarum possessis.

Caeterum Civitas est parva, Colonis ferme Ruthenis habitata, pauperes Rutheni studiosi non possunt habere victimum propter eorum studiosos: Saepe enim eos ostiatim mendicantes (uti in Polonia moris est) convenient. Quin etiam hoc est considerandum, quia ubicunque nos introducimus

¹¹⁵ Forsan agitur de Francisco Nerli, antea Nuntio Varsaviensi (1670-1671), qui ab anno 1675 erat protector Ordinis Basiliani.

Scholas, pro iuventute nostra erudienda, istic ante Patres Societatis, impediabant, nunc Patres Piarum Chelmae impediunt. Et de facto nullibi nunc nostrorum Scholae sunt Unitorum, nisi Chelmae. Proinde et securius et melius, ut RR. Patres Piarum alio transferantur.

Quoad decimas altius memoratas, Vestrae supplex accido Eminentiae, ut etiam Sac. dignetur exponere Congregationi. Probavimus in Patria, coram Nuncio Apostolico, toties Romae coram Auditore Camerae Apostolicae, toties coram Sac. Rota Romana, imo in Signatura Justitiae, quomodo nobis sint ereptae? Obtinimus inhibitiones, decreta, manutentiones, censuras, aggravatorias, reaggravatorias; Domini autem latini, praecipue superiores, nihil curant. Nonnulli Parochi ipsorum, et saeculares latini plurimi, mirantur, quod maiores eorum non obsequantur edictis S. Romanae Ecclesiae, iisque scandalose recalcitrent. Quid dicendum de Schismaticis, et Haereticis? Certo Schismatici vel hoc ipso Unionem aversantur, quod nos Uniti instantum a Latinis opprimamur.

Clarissime patet, non ita pridem eos se intrusisse in istas decimas; et quidem in aliquibus locis, solis periuriis a Deo graviter, et repentina morte punitis. Nihilominus quod male semel possederunt alii, tenent fortiter alii; neque tot comminationes Curiae Romanae curant. Praetendunt ecclesias suas desolandas, si decimas Ruthenorum dimitterent. Sed colores sunt isti, a vero longe dissimiles. Meliores fuerunt eorum et ditiores ecclesiae, antequam nobis eriperent decimas.

Nunc autem longe ditiores sunt ipsi, ecclesiae pauperiores. Volunt enim Capitula sua in dies ampliare, ut etiam ipso facto ex misero Ruthenorum pane ampliant, et nos ad incitas redigunt. Ob qua re se Praelati Chelmenses, antiquis Praelatis Gneznensibus, Cracoviensibus et aliis intendunt, neque depauperarentur ecclesiae, si illi suis contenti essent veteribus foundationibus, quae sunt amplissimae: et haec omnia facillime probari possunt. Nunc Parochia Hrubieszovien. (f. 6) Capitulo incorporata, quae ditior est non solum meo paupere Episcopatu Rutheno, sed etiam ipso Latino, quia non solum habet suas egregias foundationes, decimas post tot praedia Rusticorumque Latinorum; sed etiam Ruthenorum Civium, Rusticorum, tam in ampio Capitaneatu Hrubieszovien., quam in tot Nobilium Villis existentibus, nobis ademptas decimas. Et tamen ecclesia Parochialis Hrubieszovien. mirum quantum pauper et desolata! Sacellum stat muratum, sine tecto, illustre sine fenestris, et desertum sine ornamentis. Ipsa ecclesia sine Cruce supra illa erecta tot annis stetit, ut testaretur Dominos Praepositos ipsius publicam fuisse hominum Crucem. Et reapse ita fuit, quia inter se digladiabantur, alius alium non ita pridem expellebat, prout enim nunc a Capitulo et D. Episcopo latino Praepositus unus extrusus,

ut eam Parochiam haereditaret Capitulum. Sed manum de tabula, quia plurima fere sunt, quae dicenda essent.

Quare iterum ac saepius Eminentiae Vestrae supplicem me gero, ut Sacra Congregatio monere velit tam Dominum Episcopum latinum, et Capitulum, ut Sacrae Rotae Decretis, Mandatisque obedire velit, quam Ill.mum Poloniae Nuncium, ut ea executioni demandet.

Caeterum V. Eminentiae significo non cessare Sacram Regiam Maiestatem Schismaticos ad Unionem nobiscum inducere; et iam subscrisisse literas varias eum in modum, quem Eminentiae Vestrae transmitto. Misisseque ut sigillo tum Poloniae quam Lituaniae obsignarentur. Quas Ill.mus quoque Nuncius S. Congregationi transmissurus est.¹¹⁶ Et quidem Eminentiam Vestram enixe rogo, ut cordi hunc nostrum habere velit congressum.¹¹⁷ Qua super re brevi Ill.mus etiam Metropolitanus, V. Eminentiae perscribet. Nam ego, uti a Maiestatis Regiae Paternis bonis Pielaszkiewice, sex leucis existens, ista praesens apud Maiestatem Suam percepit, ideoque celerius illa significo. In quo Congressu nolumus ulla agere de Fide controversias, sed statutis S.R.E. inhaerere. In charitate autem cum illis agemus, atque ex libris nostris slavonicis ecclesiasticis omnia controversa manifeste ostendemus. Deinde iura et Privilegia nostra eiusmodi mostrabimus quibus omnimode eos ad Unionem pertrahendos speramus. Nam et ex ipsis plerique vehementer sunt ad eam inclinati, iamque suis Protectoribus, tam Magnatibus, quam cosacis totaliter despoliati. Proinde quicquid V. Em. potest hac in re apud SS.mum D. Nostrum Clementissimum, et Sac. de Propaganda Fide Congregationem elaborare dignetur, ut pro Gloria Divina, animarumque salute hoc opus promovere dignentur. Nos autem ea facimus, quae veros, indubitatos, et tanquam per ignem et aquam probatos S.R.E. filios concernit: Ut tandem aliquando nostra Russia desideratissimum fiat Unum. Atque hic longitudinis deprecor veniam, meque V. Eminentiae Amplissimae Protectioni humillime commendabo.

Chelmae, Iulii 1, 1679.

Vestrae Eminentiae obsequentissimus Servus et Exorator

Jacobus Susza, Episcopus Chelmen. et Bel. Unitus (mpria).

¹¹⁶ Franciscus Martelli, Nuntius Varsaviensis (1675-1680).

¹¹⁷ Agitur de praeparatione Congressus s.d. Lublinensis, qui locum habuit mense januario 1680; cfr. eius descriptionem infra sub nr. 125, de dat. 13.III.1680, et alios fontes etiam nostrae Collectionis.

123.

Varsavia, 27. IX. 1679.

Nuntius Martelli Card. Cybo, de colloquio inter catholicos et schismaticos faciendo.

APF, *Scritt. rif. n. Congr. part.*, vol. 25, fol. 136-137v.
MUH, vol. IV, pag. 85, nr. 41.

Em.mo Signor Card. Cybo.

Em.mo e R.mo Signore, Signore e Padrone Colendissimo.

Doveasi in Grodna nel tempo della Dieta tenere il Congresso tra li Greci uniti e li scismatici,¹¹⁸ secondo la costituzione che già fu fatta nell'ultima Dieta di Varsavia,¹¹⁹ come è noto a Vostra Eminenza, ma il Re stimò che non fusse più necessario per le ragioni che io riferii a Vostra Eminenza, con una mia lettera de 6 febraro, oltre la quale ne le scrissi poi un'altra in data de' 13 marzo, e con essa trasmessi una scrittura di Mons. Metropolita concernente il medesimo affare. Il Vescovo Ruteno di Leopoli,¹²⁰ convertito alla fede cattolica, ha poi fatto istanza a Sua Maestà per l'intimazione del Congresso, rappresentandone la necessità ad effetto di poter ridurre li Scismatici alla Santa Unione, e dell'istesso parere è stato anche il Vescovo unito di Chelma, e vi concorre parimente Mons. Metropolita, si come egli m'ha scritto ultimamente. La Maestà Sua mi fece intendere, che pensava d'intimarli, sperandone il frutto desiderato. Io, secondo l'instruzione datami già da Vostra Eminenza sotto li 29 maggio 1677, risposi, che non mi sarei opposto, lodando anche in nome di Nostro Signore lo zelo di Sua Maestà, come altre volte le havevo rappresentato, ma che dovevo però protestarmi, che nel Congresso medesimo non si venisse a dispute et inspezioni di religione, rigorosamente proibite da i Concilii generali e dalle Costituzioni Apostoliche, dovendo li Scismatici che vogliono convertirsi ammettere senza alcuna controversia tutto quello, che è stato deciso nel Concilio Fiorentino, e far la professione della fede, secondo la forma prescritta dalla santa memoria d'Urbano VIII, e perciò esser necessario, per oviare ad ogni inconveniente, che la Maestà Sua deputasse uno de' Signori Vescovi latini, Senatore prudente, dotto e zelante, il quale presedesse

¹¹⁸ Congressus hic longo sat tempore apparabatur, ex dispositione Comitiorum Regni et voluntate Regis Joannis Sobieski.

¹¹⁹ Agitur de Comitiis anni 1678.

¹²⁰ Josephus Szumlanskyj, tunc iam clam professus fidem catholicam; hic tantummodo anno 1700 cum tota eparchia accessit ad Ecclesiam catholicam. Obiit vero anno 1708.

alle conferenze, come pure altre volte havevo insinuato alla Maestà Sua. Aggiunsi parermi espidente, che questo Congresso i facesse in Varsavia nel tempo, che si doveva tenere il Gran Consiglio, e non in Lublino, come per altro (f. 136v) la Maestà Sua haveva destinato, perchè la sua real presenza et il concorso de' Signori Vescovi che si sarebbero trovati presenti, haverebbero potuto contribuir molto al felice successo, che si desidera. Il Re e Mons. Vicecancelliere approvarono il mio consiglio, ma Sua Maestà volle prima scriverne al Vescovo di Leopoli per sentire il suo parere, e se si fusse incontrata alcuna difficoltà per far tale convocazione in Varsavia. Io proposi ciò con due fini: uno, perchè dovendosi all' hora trovare in Varsavia Mons. Vescovo di Cracovia, potesse più facilmente riuscirmi di far cadere in lui la deputazione della presidenza, conforme Vostra Eminenza mi comandò con detta sua lettera de' 29 maggio; l' altro, per pigliar tempo, perchè probabilmente il Gran Consiglio non s' adunerà prima che nel fine di decembre, o nel principio di gennaro; onde intendo havrei potuto sperare le risposte di Vostra Eminenza non solo alle predette lettere, che le scrissi in data de' 6 febraro e de' 13 marzo, ma anche alla presente; ma il Re il giorno precedente alla sua partenza da Jaroslavia e doppo che io già m' ero licenziato dalla Maestà Sua, mandò da me Mons. Vescovo di Premislia e Mons. Vicecancelliere colla lettera responsiva scritta a Sua Maestà dal Vescovo di Leopoli, il quale mostrava, che il Congresso non si sarebbe potuto celebrare in Varsavia, perchè i Greci, e particolarmente li Scismatici, non vi sarebbero venuti, attesa la distanza del luogo dalla Russia, che haverebbe loro portata maggior spesa, e perchè in Varsavia non sono chiese del Rito Greco per poter fare le loro devozioni, come sono in Lublino, dove perciò Sua Maestà intendeva d' intimarlo per li 5 di novembre prossimo, avanti che si tenesse il Gran Consiglio, e che haveva destinato Mons. Vescovo di Premislia, il quale vi presedesse, stimando che egli, come quello che nella sua diocesi si trova un gran numero di Scismatici, per l' autorità che ha appresso li medesimi, potesse meglio di qualunque altro vescovo disporre gli animi all' (f. 137) Unione e superare le difficoltà, che insorgessero anche negli altri interessi, che vertono fra di loro. Io non credei di potermi opporre alle determinazioni del Re, et informai Mons. Vescovo di Premislia di quanto occorreva, secondo gli ordini che tengo da Vostra Eminenza, incaricandolo di non permettere che in modo alcuno i Greci entrassero fra di loro in controversie dogmatiche, e che gli haverei fatto haver un' esemplare della professione della fede nella forma prescritta da Urbano VIII, secondo la quale, senza alcuna disputa, dovevano li Scismatici, che havessero buona e sincera intenzione, ridursi alla Santa Unione. Mons. Vescovo di Premislia, quanto alla sua deputazione, si mostrò irresoluto d' accettarla, dicendo a Mons. Vicecancel-

liere et a me, che non haveva facoltà bastanti per la spesa che gli sarebbe occorsa di fare, mentre, secondo l'uso del paese, bisognava, che il vescovo-senatore presidente a tal funzione trattasse continuamente alla sua tavola i Greci, che fussero ivi concorsi, ma Mons. Vicecancelliere gli rispose, facendogli animo, e che Sua Maestà haverebbe trovato modo di ricompensarlo. Dovrò hora sentire da questi Prelati quello, che sarà seguito di vantaggio doppo la partenza del Re da Jaroslavia, e se Sua Maestà havrà data fuora l'intimazione del Congresso, prima del quale spero ancora che passerà per Varsavia Mons. Metropolita, conforme gli ho scritto à fine d'avertirlo di nuovo, come si devono contenere gli Uniti, e fare opportunamente le proteste secondo m'ha comandato Vostra Eminenza. Il Vescovo di Leopoli da grandi speranze, che sia per seguire l'Unione generale, et il Re parimenti la spera, benchè altri ne dubitino, massime se sia per esser sincera e durabile, e credino che i Greci desiderino questo colloquio per avvalorare diverse pretensioni che hanno, le quali s'accennano anche nella sudetta scrittura di Mons. Metropolita, che io già mandai all'Eminenza Vostra, ma ciò non (f. 137v) ostante, Sua Maestà sta fissa, che si deva fare l'esperienza mediante il colloquio sudetto. Et all'Eminenza Vostra profondamente m'inchino.

Varsavia, 27 settembre, 1679.

Di Vostra Eminenza humilissimo, devotissimo, obligatissimo Servitore

F. Arcivescovo di Corinto.

124.

ca. 1679.

*Metr. Zochovskyj et alii Cardinalibus S. Congr. de Prop. Fide, de occupa-
tione monasterii Vilnensis bonorumque eius ab Ep. Pinsensi.*

APF, *Scritt. rif. n. Congr. part.*, vol. 25, fol. 146.

Eminentissimi et R.mi Principes, Domini, Domini et Patroni
Colendissimi.

Dolorem nostrum et ruinam Religioni Basilianaee eiusque noviciatui allatam per R.mum D.num Episcopum Pinsensem,¹²¹ in occupatione monasterii Vilnensis bonorumque eius, detulimus fusori calamo Ill.mo D.no Nuntio Apostolico, cui dum haec attentata patefecimus, pro remedio

¹²¹ Episcopus Pinsensis Marcianus Bialozor (1666-1697), qui multa dissidia habuit cum metropolita Gabriele Kolenda, cuius erat consanguineus, et dein cum eius successore Cypriano Zochovskyj, cum quo tandem pacificatus, omnes vires suas convertit ad debellandum Ordinem Basiliyanorum.

opportuno Eminentiiis Vestris, rerum nostrarum arbitris, instantissime supplicamus, quatenus sancita Congregationum nostrae Religionis, per Sanctissimum Dominum Nostrum et Sacram Congregationem Eminentiarum Vestrarum, procurante Em.mo D.no Cardinali Nerlio, protectore Russiae, approbata, et transactiones factae a R.mo D.no Episcopo Pinsensi cum Religione, firmiter observentur; Religio vero cum noviciatu nulliter pulsa monasterio et bonis, mandato Eminentiarum Vestrarum reinducatur, damna porro illata per R.mum D.num Episcopum Pinsensem, idque notabilia, monasterio Vilnensi refundantur.¹²² Nisi enim hoc monasterium cum bonis restituatur Religioni, evidens instat exterminium tum Religionis tum noviciatus, ac proinde Unionis Sanctae. Quod neutiquam permittent Eminentiae Vestrae. Sacras interim purpuras Eminentiarum Vestrarum devotissime exosculantes, nos gratiae Eminentiarum Vestrarum instantissime devovemus et etiam scribimur

Eminentissimarum et R.marum Dominationum Vestrarum humillimi, devotissimi et obligatissimi Servi

Cyprianus, Archiepiscopus metropolitanus totius Russiae et Polocensis (m. pr.).

Leo Zaleski, Protothronius totius Rhussiae, Episcopus Vladimiriensis et Brestensis.

Iacobus Susza, Episcopus Chelmensis et Belzensis, A.Z. (m. propria).

Stephanus Martisziewicz Businski, Protoarchimandrita Ordinis S. Basilii Magni.

Georgius Maleiewski, O.D.B.M., Consultor, Superior Zyrovicensis, (m. pr.).

125.

Chelma, 19. III. 1680.


Jacobus Susza, Episcopus Chelmensis, de Colloquio Lublinensi, de difficultatibus Unionis, de Decimis Chelmensisibus, de Scholis etc.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. particolari*, vol. 25, fol. 121rv-124.

Eminentissime et Rev.me Princeps, Domine, Domine et Protector Amplissime.

Credo facile Vestrae Eminentiae iam de Congressu nostro Lublinensi

¹²² Archimandrita Vilnensis, Marcianus Bialozor, Archimandriam hanc retinebat usque ad annum 1679, quo anno in Capitulo Zyrovicensi Archimandriæ Vilnensi cessit, sed sibi titulum usque ad mortem retinuit (1707), ut Ep. Pinsensis (ad an. 1697) et dein Archiep. Polocensis (usque ad an. 1707).



GABRIEL KOLENDA - ARCHIEPISCOPUS POLOCENSIS
(1655 - 1674)

cum Schismaticis innotuisse. Qui ex parte nostra splendidus sane fuit, et quoad personas, et quoad doctrinam, et quoad numerum personarum; Schismatici etiam cum Clero suo, nobilitate, et ex Confraternitatibus varii Cives numerosi comparuere. Qua super re Patri Admodum R.do Procuratori nostro pluribus exaravi. Sed ad effectum S. Regiae Maiestatis intentiones, et nostra desideria non sunt deducta, quia Schismatici, in Volhinia Nobiles, facta cum suis Spiritualibus quadam conspiratione, omnibus modis apud Regiam Maiestatem et aulicos institerunt, hoc tam sanctum ut pessundarent opus, et effecerunt. Praetendebant, se nulla ratione, sine suorum scitu Patriarcharum, eam in fide nobiscum concordiam posse concludere. Addebat id quoque iuribus suis contrarium esse. Unde Regiae Maiestati supplicaverunt, ut istud eorum nobiscum de fide Colloquium inhiberet. S.R. Maiestas ad Patriarchas recurrere, nullatenus ipsis permisit. Legibus enim Reipublicae cautum, ne ullum ad ipsos recursum habeant. Et Colloquium licet nunc propter certos Patriae respectus suspenderit, nihilominus iterum congregari nos vult Lublini, pro 24 Iunii anni praetereuntis.

In quo Sacrae Regiae Maiestatis voluntatem, tanquam fideles subditi, venerari et exequi procurabimus. Verum tamen quia longe suavius et facilius res nostrae, et concordia ista desideratissima, promoveri possent in praesentia tam Regiae Maiestatis, quam Ill.mi D. Nuncij, et Schismatici difficulter studia in contraria scinderentur, curaque Regiae (f. 121v) Maiestatis, nec non Ill.mi Nuncii, non minus variis turbationibus quam difficultatibus obviaretur. Ideo, qua ad Sanctissimum Dominum D.N. Clementissimum, qua ad S. de Fide Propaganda Congregationem scripsimus, qui sua authoritate S.R. Majestatem stimulare et accendere dignentur, ut ne nobis suam subtrahere praesentiam velit, et vel Lublini, vel prope Lublinum consistere, ut nostra negotia et consilia ad Regiam Maiestatem, et mandata suae Maiestatis ad nos citius commeare possint; atque a praesente Ill.mo Nuncio omnium actionum nostrarum rationes ponderentur, et fructuose dirigantur. Quocirca Vestrae Eminentiae et Ill.mus Metropolitanus, et alii omnes Praelati, et Religiosi supplicamus, quatenus haec nostra desideria, per Vestram Eminentiam tam apud SS.mum Dominum Nostrum, quam apud Sacram Congregationem promoveantur.

Porro ipsa Maiestas Divina, et tanta, tamque necessaria Unioni Sanctae in fide Ruthenorum concordia, Vestrae Eminentiae, pro conatibus et laboribus suis, merces erit magna nimis. Mea insuper negotia privata, in quibus toties Vestram solicitavi Eminentiam, eidem intime commendabo. Decimas nimirum ex Ruthenis, quas decretis, imo censuris superaggravatoriis, mihi meoque Chelmensi Clero S. Romana adiudicavit Rota, Capitulum vero latinum Chelmense, cum clero suo impediente,

et prohibente totaliter Ill.mo Episcopo latino Chelmensi restituere non vult. Quod ipsum si executioni daretur, et eiusmodi nostrorum oppressio tolleretur, magnum adderet Schismaticis stimulum, ad amplectendam in fide sancta unionem.

Quin etiam toties supplicavi de Scholis nostris Chelmensibus, in quarum praeiudicium et eversionem Patres Piarum Scholarum, a praeterito Suffraganeo Chelmensi, ante tredecem non amplius annos, Chelmam, ad ecclesiam (f. 124) Parochialem introducti sunt, pro quibus etiam nunc enixe supplico. Oppressiones nostras, et aliorum, a Patribus istis, et studiosis eorum Nuncio Illustrissimo autentice transcriptas, ut Roman transmittenterentur commendavi. Nescio tamen utrum sint transmissae. Verumtamen ne Cancellaria Illustrissimi Domini ipsis faveat, quod hucusque Roma hoc super negotio nihil habeamus. Alias Patres Piarum cum Scholis suis possent transferri ad Cathedram latinam Crasnostaviam; nostrae autem Scholae Chelmae, ad antiquissimam Cathedram meam Ruthenam iuxta Tridentinum fundatae, longeque ante ipsos practicatae, et Cracoviensi Academiae incorporatae, in pace manerent. Qua de re etiam ad Sacram de Propaganda Fide Congregationem fusius scripsi. Quae universa dum toto pectoris conatu, et omni mentis demissione a Vestra Eminentia exoro, humillimis meis eidem delatis obsequiis, diu eandem Sanctae Ecclesiae, et Nostrae Unionis ornamento, et Protectioni vivere peropto.

Chelmae, Martij 19, 1680.

Vestrae Eminentiae indignus Servus et Exorator

Jacobus Susza, Episcopus Chelmen. et Belzen. (mpr).

126.

Roma, 1. VII. 1680.

Instantia Joannis Malachovskij, Episcopi Peremysliensis, de eius difficultatibus et petit, ut possit Episcopatum abrenuntiare.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. gen.*, vol. 479, fol. 57-58v.

Emin.mi Signori.

Monsignor Giovanni Malachouschi, Vescovo di Premislia Unito, humile Oratore dell'EE.VV., con ogni riverenza espone come avanti dieci anni, essendo stato fatto Vescovo di detto Vescovato, per haver cura di quelli pochi Uniti che ivi si ritrovano, con speranza che alla morte dell'altro Vescovo schismatico havesse egli da rimanere assoluto Pastore di tutta la sudetta Diocesi, che nel numero della gente non è punto inferiore à molte altre, stante che si contano da cinquecento in seicento mila anime, et con ciò poter far nuovi acquisti di fedeli, et accrescere la Santa Unione,

procurò sempre di mantenersi nel miglior modo che ha potuto con li aiuti benignamente somministratigli parte da questa Sac. Congregatione, parte dalla Sac. Maestà dell'Imperatore, con li di cui stati confina, et parte dalla Serenissima Republica di Polonia. Ma essendo ultimamente morto il Vescovo Scismatico, chiamato Vinnisch, grande avversario degl'Uniti, il moderno Serenissimo Re di Polonia, in cambio di concedere libero il possesso di quel Vescovato all'Oratore, conferì il privilegio di successore al Nepote del morto Vescovo, non ostante che anch'egli sia scismatico, et Emolo dell'Oratore, per causa del cattolicesimo. Laonde vedendo l'Oratore di non poter più sussistere per essergli mancate da ogni banda le speranze, supplica humilmente l'EE.VV., acciò si degnino concedergli licenza che possi rinuntiate al Vescovato, et ritirarsi in qualche monistero à finir sua vita in servitio di Dio. Resterà con obbligo di pregar S.D.M. per la salute dell'EE.VV. Quas Deus etc. etc...

(f. 58v) Alli Emin.mi Signori Cardinali della Sac. Congr.ne de Propaganda Fide.

Per Monsignor Gio. Malachouschi, Vescovo di Premislia Unito.

Die prima Iulij 1680: Certioreetur Nuncius Apostolicus de contentis in memoriale et eidem iniungatur, Episcopo pro viribus assistere.

127.

Roma, 6. VIII. 1680.

Instantia Metropolitae Kiovensis et Protoarchimandritae pro liberatione Archimandriae Vilnensis ab Episcopo Pinsensi.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. gen.*, vol. 480, fol. 41-42v.

Emin.mi Signori.

Il Monsignore Cypriano Zochouschi, Arcivescovo Metropolitano di tutta la Russia, et il P. Stefano Martischevicz, Protoarchimandrita Generale de Monaci Rutheni Uniti, insieme con tutto il Capitolo Generale fatto in Zirowicz l'anno prossimo 1679, con la dovuta riverenza espongono all'EE.VV. come nell'antecedente Capitolo convocato nell'anno 1675, et da questa Sac. Congregatione approvato sotto li 13 Aprile 1676, fu tra le altre cose stabilito, che le Inrate dell'Archimandria, o sia Abbatia di Vilna non si dovessero tirare da verun particolare, ma si applicassero al mantenimento di quel Monistero, et del Noviziato della medesima Religione. Et questo medesimo fu confermato nell'altro accennato Capitolo del 1679. Ciò non ostante il Monsignore Martiano Bialosor, Vescovo di Pinsco, non ha voluto mai lasciare libera la suddetta Abbatia. Et perche ciò risulta in grave pregiudicio degl'Oratori, si per il poco conto che si fà

deg'l'ordini da loro legittimamente dati, et da questa S. Congregazione approvati, come per il danno che ne ricevono li suddetti Monisteri, mancando il loro assegnamento, però supplicano humilmente l'EE.VV. si degnino spedir ordine al detto Monsignor di Pinsco, che si astenga da simili violenze, e lasci libere l'entrate della suddetta Abbatia, per applicarsi secondo che è stato risoluto nelli due ultimi Capitoli Generali. Et Deus etc. etc...

(f. 42v) All'EE.mi Signori Cardinali della Sacra Congregatione de Propaganda Fide.

Per Monsignor Metropolita della Russia, et il P. Generale de Monaci Rutheni Uniti.

Die 6 Augusti 1680: Ad Nuntium Poloniae, ut instet pro exequutione.

D. Archiep. Seleuc., Secretarius.

128.

Roma, 26. XI. 1680.

Instantia Archiepiscopi Grevenensis pro hospitalitate in Collegio SS. Sergii et Bacchi.

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni generali*, vol. 489, fol. 121-122v.

Beatissimo Padre.

Cirillo Giustiniani, di Rito Greco Cattolico da Scio, Arcivescovo di Greveno, e di Vezi, humilissimo Oratore della S.V., genuflesso alli SS.mi Piedi di Vostra Beatitudine devotamente l'espone, com'essendo capitato in quest'Alma Città per visitare i luoghi Santi, et essere ammesso nella professione della Santa Fede Cattolica, e per non esser sufficiente à mantenersi del proprio, ha supplicato la Santità Vostra, che sia almeno provisto di qualche habitatione, benchè tenuissima; fu ordinato alla S. Congregazione di Propaganda Fide, e da essa fu risoluto, col consenso della Santità Vostra, che se gli dasse un paro di stanze nell'Hospitio de SS. Sergio, e Bacco di Ruteni di Rito Greco. E perche ha fatto le sue difese, e trovato molte difficoltà il Priore di quel luogo, non pare, che sia riuscibile il disegno d'essere ammesso ivi; supplica per tanto di nuovo la benignità della S.V. si compiaccia ordinare sij provisto in altra forma, che parerà alla Santità Vostra. Quam Deus etc. etc...

(f.122v) Alla Santità di N. Signore Papa Innocentio XImo.

Per Cirillo Giustiniani, di Rito Greco Cattolico, Arcivescovo di Greveni, e di Vezi.

Die 26 Novembris 1680: Ad Emin.mum Alterijs.

129.

Varsavia, 18. III. 1681.

Declaratio Commissionis regiae de conditionibus ecclesiasticis in unione Episcoporum Leopoliensis et Peremysliensis, variis punctis digesta.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. gen.*, vol. 535, fol. 130-132; *Congress.* vol. 2, f. 82.
MUH, vol. IV, p. 103, n. 52.

Nos infrascripti, a Serenissima Majestate Regia Joannis III, Dei Gratia Poloniae Regis, Magni Ducis Lituaniae, Russiae Prussiae, Masoviae, Samogitiae, Livoniae, Smolensciae, Severiae, Czerniechoviaeque, ad hunc Actum delegati, declaramus.¹²³

Quod licetsi solius providentiae Divinae sit corda hominum dirigere eademque luce veritatis illuminare et ad viam salutis reducere, attamen divina Bonitas, volens ulterius eijsdem providere, per Reges, Duces, Magnates aliosque Vasallos suos, uti per instrumenta sua dignatur talia media et vias invenire, quibus ad sanctum et optatissimum portum, felicemque finem perveniatur.

Et haec quidem liquido patent modernis temporibus experimento, quando Serenissimus Rex, bello clarus, victoria gloriosus, Domi vir consilij, et circa Cultum Divinum promovendum accerimus zelator, non desistit ab hoc pio opere, ut major Dei gloria crescat, Cultus Divinus augeatur, et credentium populus Deo, Ecclesiae, Caelo lucretur, et uniatur. Idque secutus vestigia Praedecessorum suorum felicis recordationis Serenissimorum Regum Poloniae, Sigismundi Tertii, et Vladislai Quarti, qui multum allaboraverant, ut populus illorum Dominio subjectus, et extra Sanctae Romanae Ecclesiae obedientiam sine Pastore errans, ad Gremium ejusdem Ovulis reduceretur, sed quia hactenus non est praestitum, modernus Serenissimus Rex in his allaborat.

Et videtur quod secundet vota ipsius Deus, quando ex principalioribus, tam Cleri, quam Nobilium Graeco-Rutheni Ritus, cum omni facilitate, affectu, inclinatione, et promptissimo animo aspirant, et volunt Sanctae Romanae Ecclesiae sese aggregare. Quae res, uti Deo chara, Angelis Dei laeta, S.R.E. decora, Sanctissimo D. Innocentio Papae XI, Catholico Romano, et Universali Pontifici grata, ita Serenissimo Regi, et toti Reipublicae Polonae (praecipue in his calamitosis temporibus) proficia, non dubitatur.

Idcirco Sua Majestas nos infrascriptos delegatos, ad hoc munus

¹²³ Commissio haec agebat de mandato Regis Joannis Sobieski (1674-1696), ut unioem eparchiarum Leopoliensis et Peremysliensis ad affectum deduceret.

specialiter electos, destinavit, ut possimus desideria Gentis Graecoruteneae, tam Cleri quam Nobilium intospice, trutinare, et communem pacem atque unitatem invicem coadunare. Et quidem Sua Majestas non abfuit votis nostris, et hoc moderamen nostrum promissa est cum tota Republica adimplere.

Primo. - Ritus Graecus, uti a principio in Synodis Oecumenicis, per Patres Spiritu Sancto afflatos, est ordinatus, a Sancta Sede Apostolica approbatus, et pro sancto pariter uti Ritus Romanus acceptatus, ita in integro suo statu perpetuum maneat.

(f. 130v) 2do. - Beneficia Ecclesiastica in Dioecesibus, pertinentia ad Ritum Ruthenum (uti sunt Episcopatus, Abbatiae seu Archimandriae) in vita et Religione Sancti Basilij probatis Viris et ipsis Nobilibus Ruthenis, illis in Regno, his in Magno Ducatu Lithuaniae existentibus, vigore Legum pristinarum conferri debent. Beneficia autem minoris Classis (uti sunt Ichumeniae id est Praepositurae in Caenobijs Monachorum et his similia), dignis Personis, quas loci Ordinarius, secundum legem et consuetudinem cuiuslibet Monasterij servientem elegerit, Suae Majestati praesentabit et approbabit.

3to. - Spirituales Graeci Ritus, praecipue saeculares Sacerdotes gaudeant omnibus libertatibus, juxta leges Canonicas et Legem antiquam Regni, et recentiores a S. Regia Majestate munitiones, in quibus per expressum exprimuntur immunitates eorundem, quibus Forum competens apud proprios Episcopos, ita uti Spiritualibus Ritus Latini in foro Fori spiritualis praescribitur, concedatur. Venerabiles autem Personae R.ндissimorum Episcoporum Graeci Ritus charactere aequantur Personis R.ндissimorum Dominorum Episcoporum Latini Ritus in Foro competenti.

4to. - Confraternitates et Monasteria, quae privilegijs Patriarchalibus et immunitatibus hactenus gaudebant, ut in suo vigore, et robore permaneant. Dependentia tamen in bono Regimine exercendo, uti sunt Visitationes, Censurae, Impressiones, Calculationes, et in Communicatione Spiritualium Capellanorum pertinebit ad R.ндissimos Episcopos.

5to. - Justum iudicavit sua Regia Maiestas, ut Clerus Ritus Graeci, in Tribunalitijs Regni possit habere suum Delegatum, in quibus suam Regalem interpositionem promittit se habere ad omnes Status Reipublicae in his Comitijs. Insuper pollicetur, ut tollantur pensiones, quae hactenus solvebantur.

6to. - In Comitiolis particularibus, ut concedatur activitas, post Ill.mos Dominos Senatores Regni, sua Regia Majestas procurabit, et hoc negotium Dominis Nuntijs Palatinatum et Terrarum se promovendum pollicetur.

7mo. - Privilegium S.R.M. pie defuncti Sigismundi Tertij, quod sonat, ut Clerus Ritus Graeci Regiae Majestati assistat, in omnibus sua Majestas approbat et conservat.

8vo. - Nobiles, Cives et quilibet pro suo Statu et Conditione in Ritu Graeco existens, gaudebunt omnibus praerogativis et immunitatis, sicut gaudent in Ritu Latino; praesertim Cives oppidani in Magistratis per Civitates et Oppida in Iure Civili, ut possint eligi in Consules, Scabinos etc. Denique Mercaturas omnes excercere, Domos in circulo Civitatis aedicare, emere et omnibus juribus et privilegijs Ritus Romani gaudere possint, tam in Regno Poloniae, quam in Magno Ducatu Lithuaniae, qui ex Graeco Ritu ad Unionem S.R.E. accesserunt.

(f. 131) 9no. - Metropolia Kjioviensis, ut sit penes Personas electas in Regno Poloniae, ad quam tamen electionem debebunt pertinere, et digni in Regno Poloniae, et hi qui in Magno Ducatu Lithuaniae existunt, tam Clerus, quam Nobilitas; Praesentatio tamen debetur Serenissimo Regi; quam videlicet Electionem procurabit Serenissimus Rex apud Sanctam Sedem Apostolicam, tanquam rem utilem et salutarem. His tamen stantibus, vivente R.ндissimo Domino Zuchowski, Metropolita in Lituania esidente, more aliorum Episcoporum in Unione S.R.E. permanentium et illi pro Superiore eundem agnoscere volunt.

10. - Et quoniam ante aliquot annos per Privilegium data fuit administratio a Serenissimo Rege Metropoliae Kijoviensis R.ндissimo Domino Szumlanski, Episcopo Leopoliensi, instare debebit Sua Regia Majestas apud Sanctissimum, ut haec administratio approbetur.

11. - Circa Episcopatum Premysliensem Graeci Ritus talia media invenit Sua Regia Majestas, ut omnes dispositiones ecclesiarum, Bonorum et Praesbyterorum maneant penes R.ндissimum Dominum Winnicki, Episcopum modernum Premysliensem, et utatur iisdem possessionibus, quibus gaudebant et Praedecessores ipsius; R.ндissimus autem Dominus Malachowski, Episcopus Premysliensis Unitus, super ecclesias et Praesbyters, antequam ad aliud Beneficium pingue transferatur, sua iurisdictione utatur.

12. - Et quoniam Episcopatus Leopoliensis per avulsionem Bonorum est totaliter depauperatus, idcirco advitalitio modo pertinere debebunt ad R.ндissimum Dominum Episcopum Leopoliensem modernum Villa quaedam, scilicet Grodek et Obarow, quae olim pertinebant ad Archimandriam Peczariensem in Kijovia. Itidem Monasterium Hoyscense cum attinentijs. Itidem in Poloscia ad Metropoliam Kijoviensem pertinentia Bona, et aliae Villae, quas nullo jure possidet R.ндissimus Dominus Episcopus Smolensensis. Instabit itaque sua Regia Majestas, ut sine

ulla disceptatione reddantur possessioni R.ндissimi Episcopi Leopoliensis Ritus Graeci. Ad Haliciensem vero Cathedram, Podgrodzie, alias Dokol, uti tam res parva et minoris conditionis, ut eidem Cathedrae Haliciensi incorporetur, procurabit in modernis Comitiis Regni sua Regia Majestas. Et praecipue quia sponte his Bonis Regalibus abdicavit Magnificus ac Generosus Dominus Galecki, Colonellus S.R.M.

13. - R.ндissimo Domino Winnicki, Episcopo Premysliensi, licebit iure repetere avulsa bona, quae pertinebant ad Episcopatum Premyslien- sem, acceptis his quae ad Oeconomiam Samboriensem nunc pertinent.

14. - Census, qui Monasterio Derevianensi iniuste est impositus, ut tollatur ex consensu Reipublicae.

15. - Monasteria omnia, cum Religiosis et Monachis, pertinere debent ad cujuscunque loci sui Ordinarium.

(f. 131v) 16. - Quod autem attinet ad Praesbyteros in Bonis Regalibus existentes in Ritu Graeco, illi debebunt uti illis Beneficijs per investitutram et institutionem R.ндissimorum Episcoporum, ut primo probentur, et idonei inveniantur Officij hujus capessendi, ne barbaries irrepent defectu scientiae. Et ne haereditate Sanctuarium Dei possideant.

17. - Seminaria, in qualibet Dioecesi erigantur, et accessus ad eadem hominibus Ritus Graeci ad humaniores et speculativas scientias, per Accademias et Collegia, tam in Regno quam in Magno Ducatu Lithuaniae ne prohibeatur.

18. - Dominum Basilium Korendowicz, Alexandrum Zurakowski, Joannem Mokrzycki, Alexandrum Kraczkiewicz, Constantium et Alexandrum Tarnowskich ad praerogativas Nobilitatis ex tam pio motivo recommendatura est Sua Regia Majestas Statui Reipublicae.

19. - Interponet iterum suam instantiam Regalem Serenissimus Rex ad Sanctissimum, ut juxta Bullam Urbani Octavi non liceat de Ritu in Ritum transire pro libitu cujuscunque ne confussio Jurisdictionum nutritiatur. Item ne misceantur R.ндissimi Domini Episcopi latini jurisdictioni R.ндissimorum Episcoporum Graeco-Ruthenorum. Excommunicatis ne faveant, neque ullam protectionem exhibeant. Itidem Magnifici Domini Possessores, Haeredes, Tenutarij ne exorbitantes Praesbyteros protegent, sed illos ad Censuras ecclesiasticas loci Ordinariorum (quia haec sunt justitiae) remittant.

20. - In quantum, favente Caelo, Patriarchatus Constantinopolitanus redierit ad dependentiam pristinam a Prima Sede Apostolica, tum temporis non negabit Serenissimus Rex et tota Respublica, ut ad antiquam redeant Episcopi Graeco-Rutheni ab eodem Patriarchatu dependentiam.

Et quoniam hujus Nostrae Compositionis Actus Constitutionibus Anni Millesimi sexcentesimi septuagesimi septimi non est sortitus suum effectum, curabimus omnino ut sortiatur, conservantes eidem tempus et occasionem, ut in suo vigore et robore consistat.

Insuper S.R.M. declarat suam Regiam protectionem, et omnimodam propensionem, tam personae Praesbyterorum ad Sanctam Unionem sese inclinantium, quam Bonis eorundem, contra omnes alias quicunque voluerint vi vel aliquo praetextu eosdem persequi.

(f. 132) Hanc eandem gratiam praestare ijsdem Praesbyteris pollicentur Ill.mi Domini ad hunc Actum delegati, praecipue Ill.mus Dominus Palatinus Cracoviensis, Ill.mus Dominus Palatinus Kioviensis, Ill.mus Dominus Palatinus Terrarum Russiae, Magnus Dux Exercituum Regni, Illustrissimus Dominus Mareschalcus Regni.

Et pro majori fide, valore et integritate (ex expressissima voluntate Serenissimi Regis, Domini Nostri Clementissimi), haec omnia superius scripta manibus proprijs subscrispsimus, et Sigillis nostris confirmavimus.

Datum Varsaviae, die 18 Mensis Martij, sub tempus Comitiorum Majorum Varsaviensium, Anno Domini Millesimo sexcentesimo octuagesimo primo.

X. Joannes Stanislaus Witwicki, Episcopus Kijoviensis, ad hunc Actum a Sacra Regia Majestate delegatus.¹²⁴

Andreas Potocki, Palatinus Cracoviensis.

Stephanus in Czerniechow Niemierzyc, Palatinus et Generalis Terrarum Kijoviensium.

Stanislaus Jablonouski, Palatinus Terrarum Russiae, Exercituum Regni Dux, Delegatus ad hunc Actum a Sacra Regia Majestate.

Franciscus Sigismundus Galecki, Supremus culinae Regni Praefectus. (Locus sigilli) (locus sigilli) (locus sigilli) (locus sigilli) (Locus sigilli)

130.

Varsavia, 27. III. 1681.

Leopoliensis et Premisliensis episcopi Rutheni Pontificem de eorum ad Ecclesiam Romanam reditu certiorem reddunt, quos Metropolita et reliqui Episcopi Rutheni catholici eidem commendant, precesque de fundando Seminario et typographia Slavonica repetunt.

ASV, *Vescovi*, vol. 64, fol. 64 et 67.

THEINER A., *Vetera monumenta Poloniae*, vol. III.

¹²⁴ Stanislaus Witwicki, Episcopus Kijoviensis latinus (1677-1680), dein Luceo-riensis (1680-1688), demum Posnaniensis (1688-1697).

S.me ac B.me in Christo Pater, D.ne D.n^e Clement.me.

Parvas, sed utiles manifestationis meae nectebam moras, ut Sanctitatis Vestrae Apostolicos pedes numerosiori accendentium Praesulum et mitratorum possem (ut promiseram) mille basiis amplecti. Ecce, Sanctissime ac Oecumenice Orbis et Urbis Arbitr, Leopoliensis et Praemisiensis, duae vastissimae Dioeceses una cum suis Pastoribus, nec non duobus Unioviensi et Ourucensi, tertio autem Melecensi, absente licet, sed per Epistolam Catholicam ad me scriptam tanquam praesente, Archimandritis,¹²⁵ Monasteriis et Cleri numero innumero vocem Sanctitatis Vestrae iam audiunt, et ab illa penduli cum hac Catholica confessione accedunt, ut recognoscant Primatum Sanctitatis V., et Processionis vivifici a Patre Filioque Paracliti sacrosanctum ore cordeque profiteantur dogma. Horum omnium post Deum primum et principale movens fuisse S. Reg. Maiestatem, Dominum meum Clementissimum, qui uti ad felicitatem declaratissimam huius Reipublicae celitus est datus, ita ad clavum eiusdem constitutus inter tot ac plane immensas curas Roxolanae Gentis conversionem, sic disponentibus Superis, meditatus curavit et efficit. Professionem sacrosanctae Oecumenicae Florentinae Synodi ab Orientalibus praestari solitac in praesentia Ill.mi ac R.mi Episcopi Chioviensis, nec non Ill.mi et Excell.mi D.ni Palatini Russiae, Exercitum Regni Campi Ducis, S. Regiae Maiestatis ac Reipublicae incomparabilium Commissariorum et moderatorum emisimus, et subscriptionibus nostris roboravimus. Superest, ut Sanctitas V. profitentium Oratorum supplicationibus annuat, et apud S. Regiam Maiestatem mediante optimo rerum nostrarum Ecclesiae fauatore et moderatore Ill.mo D.no Archiep.p^o Ephesimo, Nuntio Sanctitatis V. Apostolico, iuribus et immunitatibus nostris conciliet diuturnitatem. Nunc vero quam devotissime fixis osculis pedibus Sanctitatis V. eiusdem supremam, quae in Orbe est, imploramus benedictionem.

Varsaviae, 27 Martii, Anno Domini 1681.

Sanctitatis Vestrae D.ni D.ni mei Clement.mi humillimi et devotissimi sacellani et creaturae

Iosephus Szumlanski, Episcopus Leopoliensis et Camenecensis, Administrator bonorum Metropoliae Kioviensis Ritus Graeci Unitus.

Innocentius Winnicki, Episcopus Premisiensis.¹²⁶

¹²⁵ Agitur de Archimandrita Unioviensi (B. Szeptyckyj), et Ovrucensi (Sylvester Tworowski); Melecensis vero fuit absens, et scriptis tantummodo huic professioni adhaesit (Stephanus Horain, ob. an. 1690).

¹²⁶ Innocentius Wynnyckyj, Episcopus Peremysliensis (1680-1700); anno 1692-3 eparchiam Peremysliensem cum Sede Apostolica univit et proclamavit; cfr. de eo plurima documenta huius voluminis et sequentis, secundum Indicem nominum et rerum.

131.

Varsavia, 12. IX. 1681.

*Nuntius Poloniae (Palavicini) Protoarchimandritae OSBM super variis
oppressionibus illatis Ordini Basiliano a Metr. Zochowskyj et episcopis.*

*Ponenza in SCPF: Congregatio Ss.mae Trinitatis OSBM contra Fiscalem Curiae
Metropolitanae Kioviensis et Provinciam Poloniae, Summarium, nr. 9, Typis de Comi-
tibus, a. 1741.*

Reverendissime Pater.

Vir aliquis, licet non sit ex vobis, vos tamen amat, vestrumque pro-
fectum desiderat, mihi in secreto dixit Vos in nonnullis valde gravari
ab iis, qui olim vestri Fratres fuerunt, nunc elevati sunt super vos; ac-
cepi enim aliunde plura desiderari et fieri posse pro bono vestri Ordinis,
ut refloreat, et doctrina, et pietas, in eo augeantur, et crescant, et ego
ex parte mea sum paratus indigenti dexteram porrigit. Paternitas Ves-
tra Reverendissima consulat prudentes, et magis zelosos et pios, quique
Religionem ut Matrem vere amant, super re tanti ponderis, et scribat
deinde me exacte, et libere, res enim secreta erit, et ego quo consilio,
quo favore, qua authoritate opem praestabo; interim eidem omnia feli-
cissima praecor.

Varsaviae, 12 Septembbris 1681.

Paternitatis V. Reverendissimae officiosissimum ad omnia,

Archiepiscopus Ephesinus.

132.

Varsavia, 18. X. 1681.

Archiepiscopus Ephesinus (Nuntius Palavicini) Protoarchimandritae OSBM.

*Ponenza in SCPF: Congregatio Ss.mae Trinitatis OSBM contra Fiscalem Curiae
Metropolitanae Kioviensis et Provinciam Poloniae, Summarium, nr. 9, Typis de Comi-
tibus, a. 1741.*

Reverendissime Pater.

Oportet forti animo esse, nec formidare vultum potentium, melius
enim est incidere in manus hominum, quam in manus Dei, sed etiam ab
eo Sanctae Sedis Authoritas vos praeservavit et c... praestaret dignum
Patrem ab exordio esse Romae, et si ego hinc alio mitterer, opportunum
esset sub alio Nuntio rem ex rdiri, ne interim, ut timetis, molestia vobis
aliqua inferatur, vel potius ne quod fieret, quod repeti oporteret; ad Pa-
ternitatem Vestram Reverendissimam mitto aliqua exemplaria Iubilaei
pro suis Monasteriis, quod tamen incipiet, cum ab Episcopis tempus et

alia decernentur; et Paternitati Vestrae Reverendissimae felicia omnia
praecor.

Varsaviae, 18 Octobris 1681.

Archiepiscopus Ephesinus.

133.

Sopron, 13. XII. 1681.

Diploma institutionis Joannis Lipnicki pro Vicario Mukačoviensi.

BIBL. UNIV. BUDAPESTINAE, *Manuscripta Henevesiana*, vol. 70, fol. 157-158.
HODINKA A., *Okmanytara...*, nr. 208, pag. 254.

Georgius etc.¹²⁷ Celsissimis, Exll.mis, Ill.mis, Rev.mis, Spec.bus ac Magnif., Admrev.dis, Generosis, Prudentibus ac Circumspectis utpote principibus, praelatis, magnatibus et nobilibus item lib. reg.que civitatum magistratibus, signanter autem religiosis Gr. R. monasterii Munkacsensis universisque et singulis ejusdem ritus tam sacerdotibus quam saecularibus in 13 cot.tibus partium Regni Hungariae superiorum salutem, quibus vero competit, etiam officiorum nostrorum promptitudinem ac paternam in domino benedictionem.

Postquam nobis innotuisset, quod errores, defectus, imo scandala invaluerint inter fideles Gr. R. in 13 praefatis cot.tibus commorantes, potissimum ob absentiam ab illis partibus moderni Rev.mi D. Ep.pi Munkacsensis dioecesani eorundem,¹²⁸ ex eo ad tollendos et avertendos ejusmodi perniciosos casus expediens et necessarium fore judicavimus constituendum esse ibidem certum Vicarium, qui dicti D.ni Ep.pi munia obeundo ea, quae noxia fore videbuntur, corrigat, et quae salutem animalium concernunt, agat, exerceat, constituat et promoveat. Et quia prae aliis vel maxime recommendatus nobis fuit a compluribus pro moderando eodem vicariatu dilectus in X.to Joannes Lipniczky, vir ejusdem Ritus, nec non linguae Ruthenorum gnarus, exinde nos quoque induci probitate, experientia et vitae morumque integritate ejusdem, tamquam personam idoneam ipsum ad officium vicariatus memorati Ep.patus Munkacsensis autoritate nostra metropolitana et primatiali denominandum, constituendum duximus et declarandum. Quocirca universos et singulos supranominatos competenter requirendos censuimus, quatenus mentionatum Joannem Lipniczky in praefato officio fovere et protegere non

¹²⁷ Georgius Szelepscenyj, Archiepiscopus Strigoniensis (1666-1685).

¹²⁸ Certis temporibus ut administrator eparchiae Theophanes Maurocordatus (1676-1686) fuit absens, praesertim ob insurrectionem Tekelyanam.

dedignentur, vobis vero specificatis Religiosis, clero et saecularibus etiam in virtute sanctae et salutaris obedientiae harum serie firmiter commitimus et mandamus, ut antelatum Joannem Lipniczky pro vicario vestro agnoscere eidemque debitum et honorem et obedientiam deferre, denique in omnibus parere et obtemperare debeat ac teneamini in S.N.J. PP. Ex. Re. etc.¹²⁹

Datum Sopronii, die 13 Decembris, a. incarnationis Jesu X.ti 1681.

134.

Chelma, 19. I. 1682.

Instantia Jacobi Susza, Episcopi Chelmensis pro alumnatibus in Collegiis romanis cum adductione causarum et necessitatum.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. gen.*, vol. 483, fol. 170.

Ill.me et Rev.me Domine, Domine et Patronne Colendissime.¹³⁰

Uti praesens Vestrae Ill.mae et Rev.mae Dominationi Varsaviae supplicavi, ut locum in Collegio de Propaganda Fide mei Religiosi Chelmenses possint habere, ita absens, ea qua par est et debo Vestrae Ill.mae Dominationi contentione supplico: dignetur hac super re Sacrae Congregationi exponere, et authoritatem suam apud eandem efficacem interponere. Litteras Eminentissimi olim Barberini, Cardinalis Sancti Onuphrii, in copia autentica Nuntiatura, Vestrae Ill.mae D. transmitto, originale quidam e nostris Romae perdidit. Nihilominus est verissima copia extracta tempore Nuncii Apostolici, piae memoriae de Torres. Potestque in Actis inveniri, nisi forte Acta sint combusta, quod evenit tempore Svecorum Varsaviam invadentium. Haberem etiam modo tres pro Theologia bonos iuvenes mittendos, si possibile; sin minus, duos mitterem. Quod si accederet Sacrae Congregationis gratia, ut pro semper mitti possent etiam imposterum tres vel duo Chelmenses, maximum S. Fidei nostris in partibus accederet emolumenntum. Nam in istis partibus Russiae nulla sunt monasteria, nulli Religiosi uniti, excepta Chelma. In Volhinia sunt aliquot Monasteria, in ducatu Ostrogiensi Unitorum, sed nulla erudita subiecta. Quocirca magno fructui haec concessa a Sac. Congregatione Chelmensibus meis Religiosis foret gratia; possentque aliquae Chelma dignorum virorum alio deduci coloniae; in Lituania sunt et monasteria, sunt et viri docti. Sed in istis partibus ut pauca Monasteria, sic digni operarii longe paucissimi. Quicquid igitur Vestrae Ill.mae D. a SS.mo Domino Nostro et Sac. Congre-

¹²⁹ Conclusio huius epistolae non est clara, sed ita habetur apud A. Hodinka.

¹³⁰ Ut videtur Nuntio Varsaviensi, Opitio Pallavicini (1680-1688).

gatione de Propaganda Fide obtentura est, hoc cedet in gloriam Divinae Maiestatis, Fidei Sanctae incrementum, et animarum plurimarum salutem, quarum V. Ill.ma Dominatio in caelo recipiet Coronas.

Quod dum saepius ac iterum a V. Ill.ma et Rev.ma Dominatione submisso et enixe peto, me ipsum quam diligentissime eiusdem favoribus commendabo.

Chelmae, Januarii 19, 1682.

Vestrae Ill.mae et Rev.mae D.nis obsequentissimus Servus et Exorator
Jacobus Susza, Episcopus Chelmen. Unitus (mppria).

Copias istas dignetur, si possibile, remittere mihi, quia valebunt et in posterum, dignetur autem per Patres S. Lublinum transmittere.

Atque ita ad me indubitanter pervenient. Rogo etiam V. Ill.mae D., ut de Episcopatu Munkaczoviensi ad Ill.mum Nuntium Viennensem scribere velit, in quo negotio V. Ill.ma D. praeteritis scriptis committit et nostri Praelati variique Senatores ad suam Aug. Maiestatem, ut conferret isti egregio Juveni, qui est modo in nostro Noviciatu.

135.

Cholm, 21. I. 1682.

Ep. Susza Cardinali Carolo Barberini instat pro alumnatibus Religiosorum Chelmensium in Collegiis romanis.

BIBL. APOST. VAT., *Barb. lat.*, vol. 6643, fol. 1rv.

Eminentissime et R.me Princeps, Domine D. et Protector Amplissime.

Sanctissima et Eminentissima Domus Eminentiae Vestrae Barberina mirabilibus nostram beneficiis affectit Unionem: quibus etiam nunc, et Romae, ad Ecclesiam Sanctorum Sergii et Bacchi, et in variis Convictibus Pontificiis, et in multis Unioni Catholicae collatis privilegiis, abunde perfruimur. Inter quae etiam istud fuerat, quod Em.mus olim Antonius Barberinus, Cardinalis S. Onuphrii, Praefectus Sac. Congregationis de propaganda fide, R.mo Methodio Terlecki, Ep.po Chelmensi, antecessori meo contulerat,¹³¹ ut in Collegio de Propaganda Fide tres vel duo Chelmenses Religiosi studia altiora tractare, et victum amictumque habere possent eo fine, ut tandem Chelmam redeentes, e sacro loco Chelmensi, imagine perbeatae Virginis Miraculosa, victoria Beresteciana in castris Poloniae, ante triginta duos annos clarissimae, et animabus harum

¹³¹ Anno 1644; cfr. volumen II *Litterarum Episcoporum.*

partium Russiae, potens inter schisma, inservient. Copiam harum litterarum Residenti nostro Romano Ordinisque nostri Religioso transmisi, authenticam Ill.mo Nuntio Poloniae Apostolico tradidi.¹³² Qui etiam hac super re suam ad Sacram de Propaganda F. Congregationem inferre debet intercessionem. Quare Vestram Eminentiam, mihi optime notam, et per belle fautorem, cum Romae existerem, toto pectore exoro, qui velit sua itidem elaborare autoritate, quatenus mei Religiosi Chelmenses ad Collegium tres, ad minimum vero, si non est possibile, duo admittantur, ad theologiam sane aptissimi. (f. 1v) Erit huius gratiae a Vesta Em.tia nobis obtentae perpetuum monimentum, quo ad omnem gratitudinem domui Vestrae obligemur. Erit propagandae Unioni hisce in partibus Sanctae maximum adiumentum; erit divinae gloriae promovendae salutisque animarum excellens fomentum. Quorum omnium V. Eminentia fructum coram Deo et mercedem capiet eximiam. Quod dum iterum atque iterum a V. Eminentia humillime efflagito, mea promptissima et devotissima defero obsequia.

Chelmae, 21 Januarii 1682.

Vestrae Eminentiae et Reverendissimae Celsitudinis Servus obsequentissimus et exorator

Jacobus Susza, Ep.pus Chelmensis et Bels.

136.

Chelma, 22. I. 1682.

Instantia Episcopi Chelmensis pro alumnatibus Chelmensibus in Collegiis romanis, ad S.C. de Prop. Fide.

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Pol., Ruteni*, vol. 2, fol. 91rv.

ASV, *Nunz. di Polonia*, vol. 102.

Eminentissimi et R.mi Principes, Domini, Domini, et Patroni
Observandissimi.

Supplices obtuli preces Ill.mo et R.mo pro nunc in Polonia Nuncio Apostolico, ut in sinum Vestrarum Eminentiarum suam pro me Religiosisque meis Chelmensibus deponeret intercessionem, qui ad amplissimum et beneficentissimum Vestrum de Propaganda Fide Collegium, pro studiis Litterarum altioribus et divinioribus, admitti possint. Qua in re ipse quoque Vestris supplex et cernuuus accido Eminentis, praestare id mihi gratiae dignentur, qui totis annitor viribus S. Unionem propagando, in istis

¹³² Cfr. IBIDEM, anno 1644, pag. 54-55, nr. 31.

nostris, quam in Lituania, tenacioribus in Schismate partibus. Exilium Chelmae a Schismaticis per biennum fere passus sum, quum Cathedram, antequam Episcopus essem, post victoriam de Polonis a Cosacis obtentam, Schismatici receperissent Chelmensem. Sed eandem rursum, existente Virginis Icone Miraculosa Chelmensi in Castris Berestecensibus, profligatis Tartaris et Cosacis, a Joanne olim Casimiro Rege, ad cuius latus id temporis eram, recepi, et totum Episcopatum, cum tot centenis animabus millibus e Schismate vindicavi, et in dies, Dei gratia, variae accedunt quali-quali meo labore, ad fidem sanctam Parochiae. Quinimo concussionses, convulnerationes, venena, et alia vitae meae pericula pro fide sancta suscep, quae omnia humillime Vestris Eminentibus deferio.¹³³ Ut autem possim habere cooperarios in vinea ista Domini, egregios Juvenes ad Religionem et Monasterium meum colligo Chelmense. Pro quibus Vestris submisse et enixe supplico Eminentibus, quatenus locum etiam mei Religiosi in V. Eminentissimo (f. 91v) de Propaganda Fide, pro studiis litterarum erecto habeant Collegio. Contulerat hanc gratiam Eminentissimus olim Barberinus, S. Onufrii Cardinalis, Praefectus Congregationis Vestrarum Eminentiarum, Antecessori meo Methodio Terlecki, Episcopo Chelmen. unito, ut tres vel duo pro semper mitterentur; et fuerat id ante Cosatica bella semel practicatum; post, succendentibus tot variationibus in Regno et Unione, cessatum est. Unde etiam modo, omni qua possum et debeo contentione, animique submissione, a Vestrī id Eminentibus peto, tres, sin minus est possibile duo suscipi valeant: et quidem, ut etiam semper haec gratia Eminentiarum Vestrarum Chelmensis Religiosis conferatur. Quo fiet, ut non modo hic locus Chelmensis, propter Virginem Miraculosam clarissimus, viris doctis et probis exornabitur, verum etiam hisce Russiae partibus, Schismate abundantibus, summos adferetur fructus. Quod totum Vestrarum Eminentiarum coram Divina Maiestate cedet remunerationi. Nos autem omnes quicumque huius participes erimus gratiae, aeviternum Vestrī Eminentibus, et Fidei Sanctae Catholicae, obligatissimi manebimus. Quibus nunc omnia faustissima animitus apprecoando, mea humillima praesento obsequia.

Chelmae, Januarij 22, 1682.

Vestrarum Eminentiarum humillimus Servus et Exorator
Jacobus Susza, Episcopus Chelm. et Belzen. unitus (m. pr.).

¹³³ De suis persecutionibus praesertim tempore insurrectionis cosaccorum cfr. in epistola «de laboribus unitorum» et aliis in vol. II *Litterarum Episcoporum*, pag. 320-335, nr. 181.



JACOBUS SUSZA - EPISCOPUS CHELMENSIS
(1652 - 1687)

137.

Lublin, 29. VI. 1682.

Ep. Jacobus Susza de alumnatibus pro Chelmensibus in Collegiis romanis. Exponit historiam et petit admissionem; nec non de approbatione libri a se edendi.

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Collegio Urbano*, vol. 2, fol. 50rv.

Ill.me et R.me Domine, D.ne et Patrone Observandissime.¹³⁴

Aeger et lecto affixus, ternas simul a V. Ill.ma et R.ma Dominatione accepi litteras. Et quia id temporis, nempe 16 Junii, respondere Vestrae Ill.mae D.ni nequaquam potui, nunc aliquantum valetudini restitutus, et Lublini, propter negotia in Tribunal Regni existens, respondeo. Quaeunque mihi puncta ad informandum de rebus nostris V. Ill.ma et R.ma D.tio transmisit, brevi omnia exacte et summatim exponam et expla-nabo. Hisce enim post aegritudinem diebus, adhuc sum impar oneri.

Quoad locum in Collegio Graeco pro Religiosis Chelmensibus D. Basillii, ut scribit V. Ill.ma D. obtentum, sciat V. Ill.ma et R.ma D. anti-quitus, ut memini ab annis 60 et aliquot, concessum esse locum Romae in Collegio Graeco pro Religiosis 6 et aliquando in locum duorum Religiosorum mittebantur saeculares duo; sed ex Lithuania; Chelma non mittebantur ulli. Anno itaque 1644 idibus Novembris, Antecessor meus, Methodius Episcopus Ruthenus Chelmensis,¹³⁵ impetravit locum pro duobus vel tribus (ut patuit ex copia authentica ex Actis Nuntiaturae Poloniae extracta anno 1650, 26 Martii, Vestrae Ill.mae D.ni a me praesentata¹³⁶, in Collegio de Propaganda Fide. Fueruntque duo nostri Religiosi Chelmen-ses in eodem Collegio. Atque ut haec gratia, a Sacra Congregatione iterum fiat a Vestra Ill.ma D.ne rogavi, in Collegio Urbano, non in Collegio Graeco. Quia in Collegio Graeco etiam modo Lithuanis Religiosis patet locus, et tres sunt de facto ibi (numerus enim diminutus esse nostrorum propter diminutos proventus Colligii Graeci), unde si admittentur mei duo ad Coll. Graecum, discedentibus duobus ex illo in Patriam, tum non patebit locus Religiosis ex Lithuania mittendis, imo vero tereor ne aliquae offendio-nes in me Religiosorum exoriantur et timeo ne frustra mittam meos, quando periculum est, ne suscipiantur.

Rogo igitur, quam maxime possum, ut V. Ill.ma Dominatio dignetur

¹³⁴ Ut videtur Nuntio Varsaviensi, Opitio Pallavicini (1680-1688).

¹³⁵ Methodius Terleckyj, Episcopus Chelmensis (1630-1648); epistola data fuit anno 1644, pag. 54-55, nr. 31 in *Litterae Episcoporum*, vol. II, Romae 1973.

¹³⁶ Cfr. IBIDEM, ut in nota praecedenti.

ad Sacram Congregationem de Prop. Fide scribere, ut vel supra numerum trium in Collegio Graeco, qui solent suscipi Religiosi ex Lithuania, mei duo suscipiantur, vel in Collegio Urbano. Alias enim iniuriam sibi factam a me Patres (f. 50v) Lithuanae Provinciae conquererentur, si illis eripere locum, et duos meos ad Coll. Graecum mitterem. Messis certe in Volhinia maxima, operarii paucissimi. Ego plurimum labore. Juvenes ad Religionem, ex concessione Religionis, ab annis fere 40 suscipio, pauperrimum omnium Episcopatum habens, alo, res Unionis, me ipsum plane consumens, promoveo et adiutorium non habeo. Libenter et sumptu meo mitterem ad studia, sed propter defectum non possum. Et tum egregios 5 juvenes mittendos haberem, et plures propediem habebo ad Theologiae et Philosophiae Studia peraptos, de quibus omnibus cum informationem de rebus Nostris mittam, Vestrae Ill.mae et R.mae D.ni latius exponam. Nunc tantummodo iterum rogo, ut Vestra Ill.ma et R.ma Dominatio supplicare dignetur meo nomine Sacrae Congregationi, quatenus nil praeiudicando Patribus nostris ex Lithuania mittendis, meis Chelmensis Religiosis locum dignerer assignare, vel in Collegio Graeco, supra mementorum trium pro duobus vel in Collegio Urbano, uti iam practicatum est. Haec omnia insimul Vestrae R.mae D.ni et Ill.mae deponens mea obsequia eidem humillime commendabo.

Lublini, 29 Junii 1682.

Vestrae Ill.mae et R.mae Dominationis servus obsequentissimus

Jacobus Susza, Episcopus Chelmensis Ruthenorum.

P.S. Quoad approbationem librorum meorum edendorum, Polonice Regiae Maiestati, Latine Excellentissimo Comiti Martinicz, Supremo Pragensi Burgrabio, de Historia et miraculis B.mae Virginis Chelmensis¹³⁷ iterum atque iterum rogo, ut committere dignetur Professori Theologiae Zamoyscensis Accademiae Or. Praedicatorum Lezynscio approbando. Habet hoc supra D.nus Kolinski, Patronus et advocatus Causarum in Nuntiatura Accademiae Zamoyscensi authenticata Privilegia, dignetur illi mandare ut ostendat, et ego copiam privilegiorum typo expressam Vestrae Ill.mae et R.mae Dominationi super hoc transmitto. Dignetur mihi hanc gratiam praestare.

¹³⁷ Agitur de *Phoenix redivivus sive imago longe vetustissima Virginis Matris Chelmensis*, Zamostiae 1646, Leopoli 1653, Zamostiae 1684, 1689, et polonice Zamostiae 1684.

138.

Lublin, 3. VIII. 1682.

Ep. J. Susza Secretario de Prop. Fide, Eduardo Cybo quasdam instantias Protoarchimandritae OSBM transmittit nec non duos Alumnos Chelmenses in Collegio Graeco admitti petit.

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Collegio Greco*, vol. 1, fol. 203r.

Ill.me et R.me Domine, Domine et Patrone Observandissime.

Quae mihi Vestra Ill.ma Dominatio mandavit facienda, perfeci, et remitto, cum illis punctis quae noster R.mus Protoarchimandrita Vestrae Ill.mae porrexit Dominationi. Et totaliter ea Vestrae Dominationi Ill.mae commendando, ne aliquomodo innotescant nostris D.nis Praelatis. Invenientur autem multa corrigenda et in aliis Episcopis, si visitatio a Sancta Sede fuerit decreta et executioni dabitur.

De mittendis ad studia Romam, quae Vestrae Ill.mae Dominationi antea scripsi,¹³⁸ certum est quod in Collegio Graeco fuerant aliti nostri sex, postea numerus diminutus ad quattuor religiosos, in eodem Collegio; tandem quando in Calabria motus terrae, quaedam bona, ex quibus census dabantur pro Collegio Graeco, destruxit, diminutus numerus alumnorum omnium, et nostri solum tres suscipi coeperunt.

Quare etiam modo in Collegio Graeco studentes theologiae manent tres: et ex illis discessuri sunt duo in Patriam. Unde etiam Patres ex Lithuania et ipse Protoarchimandrita praeparat iuvenes Religiosos mittere Romam duos, in locum eorum, qui sunt abituri.

Quare vehementer timeo ne mei frustra suscipiant iter. Quod si V. Ill.ma Dominatio intercesserit apud Sacram de Propaganda Fide Congregationem, ut supra numerum trium ex Lithuania Religiosorum, Chelmenes duo admittantur tum ego libentissime mittam. Si autem mei susciperentur in locum Religiosorum ex Lithuania, tum Religio multum offenderetur mihi, quod illis praepediretur locus Religiosis. Dignetur igitur V. Ill.ma D.tio apud Sacram Congregationem efficere, ne haec mihi concessa gratia, impedit antiquam gratiam. Quod dum humillime a Vestra Ill.ma et R.ma expecto Dominatione, mea eidem submissa commendabo obsequia.

Lublini, 3 Augusti 1682.

V. Ill.mae et R.mae D.nis humillimus semper et exorator.

Jacobus Susza, Ep. Chelm. (m. pr.)

¹³⁸ Forsan ad Nuntium Varsaviensem, Opitum Pallavicini (1680-1688).
tit. Constantinopolitano (1680-1695).

139.

Lublin, 9. VIII. 1682.

Ep. Susza Cardinali Carolo Barberini pro alumnatibus ex eparchia Chelmensi.

BIBL. APOST. VAT., *Barb. lat.*, vol. 6643, fol. 2r.

Em.me et R.me Princeps, Domine, D.ne et Patrone Observatissime.

Litteras Vestrae Eminentiae, eximio plenas affectu erga me, accepi, pro quo, ut antea semper Amplissimae Domui Vestrae obligatus fueram, ita etiam nunc novo titulo obligatissimus ero. Et quia Sacra Congregatio de Propaganda F. locum pro meis duobus Chelmens. Religiosis in Collegio Graeco concessit, quando duo Religiosi ex Lithuania, finitis Romae studiis Theologiae, in patriam redituri sunt, tum haec gratia Religiosis ex Lithuania nostris oberit. Quorum Superiores iam alios destinaverunt in locum e Collegio dicto abeuntium. Proinde meis locus non erit. Unde supplico Vestrae Eminentiae, quatenus Sua apud Sacram Congregationem interposita autoritate efficiat, super tres, qui solent ex Lithuania Religiosi in Collegio Graeco recipi, ut mei duo, in locum aliquorum Graecorum excipientur. Ex quibus S.R. Ecclesia, vel parvum, vel nullum obtinet Fidei promovendae fructum. Nos autem in Vinea Domini, pro emolumento S. Catholicae Fidei, continuo operam nostram navamus. Quo super iterum iterumque Vestrae Eminentiae cum ea qua possum et debo supplico submissione, sacram V. Eminentiae exosculor purpuram.

Lublini, 9 Augusti 1682.

Vestrae Em.mae et R.mae D.nis indignus Servus et Exorator
Jacobus Susza, Ep.pus Chelmen. unitus.

140.

Varsavia, 2. IX. 1682.

Opinio Nuntii Varsaviensis de instantia Episcopi Chelmensis pro admissione alumnorum Chelmensium in Collegiis Pontificiis Romae.

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Collegio Urbano*, vol. 2, fol. 51rv.

Ill.mo e R.mo Signore Padrone mio Col.mo.

Sotto li 16 marzo V.S. Ill.ma si compiacque avvisarmi, come la S. Congregatione sopra l'istanza fattale per mio mezzo da Mons. Vescovo di Chelma del Rito Greco Unito, d'ammettere in cesteo Collegio due giovani Alumni, conforme la speranza, che asseriva esserle stata data già sin dal 1646 dal fu Signore Cardinal di S. Onofrio, haveva risposto ostare

ritum, ma che per secondare i desiderii di Mons. Vescovo sudetto la Sacra Congregatione haveva ordinato, che si tenessero impegnati due luoghi, ch'erano per vacare a Novembre prossimo nel Collegio Greco per li due suoi nominati. Diedi io parte di tutto ciò a Mons. di Chelma et egli mi rispose quello che V.S. Ill.ma vedrà dalle congiunte, quali invio per sentire dalla medesima, se i due luoghi destinati per (f. 51v) li raccomandati da Mons. di Chelma sono di quelli che egli suppone essere assegnati alli Greci di Lithuania, o pur altri; e se vi sii modo di compiacere questo Prelatto senza pregiudicio d'alcuno. E le bacio riverentemente le mani.

Varsavia, 2 Settembre 1682.

C. Arc. d'Efeso.

141.

Chelma, 25. IX. 1682.

Ep. Susza Cardinali Carolo Barberini pro alumnis accipiendis ex Chelmensi Eparchia.

BIBL. APOST. VAT., Barb. lat., vol. 6643, fol. 3r.

Em.me et R.me Princeps, Domine, D.ne et Patrone Observantissime.

Pro veteri mea erga Amplissimam Vestrae Eminentiae Domum confidentia, iterum iterumque ad Vestram recurro Eminentiam, obnixe orando pro meis duobus Religiosis ad Collegium Graecum Romae suscipiendis. Quos, innixus declarationi Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, et Ill.mi Nuncii in Polonia, nec non Vestrae Eminentiae commendationi, Romam expedivi. Ideoque omni conatu et nisu, atque submissae mentis precibus, a Vestra Eminentia peto, quatenus sua qua pollet apud Sacram Congregationem autoritate, et gratia, isti meae humillimae opituletur supplicationi; qui mei Religiosi, pro gloria Dei saluteque populi in Russia existentis, ad studia theologica, per Sacrae Congregationis Propagandae F. voluntatem, in Collegium admittantur Graecum. Ipsa cura haec et solicitude Vestrae Eminentiae pro ista mea suscepta supplicatione, Divina coram Maiestate, merces erit magna nimis. Quin etiam ego ipse, huius gratiae cum meis, qui eam per Vestram Eminentiam obtenturi sunt, donec spiritus nostros reget artus, memores et grati erimus.

Cui nunc tanquam avitae in nos beneficentiae, a Domo Vestrae Eminentiae promanantis, haeredi, et Amplissimo Regni Poloniae Protectori, obsequia mea humillima deferens maneo.

Chelmae, 25 Sept. 1682.

Vestrae Eminentiae perpetuo obligatissimus Servus et coram Deo Exorator

Jacobus Susza, Ep.pus Chelmensis unitus (m. pr.).

142.

Chelma, 26. IX. 1682.

Ep. J. Susza suos Alumnos in Collegio Graeco recipiendos commendat Secretario Congr. de Prop. Fide.

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Collegio Urbano*, vol. 1, fol. 208.

Ill.me et R.me Domine, Domine et Patrone Observandissime.¹³⁹

Innixus declaratae gratiae, a Sacra Congr. de Propaganda Fide, et magnae authoritatis intercessioni Ill.mi et R.mi Regni Poloniae Nuntii, duos meos Chelma Religiosos Romam ad Collegium Graecum expedivi. Quos submissi, et cum quantacunque possum contentione, Vestrae Ill.mae Dominationi commendando: dignetur eos in Collegium Graecum per authoritatem Sacrae Congregationis et Suam introducere, qui e fontibus illibatae doctrinae theologicis, in Collegio Societatis Jesu Romano imbuantur. Ac postmodum salutaria nostra in Russia sipienti populo subministrent fructa.

Tota mea spes est in authoritate S. Congregationis, Vestrae D.nis Ill.mae, nec non ut altius memoravi, in praeclara mei meorumque ab Ill.mo Nuntio commendatione: quod mei, presentium latores, Religiosi a Collegio repulsionem Graeco non patientur. Quippe cum Sacra Congregatio id ante dixerit, spero quod fiet.

Hoc dum millies, cum ea qua possum et debeo submissione, a V. Ill.ma peto Dominatione, mea indigna eidem defero obsequia, maneoque.

Chelmae, Sept. 26, 1682.

Vestrae Ill.mae et R.mae D.nis indignus servus et coram Deo exorator
Jacobus Susza, Ep.pus Chelm. Ruthenus (m. pr.).

143.

30. IX. 1682.

Notitiae Talenti, secretarii Regis de negotio turcarum et de Georgio Chmelnyckyj, ad notitiam Nuntii deductae.

BIBL. APOST. VAT., *Barb. lat.*, vol. 6655, fol. 174 (Talenti - Segr. del Re).

Giunsero hieri freschissimi dispacci da Costantinopoli, nei quali non vi è cosa di gran rimarco solo la poca apparenza che v'era che al S. Caprara Ambasciatore Cesareo potesse riuscirli il tanto bramato aggiustamento con la Porta. E che il Chimilnicki capo de Cosacchi colà trattenuto sene fosse

¹³⁹ Ut videtur, Secretario S. C. de Prop. Fide, Eduardo Cybo, Patriarche tit. Constantinopolitano (1680-1695).

fuggito a questa volta,¹⁴⁰ ma per anche non si puol sapere ove si ritrovi, e che disegno si habbi.

144.

Roma, 28. XI. 1682.

Card. C. Barberini Thomae Talenti, Secretario Regis Poloniae, de alumnis ex Eparchia Chelmensi, instantे Episcopo Jacobo Susza.

BIBL. APOST. VAT., *Barb. lat.*, vol. 6650, fol. 32v.

Mons. Vescovo di Chelma Greco Unito mi ricercò di fargli ottenere due luoghi d'Alunni in questo Collegio Greco senza pregiudizio di quelli, a quali pure havevo procurato l'accettatione, e non havendo potuto farlo restar consolato per essere i luoghi destinati a gli altri due prima da lui raccomandati, ho ottenuto dalla Sacra Congregatione di Propaganda di potergli concedere due luoghi d'Alunni di quelli, che io ho il Jus di nominare nel medesimo Collegio di Propaganda per la fondazione che ne fece il Signor Cardinal S. Honofrio mio zio fraterno della s.m. di Papa Urbano Ottavo, che riservò al Cardinale della famiglia la nomina di tutti gli Alunni fondati e perchè sono destinati a particolari nationi, perciò ho havuto bisogno della dispensa della S. Congregatione per poter sorrogare questi in luogo dei chiamati et io ne ho havuto gran contento prendere a tutti i sudditi di S.M. i testimonii più vivi della obbligata divotione.

Roma, 28 Novembre 1682.

145.

1683.

Amplissima responsio Jacobi Susza, Episcopi Chelmensis, de praetensionibus et querelis Basiliatorum contra Metropolitanum Kiovensem, explanationibus historicis suffulta et enucleata, Religiosisque favens. Est quasi ultimum vale illius magni Episcopi tum Unioni tum Religioni.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. particolari*, vol. 29, fol. 180-188.

AD PRAETENSIONES, QUAS RELIGIOSI ORD. D. BASILII MAGNI PORREXERUNT CONTRA ILL.MUM DOMINUM METROPOLITANUM UNITUM RESPONDEO.¹⁴¹

Verum est, quod teneat Monasterium Dermanense R.mus Metropo-

¹⁴⁰ Notitia, ut videtur, iam non nova, quia Georgius Chmelnyckyj, filius Bohdani, ducis cosacorum, ultimis temporibus a turcis promotus ut « princeps Ucrainae », iam anno 1681 Camenecii ab ipsis turcis occisus fuit ob suspicionem traditionis.

¹⁴¹ Hae responsiones sunt Episcopi Chelmensis Jacobi Susza, qui Ordini Basiliiano multum favit in eius oppressionibus, et annis 1661-1665 et ipse fuit ipsius Proto-archimandrita.

litanus, in quo antea manebant Religiosi, sub unitis Superioribus, viginti aliquot, ut ipse vidi: nunc autem, sex aut plus minusve. Tenet etiam idem R.mus Monasterium Dubnense, in quo manebant decem pluresve: nunc quinque vel sex. Tenuit etiam Monasterium S. Crucis Dubnense, per decennium et amplius, et nihil monasterio comparavit. Sed paulo ante annum ultimum Monasterium cessit cuidam Religioso, qui apud eumdem Metropolitanum agit Vicarium Monasteriorum Dermanensis, et Dubnensis. Ipse autem Dominus Metropolitanus non residet in istis monasteriis, et tamen tenetur sub mortali residere. Proventus solum accipit. Et nisi Vicarius, dictus Bartholomeus Miniewski curam istorum gereret Monasteriorum, omnino tam in disciplina religiosa, quam in aedificiis perirent. Semper autem Dominus Metropolitanus ad illum scribit, exigendo census, et pecuniam, mandatque, ut Monasteria resarciat cura privata, et modis adinventis, non ex censibus. Unde miser Vicarius mihi toties conquestus est, quod non possit ipsi satisfacere. Alias certe Monasteriorum idem Vicarius bonum excellenter procuravit et procurat. Multa reparavit et aedificavit, quae erant per antecessores Archimandritas, et per ipsum Metropolitanum nimium desolata.

De visitatione, quo ea non permittat visitare Monasteria, certum est. Hoc vero est magnum scandalum Archimandritis seu Abbatibus aliis, qui tenent monasteria: quia etiam ipsi exemplo eius ducti, sua visitare Monasteria non permittunt. Qualis ergo, in divisa Religione, Protoarchimandrita seu Generalis erit? qualis disciplina? quale regimen Religiosorum?

Ad sequens punctum, non novi, utrum Franciscanis Polociae hortum monasterii dederit? R.mus Generalis Polociae manet, novit, et credendum. Sed scio, quia Ill.mus Metropolitanus est nimis liberalis, ut fit, in aliena. Facit se absolutum Dominum Unitae Ecclesiae, potestatem sibi nescio unde adscribit Patriarchalem, perdit, et tradit variis multa, sine scitu Sedis Apostolicae. Grodnae in Lituania RR. Patribus Carmelitanis discalceatis ecclesiam Ruthenam cedidit Parochialem cum area et caemeterio toto, ubi Patres dicti (quia in commodo loco, versus fluvium Civitatis dictae navigabilem) monasterium suum erexerunt, et templum (f. 180v) cum summo populi Rutheni scandalo, et murmure, et ab Unione aversione.

In civitate Nevel, quam per pacta Moschi ad Ducatum Lithuaniae restituerunt, similiter quodam petente Nobili, Ruthenam ecclesiam Parochialem, ad Polocensem Dioecesim pertinentem, Patribus Franciscanis promisit se redditurum, cum omnibus ad eam pertinentibus. Quod si de facto dicti Patres eam appraehenderunt, quia haec Civitas in Schismate fuit, sub Moscho, magnus dolor Ruthenis Schismaticis exoriri debuit. Talia enim aveitare eos faciunt ab Unione.

Certum est etiam quod fundum Grodnae reddiderit Ill.mo Domino

Palatino Vilnensi, Duci exercituum lituanorum Supremo Pazz, defuncto.¹⁴² In quo fundo Officina est lateritia. Nescio tamen an ad tempus aliquod, an vero in perpetuum. Deinde capacem fundum Monasterii Grodnensis, a Moschis tempore hostilitatis, in quo etiam est ecclesia murata desolatissima, solique stant muri, sine concameratione, Dominis Magnatibus Lituaniae, me audiente, et repugnante distribuebat, ut in eo fundo aulas sibi aedificarent (Civitas enim Grodnensis per legem Reipublicae non ita pridem constituta est, ut in Lituania Comitia quoque Regni celebrarentur), aulas inquam aedificarent, pro commoditate suarum mansionum, sub tempus Comitiorum. Unde infallibiliter perdet Monasterium, et ecclesiam cum fundo. Possunt enim adhuc sibi, supposita eiusmodi horum fundorum a Metropolitano donatione, etiam Constitutione firmare, sic interibunt aeternum isti fundi. Qualia autem haec audientes Schismatici, Catholici, contra Unitos dixerunt? Ecce inquirebant qualis desolatio ab Unitis fiat Ecclesiarum. Addebat Schismatici, qua de causa accedere debemus ad Unitos nisi forte ut enim ecclesias, et Monasteria, variaque loca nostra Uniti perdant.

Idem D. Metropolitanus, licet R.mo Smolensensi impetraverit Grodnensem Archimandriam, sed villam egregiam eius, Czeszchewlany dictam, Grodna una leuca dissitam, cum summa iniuria Ecclesiae, scandalo populi Rutheni, Uniti, Schismatici, Latini, cum detimento Unionis, et Religionis reddidit Magnifico D. Socolinski, Notario Magni Duc. Lituaniae, Nepoti R.mi Smolensensis. Ex qua villa iste Dominus recipit omnes fructus, nihil ecclesiae, nihil monasterio. Nec reaedificat illud neque enim sunt Religiosi ulli. Cum derisu et opprobrio omnium, qua super re ipse R.mus Smolensensis toties et toties mihi conquestus est, quod nullam habeat in dicta villa potestatem, quia Dominus eius Nepos de voluntate Metropolitani tenet villam, ille titulum. Idem Dominus Metropolitanus proprio motu, nullo consulto Episcopo, nec consulta Religione perperam multa facit. Timemusque ne plura distribuat, et Unionem disperdat.

(f. 181) Bona Monasterii Minscensis dicta Przylepy, et Cno, certum est quod teneat, et deberet restituere. Sed ante ipsum quoque alii tenuerunt Metropolitani, ut recordor, saecularis, penes R.mum destinatum Metropolitanum Korsak, anno 1625 in Augusto, in istis bonis existens.

De indumentis Pontificalibus Metropolitani Antonii Sielawa pro monasterio, et ecclesia Zyroviensi legatis, certum est; nescio vero cur non exequatur pia legata? Et tamen quandoque veniens Zyrovicius, idem ipse in istis ornamentiis Deo et Virgini miraculosissimae in Lituania, posset divina peragere.

¹⁴² Supremus exercituum Lithuaniae dux fuit Michaël Pac (1667-1682).

Similiter verum est, quae dicit R.mus Generalis de Monasterio Beresvecensi, quod ipse D. Metropolitanus tenuit, et de Vilnensi, ac Czeriensi. Pari ratione verum est, quod idem dicit de Archimandrita Polocensi, sortis nobilissimae, Grodzicki, cuius consanguinei si de hoc illius praeiudicio scivissent, multum damni Unioni inferre potuissent.

Certissimum est quod etiam Monasterio Zyroviensi praeficere voluerit et inducere Archimandritam. Hoc autem ideo facit R.mus Metropolitanus, ut habeat sub potenti manu sua, et quasi sub malleo Religionem: Ne unquam ullus resipiret Religiosus, aut conqueratur. Sed assentatores apud eum habeant gratiam, per quam promotiones sibi occupetur, et sic perderetur Religio. Quis enim dignus vellet ex libertate e saeculo veniens in longe peiorem saecularibus servitutem devenire? quam omnino R.mus Metropolitanus intendit in Religione introducere.

Bona Bytheniensia ampla a magno viro Nicolao Trizna, Thesaurario Magni Ducatus Lituaniae et filio eius Trizna, Palatino Brestensi, Ruthenis unitis pro Monasterio Bythenensi fundata, et saltem ius advitale uxori Domini Palatini in iis relictum, quae post nupsit Chodchievicio magnae familiae, et nunc secundo vidua superest. Haec ergo bona R.mus Metropolitanus, post mortem dictae Dominae, inhiat occupare, et sibi non monasterio appropriare. Nunc autem ad haec bona situm est Monasterium dictum, et Noviciatus Religiosorum est in eo. Quare perderet Matrem cum filijs.

Antonius Sielawa Metropolitanus¹⁴³ legavit summas loco Miscensi, ubi exuviae suae deponerentur, aliquot millia (qui tamen et ab Antecessore, et a moderno non est in loco sepultus dicto) pro Noviciatu Vilnae fundando, propter Civitatem amplissimam, et commoditatem ingredientium Religionem, viginti aliquot millia, pro mittendis ad studia 10000, denique ad 50000 legavit pro Religione, vel plura, quia mihi exacte non constat, et oblivioni tradidi. Cuius summae census, sicut Antecessor eius Koleda Metropolitanus, moderno R.mo authore, fructificavit, sic (f. 181v) etiam ipse, dispositionem eius in manu habens, fructificat, Religioni non fructificante.

Bona Torokanie dicta comprehendunt septem vel plures villas, ad Zydicenense originale monasterium pertinentia, ab anno 1595 (quo Unio renovata in Russia et SS.mo olim Clementi VIII delata est a Ruthenis obedientia), resiliente ab illa nobili viro Balabano, Episcopo Leopoliensi, Archimandrita Zydicinensi, avulsa sunt a Monasterio Zydicinensi. Quia

¹⁴³ Metropolita Kiovensis, Antonius Sielava (1641-1655) et Archiepiscopus Polocensis (1624-1665). Cfr. eius Epistolas in *Epistolae Metropolitarum Kiovensis catholicorum*, vol. II, pag. 169-205, Romae 1956.

Monasterium hoc est in Volhinia, Luceoria milliari uno distans, et bona Torokanie in Lituania sita, Zydicino 50 leucis distantia. Unde post divisionem Volhiniae a Lituania, et coniunctione eius cum Regno Poloniae, commoditatem nonnulli uniti Praelati habuerunt haec bona avellendi a Schismatico facto Leopoliensi Episcopo, et ab ipso monasterio id temporis schismatico Zydicinensi, variique ista tenuerunt bona: Episcopus Luceoriensis Terlecki unitus, post obedientiam Clementi VIII praestitam. Tandem tenuit Petrus Arcudius, Alumnus Collegii Graeci Romani, pro erudiendis in Seminario, Pinsci, Ruthenis.¹⁴⁴ Postea Vilnensi monasterio adscripta, ubi iuvenes Religiosi nostri erudiebantur. Tandem tenuit piissimae memoriae Rutski, Metropolitanus, et pro Noviciatu in Monasterio Bytheniensi existente dabat certum censem, ac alimenta. Bonis autem Metropolitanis Kiovienibus, cum Cathedra Kiovieni e manu Rutschii ademptis, et schismatico Metropolitanu a Vladislao IV Rege anno 1633 traditis, Rutski ea bona Torokanie tenuit pro sui sustentatione; deinde Patrimonio suo aluit sese, dicto Rutha, quae villas aliquot adiacentes habet. Post obitum Rutski haec bona Torokanie, et Zydicinense monasterium tenuit aliquot annis Metropolitanus Korsak, cum bonis Rutha, quae Rutski Metropolitanus, posthabitatis suis consanguineis, pro Metropolia legavit. Tenuit eadem bona Torokanie Antonius Sielawa Metropolitanus, cum Archiepiscopatu simul Polocensi, nescio an ex dispensatione Sedis Apostolicae, an vero sine dispensatione; ex eo quod Metropolia cesserit Schismaticis cum magna parte bonorum, tempore, ut dixi, Vladislai IV, Regis Poloniae. Tenuit etiam aliquot annis Archimandriam Zydicinensem, sed eadem Archimandria cessit Nicephoro Lossowski, nominato Episcopo Vitepscensi, Coadiutori Archiepiscopatus Polocensis.¹⁴⁵ Quo mortuo, per pacta Cosatica Zboroviensia anno 1650, cessit haec Archimandria Schismaticis, bona autem Torokanie fuerunt penes Antonium Metropolitanum.¹⁴⁶ Post mortem eius, Religiosi nostri, me promovente, anno 1653 obtinuerunt bona Torokanie pro Monasterio Brestensi, et simul Bytheniensi. Ex quibus expulit eos violenter Gabriel Kolenda, Archiepiscopus Polocen., Administrator Metropoliae per privilegium (f. 182) factus regale, nondum vero per Breve Apostolicum declaratus Metropolitanus, idque sub annum 1662-m. Unde

¹⁴⁴ Cfr. P.B. PIDRUTCHNYJ, *Pietro Arcudi - Promotore dell'Unione*, in « Analecta OSBM », vol. VIII, pag. 254-277, Romae 1973.

¹⁴⁵ Nicephorus Losovskyj, Coadiutor Polocensis cum tit. Vitebsensis; fuit episcopus per breve tempus, quia iam tempore bellorum cosacicorum obiit. Cui successit, ut videtur an. 1652, Gabriel Kolenda.

¹⁴⁶ Pacta Zboroviana inita fuerunt an. 1649; Metropolita Antonius obiit in exilio anno 1655 in vicinitate.

Religiosi ad me recursum fecerunt, ego ad Nuncium Apostolicum Pignatelli, et tandem inita per me concordia inter Dominum Administratorem Metropoliae et Religiosos, in praesentia Nuncii Apostolici restituta ista bona Religioni. Tenuitque ea praeteritus Generalis, et subministrabat tam monasterio Brestensi, quam Bytheniensi alimenta. Alia vero in se convertebat. A quo modernus Metropolitanus, fortassis obtento subreptitie Privilegio, uti solet, vi et minis extorsit bona Torokanie.

Quae originaliter, ut dixi, pertinent ad Zydicinensem Archimandriam, et melius foret, ut origini restituerentur ac satisfiat menti fundatorum, pro quibus ex bonis Torokanie nulla in monasterio fuerunt sacrificia, quod ne unica reddituum mica ei tribuatur. Ipsa vero Archimandria nunc, partim per ademptionem Torokanie, est deplumata, partim per bella Cosatica, et Scythica penitus est desolata. Et nisi ego factus eius loci Archimandrita, post quendam unitum, quoquomodo potuerim, ornavissem, perisset. Siquidem in ea Sacerdotem unum saecularem uxoratum, alterum laicum in vestitu Clericali incidentem, nec professum, nec religiosum, nec ordinatum inveni. Bona ita presumdata, ut panem duobus annis Chelma advehherem, et pedetentim bona resarciendo, introduxi Religiosos, quotidianam devotionem, sacrificia; ornavi ecclesiam imaginibus, calicibus, monasterium aedificiis. Et tamen D. Metropolitanus, non contentus amplissimis bonis, ut videbitur infra, et pro isto monasterio, ductus ad bene habendum non necessaria devotione, cum infirmarer, silenter impetravit privilegium.

Quodsi ista bona devenissent ad originale monasterium, et monasterio ipsi melius provideretur, et Religiosis Lituanis, quod non fit a Metropolitanano.

Impetravit R.mus Metropolitanus, Gabriel Kolenda defunctus,¹⁴⁷ egregia et ampla bona dicta Sudzilovicze, in Palatinatu Polocensi existentia, quae a Reipublica Constitutione sunt confirmata, ut ad corpus B. Martyris Josaphat, Gloria Dei et Martyris promoveretur, Religiosi fundarentur. Quorum bonorum vidua quaedam magnae notae tenutaria fuit advitalitia. Cuius advitale ius dictus Metropolitanus redemit. Haec bona modernus tenet Metropolitanus, et ad Archiepiscopatum Polocensem adiungit, vix aliquot Religiosos alit, Monasterium non fundat. Cogendus proinde per Serenissimum, ut bonis istis, a Reipublica datis Religiosis, cedat.

De accessu ipsius ad monasteria, certum est quod gravis sit, et melius (f. 182v) esset, ut si ad monasterium quodpiam descendet, non hospitetur in Monasterio.

¹⁴⁷ Gabriel Kolenda, Metropolita Kioviensis (1665-1674), et Archiepiscopus Polocensis (1655-1674).

De bonis Religiosorum, si regalis sunt fundationis, ad quae conferenda ius pertinet ad Regem, tenentur Religiosi hyberna militi solvere. Si fundationis Nobilium—non tenentur. Si autem Ill.mus Metropolitanus, ad sua Metropoliae, et Archiepiscopatus Polocensis bona, dum solvit hyberna militi, adiungit bona Religiosorum, ut sua bona alleviet, Religiosorum aggravet, summam maiorem, qua si separatim militi solverent, extrahendo, tum hoc est magnum Religiosis gravamen.

De Seminario dedi informationem Ill.mo Nuncio Martello,¹⁴⁸ et eius auditori Maglavecchio, sub Comitia Grodnensia, et credo esse Breve SS.mi Urbani Octavi confirmatorum Synodi Kobrynsis (in quo compositio Praelatorum, et variorum Religionis Superiorum facta est, pro Seminario Minsensi), in Actis Nunciaturae ingrossatum,¹⁴⁹ quod etiam per copiam authenticam Romam, ut certo scio, Dominus Auditor dictus misit. Breve istud originale habeo. Pro hoc Seminario SS.mus Dominus Urbanus VIII 3000 dedit scutorum, constantia 10000 Floren. Polonicorum, bonae monetae, modernae 20000 Fl. Similiter Ill.mus D. olim Episcopus Vilnen. latinus Wolowicz, e parentibus Ruthenis natus, pro favore suo in Ruthenos 10000 dedit Fl. bonae monetae. Nostri etiam Praelati et Superiores monasteriorum contribuerunt, et collecta fl. 50000 integra, bonae monetae. Pro quibus bona empta, Usiaz dicta, pro Seminario. Quod Seminarium piae memoriae Ill.mus Metropolitanus Rutski primum toto corde promovit; procedente tempore, et praevalente Schismate, quando avulsa sunt bona Kiioviensia, et Cathedra Kiiovien., et redditia sunt Schismatisca caepit Seminarium deficere; et ipse Rutsius illa bona tenuit: Nihilo minus Religiosis ad studia missis toties viaticum providit. Successores eius Metropolitani, Raphael Korsak, Antonius Sielawa, Gabriel Kolenda, et modernus Cyprianus Zochowski, in suum converterunt usum. Evidem piae memoriae Antonius cesserat illis bonis, et per aliquot annos Religiosi ipsi Seminarium promoverunt. Sed succedente desolatione Moscovitica, et eorumdem Moschorum per aliquot annos Minsensis Civitatis possessione, Seminarium sublatum. Post expulsos Moschos, D. Metropolitanus Gabriel Kolenda, in se ipsum convertit, similiter ut modernus Cyprianus. Opus autem est, ut SS.mus D. Sua potestate adigat Metropolitanum, quatenus erigit Seminarium, Regimen Religiosis tradat, Alumni alantur et erudiantur.

Multaque bona in illa Synodo Kobrynsi statuta, penitus sunt neglecta. Synodus Episcoporum et Praelatorum Generalis nunquam ce-

¹⁴⁸ Nuntius Varsaviensis Franciscus Martelli (1675-1680).

¹⁴⁹ Cfr. hoc Breve in *Documenta Pontificum Romanorum*, vol. I, pag. 471-471, nr. 407, de dat. 6.XII.1629.

lebratur. Atque ita maximi omnibus in Dioecesibus fiunt disordines, cleri ab Episcopis oppressiones, Episcopatum, monasteriorum desolationes, bonorum a suis locis aversiones, quae autentice monstrabuntur (f. 183) si fuerit Generalis Synodus! His omnibus quomodo providendum, infra dicam.

De Religiosis, quos ad aulam suam assumit, et reliqua, de Benedicto Michniewicz, Metrophane Sokolinski, Bonifacio Paszkiewicz, Stephano Sieluzynski, de ordinatione Religiosorum, sine scitu Superiorum, de Gregorio Bienkowski,¹⁵⁰ omnia sunt verissima. De noviciatu, uti remotus, nescio. De impedimento visitationum, iam supra mentionem feci. Capitula Religiosa intimare, Metropolitanus Rutscius, in 1^a Congregatione Laurissoviensi, anno ut recordor 1617,¹⁵¹ post mortem Protoarchimandritae statuit. Liberum autem est SS.mo Domino, et Sacrae Congregationi de Propaganda Fide, pro bono meliori, mutare, et committere post mortem Protoarchimandritae intimandam Primo Consultori, vel omnibus quatuor. Dum vero vivit Protoarchimandrita ipse intimet. Sed quia omnes Episcopi habent interesse ad Congregationem Religiosorum, tanquam Religiosi, nescio utrum morem gerent, intimantibus Religiosis, nisi authoritas haec illis tribuatur, ut dixi, a SS.mo D. Nostro et Sacra Congregatione.

In puncto ultimo contra D. Metropolitanum de administratione perpetua Metropolitanorum super bona post mortem Praelatorum nostrorum posito, ista administratio toti Unioni et Religioni est maxime nociva; quae contra omnem aequitatem, consuetudinem, iura antiqua, a R.mo defuncto Metropolitanu Kolenda, stimulante, et cooperante moderno, obtenta est. Quia mortuo v.g. Episcopo, aut Archimandrita, omnia pecora, suppellex, horrea, frumenta, ecclesiasticum argentum, libri, bibliothecae, privilegia rapiuntur, partim per assistentem Metropolitae Clerum, partim per saeculare famulitium, atque ita funditus ferme omnia evertuntur, et de novo quilibet successor sibi debet comparare necessaria, tam ad bona, quam ad ecclesiam. Sicut iam facta praxis in aliquibus locis, non ita pridem, per defunctum Metropolitanum, et modernum nos docuit. Habetur autem antiquum Privilegium, ut post mortem Metropolitae primus Episcopus cum clero Metropolitanu praecipuo, post obitum Episcopi

¹⁵⁰ P. Gregorius Bienkovskyj, Procurator in Urbe 1652-1656; redux in patriam, fuit assecla Gabrielis Kolenda in eius lucta de metropolia, a quo et insignitus fuit titulo archimandritae, etsi Sedes Apostolica eius punitionem exigebat, ob eius male facta Romae. Cfr. *Acta et Litterae S.C. de Prop. Fide*, vol. I, secundum Indicem nominum et rerum, Romae 1953, et 1954.

¹⁵¹ Error, quia Capitulum Lauriszoviense celebratum fuit anno 1621; anno 1617 fuit primum Capitulum Novogrodovicense.

clerus eius primarius, post obitum Archimandritae, et Igumeni Religiosi bona omnia occupent, conscribant, et conservent Successoribus, excepto pauco pro se victu, sine quo non potest fieri, sed amota rerum delapidatione. Provisum autem est tale Privilegium a Regibus Poloniae, quod saeculares Domini Thesaurarii Regni, vel Ducatus Lituaniae, Magnates, et Nobiles proximi, post obitum Praelatorum nostrorum, talia quae supra recensui faciebant. Atque ita nunc ad eamdem desolationem totius nostrae Ecclesiae deveniretur, per istam Metropolitani administrationem. Jamque ego ipse obtinui confirmationem veteris istius Privilegii (f. 183v) a defuncto Serenissimo Rege Michaële, et cassationem Privilegii Administrationis Metropolitanae. Sed post obitum Praelatorum violentiis Metropolitani obviare quis poterit, nisi penitus a Sede Apostolica per censuras, et alios provideatur modos, atque per Regem Serenissimum, ut a tali Metropolitanum abiudicet Administratione.

QUOAD PRAETENSIONES CONTRA R.MUM D. MARTIANUM BIALOZOR,
EPISCOPUM PINSENSEM.

Sciendum est, Vilnense monasterium esse primarium in tota Unione, et hic primo a piissimis Metropolitano Hipatio Pociej, qui obedientiam Clementi VIII a tota Russia reddidit,¹⁵² et post a Iosepho Rutscio congregari caeperunt Religiosi uniti. Ex quo tandem ad alia Monasteria, partim antiqua, in quibus vel nulli Religiosi, vel Schismatici fuerunt, partim ad noviter erecta deducti sunt. Atque cum varii iuvenes tam Nobiles, quam civitatis Vilnensis divites ingrederentur, monasterium Vilnense in possessionibus ditatum est. Ab hoc igitur monasterio, ubi quondam Archimandria desolatissima fuit, R.mus piae memoriae Rutski, existens loci Superior, Archimandriam sustulit, et primus B. Josaphat fuit simplex Superior, seu Igumenus, anno 1616. Post Rutscium ad Metropoliam assumptum, secuti postea sunt quinque simplices Superiores, non Archimandritae. Post eos Alexius Dubowicz, qui tandem a sua factione rursum tempore Korsak Metropolitani, electus est Archimandrita Vilnensis, et ad mortem mansit, simplex tamen fuit Religiosus. Post eum Nicolaus Korsak simplex Religiosus, Archimandrita Privilegiatus. Post eum occupata a Moscis Vilna, iterum monasterium, Moscis expulsis, regi caepit a tribus successive simplicibus Superioribus. Tandem modernus Episcopus Pinscensis, promovente avunculo suo Gabriele Kolenda, Archiepiscopo Polocensi,

¹⁵² Hypatius Adamus Potij, Episcopus Volodimiriensis (1593-1613) et Metropolita Kiovensis (1600-1613).

nominato Metropolitano, obtinuit per privilegium monasterium Vilnense. Ex qua Archimandria promotus ad Episcopatum Pinscensem, abiudicatus est ab Archimandria per eundem avunculum suum, utpote propter incompatibilitatem beneficii eius cum Episcopatu. Et Superiores simplices monasterium rexerunt. Caeterum Dominus Episcopus Pinscensis, mortuo avunculo suo, iterum occupavit Archimandriam Vilnensem, totque et tanta brodia et scandala fecit, Religiosos opprimendo, proventus distrahendo, ornamenta, et fundationes abalienando, saeculares consanguineos in bonis monasterii alendo. Jamque ab aliquot Ill.mis Nunciis inhibetur, iudicatur, Religio in possessione firmatur; sed ille Religiosos expellit, despoliat, incarcerat, cum summo Catholicorum scandalo, Unitorum dolore, Schismaticorum ludibrio, quin etiam Sanctae Sedis, et Nunciorum Apostolicorum visibili cum rebellione.

Idem intra eadem tempora impetravit privilegium, promovente Gabriele Kolenda, avunculo suo, idque per simoniam ut refert R.mus Protoarchimandrita, pro monasterio Novogrodensi, et primus assumpsit sibi titulum Archimandritae, quae ab initio modernae Unionis non (f. 184) fuit, et villam Lauriszow bonam, quam antea Metropolitani etiam Schismatici tenuerunt, occupavit; in qua villa quondam monasterium fuit, sed a multo tempore desolatum, et despoliatum, nec unquam sufficiens ad alendum Archimandritam, solum enim aliti nunc sunt sex aut septem Religiosi. Est autem ad ecclesiam Collegiatam Novogrodensem Metropolitanam hoc monasterium, cura et sumptibus Metropolitani Rutschii, propter maiorem Dei gloriam et populi civitatis ampliae salutem erectum. Nunc autem D. Episcopus Pinscensis, adempta hac Villa monasterio Novogrodensi, Fratrem suum cum uxore, et liberis eius alit; nihilque ex proventibus Villae monasterio tribuit, praetendens daturum se provisionem, si Laurissowiae monasterium esset, quod nunquam aedificabit. Neque etiam est ubi maneant Religiosi, nisi forte in eadem mansione, ubi Dominus fr. eius, et uxor cum prole sua, et famulitio manet. Hinc est quod tam in Vilnensi monasterio, quam in Novogrodensi neque bonus concionator potest manere, neque confessarii populi, et egregiorum utrobique civium retineri, neque Virginibus Monialibus nostri Ordinis Patres Spirituales praefici. Denique oido, disciplina, devotio languent, cura animarum cessat, bona monasteriorum diripiuntur, ornamenta ecclesiastica disperdunt, cives partim Latini, partim Schismatici fiunt. Plane D. Episcopus Pinscensis equidem Nobilitatis eximiae in Lituania, sed morum pessimorum, dici potest turbo Sanctae Unionis, et Religionis, quin etiam suaे Dioecesis, in qua nulla est eius cura circa Cathedram, et devotionem in ea, nulla sollicitudo de salute animarum, dummodo proventus recipiat, et venationibus, per canones prohibitis, in dies incumbat.

Vera etiam sunt illa quae dicit R.mus Protoarchimandrita de framea Vilnensi, auro, et lapillis exornata preciosis, quam ipse meis oculis; quam quidam Domini Nobiles ex bonis suis censem aliquot annorum pro monasterio Vilnensi non habentes oppignoraverunt monasterio, Dominus autem Episcopus Pinscensis perdidit.

Similiter de argento, quod etiam avunculus eius Kolenda toties illi obiecerat. Certum est insuper, quod quandam summam legatam ab Alexio Dubowicz, supradicto Archimandrita Vilnensi, pro laudibus SS.mae Virginis persolvendis, Graece Acathistos dictis, perdidit, nec Laudes absolvuntur. Certum denique est, quod dicit R.mus Protoarchimandrita de summis, de casula, de Religiosorum ordinatione.

De Domino Smolescensi, et Monasterio Grodnensi exacte supra dixi. Sed non ipse reus Metropolitanus modernus, sicuti mihi conquestus est Smolenscensis. De monasteriis vero illis, quae commemorat Protoarchimandrita certum est.

SEQUUNTUR MEAE INFORMATIONES DE REBUS SUPRADICTIS.

Cur autem tantopere Ill.mus noster Metropolitanus conniveat R.mo Pinsensi, revelo bona conscientia: Imo, quia D. Pinsensis, posthabitus a suo avunculo Kolenda, non fuerit promotus ad Metropoliam, sed ille ipse, qui sibi variis modis D. Kolendam conciliavit. Unde (tanquam coram Deo, et Superiore meo dico) invidiam maximam contra Metropolitanum Pinsensis concaepit. Secundo, quia non solum nullum (f. 184v) modernus Metropolitanus habuit patrimonium, sed etiam, ut ipsi obiiciebat Pinsensis, ex parente illegitime nato prognatus; quod apud omnes fere per vagatissimum; quocirca idem Pinsensis terribiliter contra Metropolitanum insurrexerat, et ex eo ipso Dominum Episcopum Vladimiensem defunctum et me ipsum concitaverat, ut illi iunctim contradiceremus, et contradiximus, potissimum quando iam per rescriptum Regium factus fuit Coadiutor Metropolitani. Sed, succedente tempore, ubi vidi SS.mi D. Nostri Bullam pro Metropolia, et ipse contradicere illi supersedi, et D. Vladimiensi dissuaderer, licet multas R.mus id temporis Coadiutor, et Vladimiensi, et mihi iniurias fecerit. Et ab eo tempore ex me nihil secutum, sed Pinsensis tot et tantas infamations Metropolitani, et dissensiones in eo fecit, ut multi Magnates Lituaniae eum conciliare Metropolitanus debuerint. Ipse tamen eum diffamare, et variis modis premere non cessabat. Ideo ergo non solum ipsum ante toties sibi conciliabat, equos donando, annulos, et alia ornamenta, post mortem Metropolitani, sed etiam nunc actionibus eius omnibus connivet, contra Religiosos consurgentis applaudit, consiliis adiuvat, ad mala stimulat, societatem suam

et amicitiam cum eo convivando, perpotando confirmat. At ille fretus gratia Metropolitani, longe audacius Religiosos opprimit.

Ex eadem occasione, quod tali Metropolitanus ortus sit origine (quidam enim vir magnus et Senator, ex quadam Virgine Nobili illegitime suscepit eique Parentes et alios) conciliat sibi magnos Dominos Conviviis, tractationibus, muneribus. Sicut Em.mo Nepoti istius Senatoris, dicto Sokolinski, Notario M. Ducatus Lituaniae, de quo supra dixi, concessit monasterii Grodnensis fundos amplos, et ipsum locum monasterii cum ecclesia desolatissima. Et Villam egregiam Czeszczewlany dictam, de quo supra. Qui Dominus et alii similes eius conviviis, muneribus inescati, suum vocant eum, et depraedant consanguineum. De quibus vel strictim satis est attigisse, quia multa-multa eiusmodi mala fiunt, Ecclesiae verum nihil.

Porro Metropolitanus modernus habet amplissima bona Metropolitana aliqua non spernenda, sed plura Schismatici penes Kioviam tenent. Habet bona sanctae memoriae Josephi Rutscii sat bona. Habet Archiepiscopatum Polocensem amplum cum dispensatione Sedis Apostolicae. Habet monasterium Dermanense, et Dubnense sine dispensatione. Habet Torokanie, eximia bona, de quibus supra. Habet recens acquisita et iure victa bona nonnulla. Quippe Rutscius, Metropolitanus, vendiderat quaedam bona Metropoliae in Samogitia, ubi nullus Ruthenus fuit, pro 50000 flor. Polon. bonae monetae, voluitque alia commodiora emere. Sed quia brevi lege publica Regni et constitutione prohibitum esse, ne Clerus coëmeret possessioess terrestres, Rutscius summam locavit in provisionem; quam et ipse, et Korsak et Sielawa, eius successores, percipiebant. Kolenda autem iure pressus eos, qui summam locatam habebant, et non solvebant, tandem modernus iura continuavit, et ad finem deduxit. Quare Palatina Kioviae duabus egregiis Villis cum 500 subditis ipsi cessit. Ex quibus dixit se habere Metropolitanus proventus ad sex millia floren. pol. exceptis nonnullis victualibus. Habet Seminarii, et monasterii Minskensis possessiones. Habet insuper per amplas ditiones, de quibus supra, Sudzitowicze dictas. Itaque plura habet, quam ullus alias ante eum Metropolitanus, et plus cum praedictis adiumentis, quam si totam et a Schismaticis occupatam sine adiumentis haberet Metropoliam.

(f. 185) Et tamen monasterio cum bonis amplissimis inhiabat, et inhiat Suprasliensi; inhiat bonis post viduam Chodkiewiczowa, ut supra, Bytheniensibus; inhiat monasterio Zyroviciensi; inhiat denique omnibus Unitorum, per suam contra aequitatem post mortem Praelatorum Administrationem.

MODI OCCURRENDI MALIS NOSTRIS.

Modus medendi dictis, totus pendet a SS.mo Domino Nostro Pontifice Romano, et Sacra Congregatione de Propaganda Fide. Cui non solum nomine meo, sed etiam Religiosorum omnium, imo Saecularis Cleri et Laicorum nostrorum (qui omnes bona videre Domini in Religione nostra, idque in diebus suis, vehementer desiderant, maxime Clerus ab Episcopis oppressus, potissimum tamen a Metropolitano, maximis exactionibus) humillime post Deum supplico, dignentur nobis providere. Certum enim est, quod dolore maximo doleamus, nec habemus qui nobis porrigit manum.

Deinde a Serenissimo Rege, et Magnatibus nobis faventibus, praecipue Lituanis, qui fere omnes Rutheno sunt prognati sanguine, nostra salus integre derivari potest. Et ab aliquibus in Volhinia Magnatibus, qui sub se habent et monasteria, et clerum nostrum. Hi omnes litteris SS.mi confovendi et ad protectionem nostram incitandi. Apud quos vero clerus saecularis est in oppressione, ut libertatibus ecclesiasticis donentur, commonendi. Etsi quidem ego, bene rerum gnarus, utpote a iuventute mea, adhuc saecularis, ad latus duorum Metropolitanorum, unius autem Archiepiscopi Polocensis, post Metropolitanus, commorans, in Religione a 57 annis existens, si quid, inquam, concipere boni possum, hosce modos cum omni submissione, et resignatione in manus SS.mi Domini Nostri et Sacrae Congregationis de Prop. Fide depono.

Primo. Ut Metropolitanus numquam promoveatur, nisi consentientibus omnibus et eligentibus omnibus Episcopis et Praelatis, sicut antiquitus fuerat. Est de hoc in libro Slavonico, in folio, Romae relichto, a R.mo Korsak Metropolitanu, Trebnik vulgo dicto, seu agenda Metropolitanu. Videant hunc Religiosi nostri Collegii Graeci Romae, Ruthenice seu Slavonice scientes, et vertant in Latinum.

De eadem electione est in decretis S. Congregationis de Propaganda Fide Particularis de negotiis Ruthenorum, anno 1643, 14 Mensis Augusti. Sic etiam fiat cum Episcopis: sit electio a Metropolitanu et Episcopis, et Religionis Praelatis. Ex quo fiet, quod bonos, non vero discolos promovebunt. Electum vero Metropolitanum et Episcopos Regiae Maiestati, unanimiter omnes electores commendent, non autem solus Metropolitanus. Qua in re praecaveo: habere Metropolitanum diploma Regium sub utroque, et Regni et Lituaniae sigillo anno 1645, a Vladislao IV datum, ut commendet Regiae Maiestati ad omnes honores nostros Religiosos. Quod diploma defunctus post Rutscium Metropolitanus, a Rege dicto impetravit, quia timuit, ne ab Episcopis non consentientibus, (f. 185v) a Metropolia prohiberetur. In quo tamen diplomate sunt alia bona valide posita in rem Unionis.

2do. Ut Metropolitanus electus iuret non solum super obedientiam Sedis Apostolicae, et super aliis in iuramento suo adhiberi solitis, sed etiam ne quidquam ab alienet bonorum ecclesiasticorum, sine scitu Sedis Apostolicae, sub excommunicatione ipso facto incurrenda; et absolutio soli Sanctissimo Domino reservetur. Similiter facti Episcopi omnino talia iuramento, cum obedientia SS.mi, faciant. Quin etiam iurent Archimandritae et Superioriores Monasteriorum, quando inaugurantur, cum obligatione censorarum. Pari ratione iuret non se amplius post mortem Praelatorum Administrationem suam, in depraedandis praelaturis, executurum, sub simili excommunicationis paena. Ad Serenissimum porro scribatur, quatenus inhibeat istam Administrationem, Nuncius autem Apostolicus, ex mandato Sanctitatis Suae, ab ista Administratione abiudicet. Iuramenta ista Metropolitani et Episcopi coram Nuncio Apostolico faciant, Archimandritae et Superioriores Monasteriorum, in sua inauguratione coram Proto-Archimandrita, ipse autem electus in sua electione coram omnibus Religiosis in Congregatione Religiosa existentibus; quod etiam solebat fieri. Addantur Metropolitano et Episcopis, quae placuerint Sanctae Sedi, de observandis Canonibus, Ritibus Graecis, cura animarum, Clero excolendo, et non opprimendo. Archimandritis et Superioribus Monasteriorum de observandis per illos, et procuratione, ut observent Religiosi subditi Statuta et Regulas Sancti Basillii, necnon de observandis unanimiter Ritibus Graecis. Nimum enim scandalisantur Schismatici, quod varii e Nostris perperam, sine Superiorum consensu, quae volunt mutant, et novos excogitant Ritus: atque alter ab altero in Ritibus discrepat. Iuret etiam Metropolitanus, quolibet quadriennio facturum se Synodus Episcoporum, Praelatorum, et e Clero primorum; advocentur et Religiosi erudit. Quippe ab anno 1626 Synodus nulla fuit, atque ideo res nostrae omnes pessum vadunt. Quoad electionem Metropolitani, et Episcoporum, S.R. Maiestas, a SS.mo Domino Nostro, et Sac. Congregatione de Propaganda Fide rogetur, quatenus libera nostra Electio statuatur; quia etiam Schismatici eam habent, sed non intrudant se ad eam Electionem Saeculares (ut fit apud Schismaticos). Certum enim est, quod Metropolitani hisce temporibus sine electione et ipsi promoti, et alios promoventes, habuerunt suos naevos, ac multos indignos Religiosos, solumque sibi adulantes, ad Praelaturas promoverint.

3º. Omnia bonorum fons et origo solet esse in Sancta Ecclesia et Religionibus personarum Spiritualium, et bonorum eorumdem Visitatio. Quae Anno 1643, 14 Augusti, in Congregatione de Prop. Fide Particulari de negotiis Ruthenorum Romae decreta fuit. Sed ad exitum non deducta, propter nostros ipsos Praelatos, qui rogaverunt olim Serenissimum Vladislauum IV, ne fieret, scilicet, propter scandalum Schismaticorum, ne turbarentur, et ab Unione avsererentur. Et Serenissimus, ut divulgatum

est, scripsit ad S.mum (f. 186) et sic impedita est. Sed haec frivola est ratio, et multum boni nostrae praeripuit Unioni. Imo vero Schismatici aedificantur, si apud nos talis visitatio, pro corrigendis totius Unitae Ecclesiae moribus, fieret. Cur antea Patriarchae Constantinopolitani suos in Russiam Exarchas, et visitatores mittebant, SS.mus autem Dominus pro bono nostro ista facere non debet?

Sint autem visitatores de Clero saeculari latino aliqui boni, minores Praelati, nobis faventes, de quibus cum nostra Religione conferendum. Sint etiam Religiosi latini itidem nobis faventes, ut sunt Carmelitae Discalceati, vel Jesuitae, tam ex Regno Poloniae in illis partibus Russiae, quae pertinent ad Regnum Poloniae, quam ex Ducatu Lituaniae, adiunctis duobus nostris, et determinentur ex iis qui primi, qui secundi, ad hoc munus destinari debent: ut visitatio concors fiat. Vel certe sint soli Religiosi, et nostri cum Latinis, uti rerum suarum bene gnari, prout videbitur S. Congregationi. Obligentur vero conscientia ut exacte istam faciant inquisitionem. Et providendum ne nostri, Metropolitanus et Episcopi, impediant hanc visitationem, sub censuris ecclesiasticis.

In visitatione, exquiratur de bonis et possessionibus Metropolitanus, et Episcoporum et Archimanditarum, et Monasteriorum; qualia sint capitula, quae nostri non curant, quales sunt oppressiones Cleri; quae cura animarum, et accessio ad S. Unionem Disunitorum, et quae impedimenta ad eam accessionem; quae ornamenta ecclesiarum antiqua, et nova; qui mores Dominorum Praelatorum, et cur in habitu veteri Graeco non incedant, sed Latinorum Episcoporum et Praelatorum, cum scandalo Schismatricorum assumant? Demum: pro quo magnos ecclesiarum convertant proventus. Siquidem est manifestum eos pro vanitatibus omnia pessum dare; vel in convivia, vel in consanguineos, vel in privata commoda convertere; Quae scholae ad cathedras? quae revera incuria Praelatorum, negligentia Religiosorum (qui docere nolunt, sed statim post studia absoluta, ad honores aspirant) perdidit, idque in variis locis, quae Societatis Patres propter negligentiam nostrorum occuparunt. Inquiratur de Seminario et bonis eius et redditibus; tum etiam de avulsiis bonis a monasteriis; et de aliis rebus, quae Sanctae Sedi in Domino videbuntur. Omnia vero inquisita, et inventa ad S. Sedem remittantur, et remedia statuantur.

4to. Domino Metropolitanano quantocius, a SS.mo Domino, vel a S. Congregatione, nomine Sanctissimi scribatur, ne R.mo Pinsensi consilio, aut auxilio adsit contra Religiosos, idque sub censuris: sed graviter, et executive eum reprehendat pro eo, quod tot oppressiones Religiosis, et scandala populo faciat. Iuvet autem, et protegat ab eo Religiosos, et in Monasteria, ac villas monasteriorum restituat, atque reinducat.

Scribere dignetur SS.mus Dominus noster ad Serenissimum, tanquam Supremum Ecclesiarum in Regno Poloniae Tutorem, ut iste tot absurdum faciens R.mus Pinsensis authoritate Regia compescatur. **Et** Nunciatura eum a privilegiis monasteriorum Vilnensis, et Novogrodensis, tum etiam a possessione bonorum omnium utriusque monasterii abiudicet. Postquam autem abiudicatus fuerit, rogandus Serenissimus, ut in contumacem (f. 186v) saeculare suum brachium adhibere dignetur, atque ex possessionibus, et monasteriis expellatur. Neque enim modus alius cum isto homine inveniri potest. Quantum et quoties sua monitoria Nuncii Apostolici ad eum direxerunt? quantum et quoties nos ipsimet, in nostris concessibus, Congregationibus, cum ipso, quam mitissime procedentes, laboravimus? quantum et quoties per egregios Latini Ritus Praelatos illi persuasimus, ut ea monasteria dimitteret, Religiosis regimen tribueret, Nuncii Apostolici autoritatem conservaret? Sed nihil effecimus. Et licet aliquando concordiam intuerit, Religionis regimen suscipiendum statuerit, omnia ad voluntatem Superiorum tractanda promiserit, cedere monasteriis, villas a consanguineis liberare pollicitus fuerit; omnia statim, non in crastinum, sed post horam aliquam mutavit, statuisse talia se pernegavit, nec somniare se de his dixit. Totaliter autem gloriatur, se iure et privilegiis Regum ea Monasteria possidere, quaenam unquam ab initio Russiae in istis partibus ullus Episcoporum tenuit. Quare etiam ab initio ultimaria potestate Regia, post abiudicationem a Nuncio Apostolico ab his monasteriis, alienandus est, et extrudendus. Et esto in Iudicio Nunciature non comparuerit, etiam in contumaciam abiudicandus est, et a Rege Serenissimo executio finalis petenda est.

5to. Jurisdictionem in monachos et monasteria Metropolitani et Episcoporum velit SS.mus Dominus, et Sac. Congregatio de Propaganda Fide circumscribere, sicuti etiam Latinorum Episcoporum super Monachos et Religiosos latinos iurisdictio habet suam limitatam potestatem. Quia si absolutam habuerint super monachos, et monasteria Iurisdictionem (praecipue vero eam sibi vindicat Metropolitanus), ad quid Protoarchimandrita sive Generalis? ad quid alii Superiores? quia sic Metropolitanus totum regimen super monachos acciperet, et mala infinita fierent: Religionis Superiores bonos praemiare, malos punire non possent; neque curarent Religiosi bonum commune, sed privatum; et solum adorarent Metropolitanum, illi instruissent, illi applauderent; deficerent in Religione subiecta ad concionandum, ad confessiones excipiendas, ad bonum Religionis promovendum. Superiores, et Praelati monasteriorum imitarentur Metropolitanum, et Episcopos, commodis privatis servirent, inferiores simplices Religiosos, qui non possent ascendere ad paelaturas, oppri-

merent. Atque ita ex Religione tanta, et tam celebri, tam antiqua, tam erudita, tam virtuosa, ut quondam erat in Graecia, et non ita pridem in Russia, esset quaedam hominum licentiosorum, et bona Ecclesiae dilapidantium Congregatio.

Scio statutum esse de iurisdictione Metropolitani non deroganda super Religiosos, in Congregatione Particulari de negotiis Ruthenorum eodem anno, ut supra, 1643, 14 Augusti, sub Urbano VIII, sed indefinite, et generaliter: proinde opus est eam Iurisdictionis potestatem circumscribere. Et primo quoad Episcopos jubeatur D. Metropolitanus tempore certo eos visitare, officii sui admonere, in prima (f. 187) Instantia eos iudicare, et punire. Quoad Archimandritas, illos subdat S. Sedes primario Protoarchimandritae, ut illos visitet, iudicet, puniat, salva tamen in gravioribus appellatione ad Metropolitanum, et a Metropolitanu ad Nun- cium Apostolicum. Praecipue vero Episcopis libera sit appellatio a Domino Metropolitanu ad Ill.mum Nuntium pro tempore Apostolicum. Religiosos ab Archimandriis, alios amoveat, alios subministret regimen bonum, et ob servationem regularum inducat idem R.mus Protoarchimandrita. Et si necesse fuerit Archimandritas iudicare, Metropolitanus non solus iudicet, sed simul cum Protoarchimandrita, et cum duobus ad minimum Consultoribus. Ipsum Protoarchimandritam, si esset reprehendendus et iudicandus, cum quatuor Consultoribus, et Religionis Secretario iudicet, et sine illis nihil in illum statuant.

Habet Metropolitanus Privilegium sub utroque Regni et Magni Ducatus Lituaniae sigillo Constitutione Regni in genere firmatum, ut Serenissimo Regi, ad honores Ritus et Ecclesiae nostrae Religiosos praesentet et commendet (de quo supra commemoravi in Electione Episcoporum). Hoc ne noceat Religioni, et ne indignos promoveat, numquam sine scitu Protoarchimandritae, et quatuor Consultorum, nec non Secretarii Religionis, qui promovendum commendent Metropolitanu, et commendationem illam manibus suis subscrivant; atque ita Metropolitanus a Religione commendatum et electum, Sacrae Regiae Maiestati praesentet. Hic modus multum erit Religioni proficuus. Quia subiecta omnia, etiam nobilissima etiamsi parentelae sint magnae, totaliter inservient Religioni, ex cuius manu commendationem praestolabuntur. Et fient postmodum semper grati Religioni. Ambitioni vero variorum integre occur retur, et Metropolitanu absolutae dominationi, Praelatis demum ex talibus Religiosis, sperandum est, bonos futuros in omnibus coadiutores, et ad Episcopatus Successores.

Insuper opus est ut Ill.mus Metropolitanus Religionis bono consulendo, nunquam sibi accipiat ex Religione, sic etiam Episcopi, aliquem Religiosum, quem vult, sed quem commendaverit Religioni. Ipsaque Religionis tales

commendet, qui boni fuerint odoris, ne opprobrio fiant Praelatis, sed ornamento, et auxilio. Quando enim tales, quales volunt, aut profugos, et vagabundos assumunt, tum et Religio non potest eos regere, et ipsis Dominis Praelatis nulla ex iis fit utilitas, imo confusio. Neque istud faciendum, quod R.mus praecipue Metropolitanus practicare consuevit, si ipsi aliquis Religiosus displicuit, tum eum contemptum, rebus spoliatum, imo concussum a se expellit. Sed si aliquis Religiosus displicerit, moneat Protoarchimandritam, ut eum accipiat, religiose puniat, et alium subministret.

Quoad regimen autem interius, et quoad dispositionem personarum, tum ad superioratus, tum ad alia munia Religionis, ad haec quoad correctiōnem discolorum, et reformationem Religionis solus Protoarchimandrita cum Consultoribus pertineat, Dominus autem Metropolitanus (f. 187v) penitus non se ingerat. Similiter etiam illos tantum ad ordines tam Metropolitanus quam Episcopi promoveant, quos Religio commendaverit. Quoad Ritum autem S. Graecum totaliter R.mus Metropolitanus cum Episcopis, sua quilibet in Dioecesi, iurisdictionem habeant, ut nihil in eo immutetur, novetur. Hoc enim mirum quantum Schismaticos exarcerbat, et a Sancta Unione avertit.

Magnum inter alia religionis propagandae impedimentum quod Metropolitanus et Episcopi Archimandrias retinent, promoti ex Archimandritis ad Episcopatus, vel Episcopi facti, per privilegia sibi Archimandrias impetrant. Atque imprimis D. Metropolitanus habuit primo quatuor Monasteria: Unum Beresvecense, quod cessit Protoarchimandritae, sed iterum eripere illi molitur; aliud tenet Dermanense, tertium Dubnense, S. Salvatoris, quartum S. Crucis Dubnense, quod cessit ante annum suo Vicario Dermanensi, ut ante memoravi. Dominus Episcopus Vladimirien. habet amplum Episcopatum 30 aliquot villarum, et tenet Archimandriam Kobrinensem. D. Episcopus Pinscensis bonum Episcopatum habet cum multis villis, paucos parochos, Vilnensem autem et Novogrodensem sive Laurissoensem tenet Archimandrias. Dominus Smolescensis tria monasteria Pustinense, Onofriense, tertium Grodnense, quo gaudet ipsius Nepos, ut supra dixi. Smolescensis Episcopatus cum Cathedra et bonis est sub Moscis, nullam gerit curam animarum, sufficeret ipsi tenere unum monasterium. Haec autem tria monasteria habent titulum Archimandriarum. Episcopus Chelmensis habet Archimandriam desolatissimam Zydicinensem, Episcopatus omnium nostrorum est pauperrimus, trium villarum modicarum. Quae Archimandria habet onus, ut Episcopum illic alat pro clero unito in Episcopatu Rutheno Schismatico Luceoriensi existente. Quam cum ego apprehendissem vix 30 parochos in ditionibus Catholicorum Latinorum inveni, nunc, Dei gratia, solitudine mea sunt ad 90. Nullus

antea Episcopus Chelmensis habuit hanc Archimandriam. Quando Schismatici redditus Episcopatus Rutheni Luceoriensis tenuerunt, eam Archimandriam vel Metropolitanu, vel Episcopi uniti, propter parochos et laicos unitos in dicta dioecesi: proinde aut titularem Episcopum, aut realem dictam habere propriam administrationem in spiritualibus et curam animarum, vocaturque Administrator in spiritualibus Luceorien., et Ostrogien. Episcopatus Praemyslien. est bonus, sed Schismatici eum tenent; iam quidem modernus iuravit super Unionem, sed nondum se propalavit. Noster autem Unitus nihil habens in Praemysliensi Episcopatu bonorum, tenet unam Archimandriam sub Pinsco, Lesczynensem.

Hisce positis non potest aliter occurri, ne possideant nostri Episcopi monasteria, nisi ut SS. mus scribat ad Serenissimum quatenus per legem publicam, sive Comitiorum constitutionem declaret monasteria, quae tenet D. Metropolitanus et D. ni Episcopi, pro incompatibilibus; quatenus DD. Episcopi et Metropolitanus contenti sint suis Episcopatibus, et privilegia pro monasteriis subreptitie non obtineant, (f. 188) excepto solo monasterio Zydycinensi, quod necesse est, ut teneat aliquis aut titularis aut realis Episcopus, propter datam rationem. Quod si Deus dederit, ut etiam Episcopatus Luceorien. schismaticus ad Unionem accedat, etiam Zydycinense monasterium nullus teneat Episcopus. Habemus exempla in eodem Regno: in Ritu Latino sunt varia beneficia, et Abbatiae cum Episcopatibus incompatibiles, cur non debet esse in Ritu Nostro? At dicent esse nostros Episcopatus longe pauperiores Latinis, verum est. Sed cum Antecessores nostri contenti fuerunt Episcopatibus, sine monasteriis, cur enim nunc non debent esse contenti?¹⁵³

146.

Roma, 5. VII. 1683.

Joannes Malachovskyj instat pro licentia valedicendi Eparchiae Peremysliensi ob difficultates sustentationis.

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni generali*, vol. 487, fol. 197-198v.

Eminentissimi Signori.

Monsignore Giovanni Malachouschi, Vescovo Unito di Premislia, supplica riverentemente l'EE.VV. compiacersi dargli licenza di rinunciare al suo Vescovato, per ritirarsi in qualche Monasterio à far vita privata.

¹⁵³ Expositio haec videtur non est conclusa, sed sic invenitur in Archivo S.C. de Prop. Fide.

Imperochè per la debolezza della sua complessione non potendo più resistere à tante fatiche, per l'inesigibilità degl'assegnamenti fattigli da Monsignore Innocentio Vinischi, suo Collega, non havendo con che mantenersi nel suo grado; e per la professione della fede cattolica, fatta dal suddetto Collega, non parendo più conveniente, che due Vescovi cattolici sijno in un Vescovato, mentre ogni poco possono nascere de disgusti circa le giurisdizioni, sembra la supplica per più capi ragionevole. Onde spera la gratia dall'EE. Loro. Quod Deus etc. etc...

(f. 198v) All'Em.mi Signori Cardinali della Sac. Congreg.ne de Prop. Fide.

Per Monsignor Gio. Malachouschi, Vescovo Unito di Premislia.
Die 5 Iulij 1683: Dilata.

O. Archiep. Seleuc., Secretarius.

147.

Chelma, 31. VIII. 1683.

Jacobus Susza, Ep. Chelmensis, de attentatis Metropolitae et Episcopi Pinscensis in damnum Religionis Basiliannaë, et de Capitulis illegitimis.

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Pol., Ruteni*, vol. 2, fol. 150rv.

Ill.me et R.me Domine, Domine, et Patrone Colendissime.

Credo facile iam Vestrae Ill.mae Dominationi innotuisse R.mi Metropolitani et R.mi Pinscen. ausus, quos contra mentem V. Ill.mae Dominationis, et nostrum omnium attentarunt. Perbelle notum manetque alta mente Vestrae Ill.mae Dominationi, quomodo omnes Varsaviae sub Comitiis elapsis convenerimus in eo, ut Brestae in Lituania, et Synodus et Congregatio Religiosorum hyeme fieret, idque post Natalitia Domini. Ipsi vero, omissa Synodo, fecerunt Congregationem 25 Iulij in remoto sane loco, adeo ut nos Episcopi tres, R.mus Vladimirien., Praemyslien, et ego, nulla ratione, propter praegnantia Ecclesiarum nostrarum negotia, adesse poteramus. Quin imo constat mihi V. Ill.mam Dominationem omnimode R.mo Metropolitano inhibuisse, ne hoc tempore Congressum Religionis faceret, et Religiosi a V.S. Ill.ma D.ne prohibiti sunt, ne convenirent. Ille vero suasu R.mi Pinscen., contra expressa Ill.mae D. Vestrae mandata fecit. Quali autem ratione, et violentia illam inchoaverint, et qua ratione et cum quibus eam finiverint, praecipue superior monasterii Zyroviensis, et Consultor, R.P. Maleiewski, ad Vestram Ill.mam Dominationem accurrere etiam Cracoviam debuit, ut nunciaret. Quod et factum esse putarim. Caeterum ego addo, et ex antecedente (de qua Varsaviae ex Religiosis Metropolitani intellexi) voluntate, et ex eiusdem in pri-

mores Religiosorum comminationibus, ideo eum id temporis hanc statuisse Congregationem, qui et contra Decretum Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, a SS.mo D. approbatum, sese Protoarchimandritam crearet, et de porrectis a Religiosis V. Ill.mae D.ni querulosis punctis vindicaret. Evidet ille duos semper, R.mum Protoarchimandritam, et Superiorum Zyroviciensem impedit, sed per illos omnes Religiosos ferit: ut uno ictu totam perdat Religionem. Ipse vero despoticē illam regens, sub potenti manu sua, uti rusticos Religiosos teneat. Intereaque substantiam religiosam, cum suis adhaerentibus, in se convertat. Ad haec qualis ista et Congregatio et electio authoritatis fuerit? ex eo V. Ill.mae et R.mae D.ni colligere licuerit, quod in ea rebelles Sedi Apostolicae, et Generali moderno vero, Vilnensis monasterii turbatores, asseciae Domini Pinscen., tanquam antesignani, vota dixerint; deinde D.ni Metropolitanus ex monasteriis Dermanen., Dubnen., vilia et longe servilia subiecta; demum alii vere asini ad lyram, quicquid egerunt, metu magistro egerunt. Proinde si quando Religio nostra per Illustrissimam Dominationem, et per SS.mum D.N. et per Sac. Congregationem de Propaganda Fide iuvari desiderat, nunc profecto longe instantissime. Alias enim periculum incumbit, nedum Religio, per quam stat Unio, subvertitur, ipsa dispareat Unio. (f. 150v) Omnes enim Primores Patrum, adeo tot ausis Ill.mi Metropolitanus sunt consternati, ut ad alias migrare intendant Religiones, et qua integratati, qua saluti suae consulere. Ex quo sequetur manifesta Religionis desolatio; concionatorum, confessariorum, et dignarum personarum in Ritu nostro et Unione denudatio, Schismaticorum consolatio, et in Schismate suo obduratio. Scio, quod Vestrae Ill.mae D.ni supplicaturi sunt, vel iam supplicaverunt Religiosi, qua super etiam ego supplico, ut acta universa D.ni Metropolitanus, eiusque Congregationis pro nunc annihilare, et omnes Patres in suis officiis confirmare dignetur, ad tempus designatum in Comitiis, quo fiat alia Congregatio, omnesque Domini Episcopi nostri et Praelati ex Mandato SS.mi D.N. convenient. Quia illi, siquidem semel recalcitrare Vestrae Ill.mae D.ni caeperunt, etiam ulterius sunt recalcitraturi. Deinde, ut etiam S.R. Maiestas manum suam apponere dignetur, et pro sua authoritate Regia, qua Ecclesiarum, et Religionum in Regno Poloniae est supremus tutor, serio commovere velit: ne talia cum suis Metropolitanus attentet, et Religionem nostram, cum suis Iuribus, a SS.mo D.D. Nostro Clementissimo collatis, integrum et inviolatam relinquat, sub paenis a Vestra Ill.ma D.ne, vel a SS.mo Domino irrogandis, et sub nullitate omnium factorum, si quae attentaret. Super quibus, ea qua par est submissione et contentione V. Ill.mae Dominationi supplico, ut haec nostrae praestare dignetur Religioni, et eam in omnibus

sua authoritate tueri. Cui omnia fausta apprecaens, mea indigna defero obsequia maneoque.

Chelmae, Augusti ultima, 1683.

Vestrae Ill.mae et R.mae Dominationis obsequentissimus Servus
Jacobus Susza, Episcopus Chelm. et B. (mp.).

148.

Chelma, 13. X. 1683.

Ep. Susza Cardinali C. Barberini instat de oppressione Religionis Basiliacae et de alumnatibus pro eparchia Chelmensi.

BIBL. APOST. VAT., *Barb. lat.*, vol. 6643, fol. 4r.

Em.me et R.me Princeps, Domine, D.ne et Patrone Observandissime.

Sicuti antea toties ad Vestram Eminentiam cum fiducia recurri, ita etiam nunc recurro, ut apud Sacram Congregationem de Propaganda Fide Religiosos nostros Superiores, ab Ill.mo Metropolitano et D.no Pinsensi Ep.po plurimum pressos, tueri, et protegere dignetur. Seipsum ille, contra decretum Sacrae Congregationis, a Ill.mo olim D.noque nostro Clementissimo Urbano VIII approbatum, in Protoarchimandritam sive Generalem Religionis, per suos fautores, et multum interessatos elegit, ut Religionem oppimeret, sicut reapse oppressit. Qua de re missus a Religiosis est R. Pater Provincialis et consultor Religionis;¹⁵⁴ is ipse tot violentias dictorum Reverendissimorum exakte Sacrae Congregationi explanabit. Qui etiam Nuncium Apostolicum, et eius mandata parvipendunt, et authoritati eius penitus refragantur. Proinde dignetur Sacra Congregatio talia in herba sopire, ne ulterius cum scandalo tam Catholicorum, quam Schismaticorum serpent. Atque integre electionem Protoarchimandritae liberam Religioni, non ex Praelatis facere, cum debita tamen reverentia Metropolitani.

Ad haec summas habeo gratias Vestrae Eminentiae, pro eo quod efficaci sua authoritate, a S. Congregatione de Propaganda Fide et de sua gratia, in Urbano amplissimo Collegio locum pro meis duobus Religiosis obtainuerit. Quam ego gratiam, donec spiritus hos reget artus, meis indignis coram Divina Maiestate referre precibus Virgineque Chelmensi miraculosa enitar. Religiosi porro mei non modo continua exorationibus ad eandem Maiestatem, verum etiam suis in Vinea Christi laboribus

¹⁵⁴ Agitur de Georgio Malejewskyj, qui tunc temporis erat solummodo Consultor Ordinis et ut talis missus est Romam, ut res Religionis S. Congregationi exponeret. Cfr. J.B. BALYK, OSBM, *Katafalk religiosus*, in « Analecta OSBM », vol. VIII, pag. 81-82, Romae 1973.

eam rependere gratiam, pro virili suo conabuntur. Mea insuper Vestrae Eminentiae indigna deferendo obsequia, diu ipsam et feliciter S.R.E. et nobis ipsis vivere peropto maneoque.

Chelmae, 13 Octobris 1683.

Vestrae Eminentiae obsequentissimus Servus

Jacobus Susza, Ep.pus Chelmen. unitus (m. pr.).

149.

Chelma, 13. X. 1683.

Jacobus Susza de perturbatione Ordinis Basiliani opera Metropolitanus Kioviensis petitque protectionem Sedis Apostolicae, et de quodam sacerdote et ecclesia, ne convertatur in Ritum Latinum.

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Pol., Ruteni*, vol. 2, fol. 167rv.

Ill.me et Rv.me Domine, Domine, et Patrone Observandissime.¹⁵⁴

Credo facile iam Ill.mum Nuncium Poloniae turbas nostrae Religionis Basilianae in Unione Ruthena existentis, Vestrae Ill.mae D.ni, atque etiam Sac. de Propaganda F. Congregationi prescripsisse. Quomodo noster R.mus Metropolitanus, collatis consiliis cum R.mo nostro Episcopo Pinsensi, et nonnullis Religiosis discolis, interessatis, privatisque de monasteriis suis evocatis, seipsum fecerit Protoarchimandritam, seu Generalem. Idque non in loco, ubi ex omnium consensu Episcoporum coram Ill.mo Nuncio statueramus, neque eo tempore, quo statueramus, Congregationem fecit, videlicet Minsci; et debueramus Brestae, in meditullio omnium nostrum.¹⁵⁵ Ibidemque statueramus et Synodus celebrandam. Habeo super hoc manum propriam Ill.mi Metropolitanus. Et nescio qua de causa eam metamorphosim fecit. Nunc enim nobis intimavit Synodus in loco alio, itidem a nobis remoto, ad Sedem suam Collegiatam Novogrodensem. Sed nescio quis eo descendet, quando hac in parte de voluntate non habemus quidquam Ill.mi Nuncii. Quo autem fine id fecerit, et se ipsum per suos fautores elegerit, manifestum est, quod vindicando se ipsum de Religione, quae Ill.mo Nuncio puncta oppressionis sua, ab Ill.mo Metropolitanus, et aliis Ill.mis D. Episcopis porrexit, atque ad Sedem Apostolicam transmisit. Quae res certe secum trahit excommunicationem Bullae Caenae Domini, quia prohibetur recursus ad Sedem Apostolicam. Post istam autem suam disgregationem,

¹⁵⁵ Cfr. de s.d. Capitulo Minsensi in M.M. WOJNAR, OSBM, *De Capitulis Basiliorum*, Romae 1954, pag. 17, die 25 iulii veteris styli.

quas violentias Domini isti duo, Metropolitanus, et Episcopus Pinscensis fecerint, cum scandalo et Unitorum et Latinorum, et nostrorum Schismatistarum, difficile enarrare. Ipse Superior monasterii praecipui Zyroviciensis, ubi est celeberrima et miraculosissima Virginis perbeatae Icon, qui Romam petiit, V. Ill.mae et R.mae Dominationi, nec non Sac. de Propaganda F. Congregationi expositurus est.¹⁵⁶ Ego autem obnixe rogo, ut velit V.D. Ill.ma ipsi apud S. patrocinari Congregationem, ut restituatur electio Religiosorum non-Praelatorum. Habet Ill.mus Metropolitanus tot sub se, in duabus amplissimis Dioecesibus, Metropolitanana et Polocensi, Parochias, quae prope mille numerari possunt, quibus certe vix sufficit regendo. Ad quid onus in se trahit Religionis penitus regendae? Qua de re nil amplius hic scribo, sed ad meam informationem Ill.mo Nuncio super punctis Religiosorum porrectam me refero.¹⁵⁷ Dignetur illam S. Congregatio (f. 167v) considerare, et quae libuerint pro bono Religionis nostra statuere. Quia omnia, iuxta meam conscientiam, et experientiam scripsi, utpote qui quinquaginta et octo annis sum in Religione nostra, trigesimum primum in Episcopatu meo finio. Multa vidi, planeque palpavi, quae bona, quae mala fuere. Instantia prima Religiosis, praecipue Episcopis, apud Metropolitanum fiat, si quis ad eum appellare a Superioribus voluerit, sed cum libero recursu ad Ill.mum Nuncium, et consequenter ad Sedem Apostolicam; quia haec fuit antea, ab immemorabili tempore, et de hac Metropolitanus valde sollicitus. Atque id sicut nihil Religioni et Episcopis nocet, sic etiam autoritatem Metropolitanam conservat; alia vero omnia in informatione nostra Ill.mo Nuncio porrecta ad beneplacitum S. Congr. pro bono nostro commendo. Caeterum Religiosis etiam inhibeatur, ne Ritum Ecclesiae Graecae veterem destruant suis conceptibus. Quia hoc vehementer absterret Schismaticos, imo vero etiam nostros Unidos; quosdam enim Ritus induxerunt Religiosi, qui neque latini sunt, neque graeci, ita ut etiam prudentes Latini eos reprobent.

Ad extremum Vestrae Ill.mae D.ni summas habeo gratias, quod apud S. Congregationem suam interposuerit autoritatem pro Religiosis meis Chelmensibus duobus, qui ad Collegium Urbanum sunt pro studiis admissi, Sacraeque Congregationis de Propaganda Fide sumptibus sustentantur. Pro quo beneficio mihi illisque collato, ut ego usque ad extremum vitae meae... (quem certe in labores Fidei S. effundo), gratissimum me fore Sac. Congregationi policeor, sic de meis admissis idem sanctissime recipio. Scio enim bonos et probatos esse iuvenes, et in Unione S. optime

¹⁵⁶ P. Georgius Malejevskyj, Consultor Ordinis Basiliani.

¹⁵⁷ Cfr. supra nr. 145.

laboraturos. Quos earum Vestrarum Ill.marum D.num dum submisse
commendo, mea eidem humillima defero servitia, maneoque

Chelmae, 13 Octobris 1683.

Vestrae Ill.mae et R.mae D.nis Servus obligatissimus

Jacobus Susza, Episcopus Chel. et Belzen. unitus (mp).

Dignetur enim Vestra Ill.ma et Rev.ma Dominatio in causa sacerdotis
unius, non procul ab Archimandria Melecensi, (de qua Admodum R. Pa-
tri nostro Josepho de Camillis¹⁵⁸ latino perscripsi) S. Congregationi suppli-
care, meoque nomine, quod humillime peto, exorare. Ne permittant ecclesiam eius Ruthenam in ecclesiam latinam Patrum Franciscanorum
Conventualium, et ut vulgo in nostra Patria dicuntur Bernardinorum,
convertere, ex quo vehementer populus Ruthenus, praecipue Schismatici
scandalisantur et ab Unione averti tur. Is autem Sacerdos eodem tempo-
re, quo D. Archimandrita Melecensis cum suo monasterio integro mihi se
subdidit, cum alio sacerdote in oppido, Niesuchoicze dicto, Domini unius
Sapieha, sed inferioris notae, quam alii sunt Sapiehae Magnates, et id
totum quidam Fr. Norbertus Bernardinorum fecit, apud... dictum. Rogo
super hac re instantissime.

150.

Chelma, 14. X. 1683.

*Jacobus Susza, Ep. Chelmensis instat pro oppressa Religione Basiliana
a Metropolitano Kiovensi, ut protegatur a Sede Apostolica.*

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Pol., Ruteni*, vol. 2, fol. 169.

Eminentissimi et R.mi Principes, Domini, Domini et Patroni Obser.mi.

Afficta Religio, cum per suum internuncium, tum per me V. Sac.
supplicat Congregationi, quatenus in oppressionibus suis, ab Ill.mo D.
Metropolitano, et R.mo D. Pinscen. Episcopo, atque ab aliis eliberetur.
Perscripsi ego Eminentiss., Poloniae et Russiae Unitae Protectoribus,
et Ill.mo Sac. Congregationisque Secretario, tum etiam nostro Russiae
residenti, in quibus sint angustiis Religiosi. Et quia Ill.mum Poloniae
Nuncium, eiusque mandata, cum scandalo Catholicorum, dicti Domini
posthabent, etiam Vestrarum Eminentiarum SS.mique Domini authori-
tate opus est: qui non modo per eius plenitudinem Potestatis, verum etiam
brachii Regalis mandatis, compescantur, et Religio iuxta decretum S.
Vestrae Congregationis, in eligendo Generali, sub SS.mo olim Urbano

¹⁵⁸ Procurator in Urbe (1675-1689).

VIII, anno 1643, 28 Septem., conservetur. Contra quod Decretum seipsum nunc in Generalem Ill.mus Metropolitanus elegit. Neque Religiosi intendunt Metropolitani autoritatem, et potestatem convellere, quae illi debetur uti Pastori, et Unionis supremo Capiti. Verum ita ne Bona pro Religiosis fundata iis adimantur, et quae potestas Superioribus Religionis super suos debetur Religiosos, non infringatur, et similia. De quibus in informatione mea Ill.mo D. Nuncio hoc anno exposui.

Deinde omni cum demissione, et quo possum nisu conatique Vestrae Sac. Congregationi persolvo gratias, quod Religiosos meos, sub protectionem et provisionem, ad Collegium excellentissimum Urbanum, suscipere dignati estis. Utinam Divina Maiestas robur et condignas mihi vires tribuat, quibus Vestrae Sac. et Amplissimae Congregationi et servire valeam. Mei vero Religiosi suscepti, omni modo in Unione laborare obligatissimi sunt futuri. Cum quibus, Vestris Eminentis omnia prospera vovendo, me ipsum Vestris Eminentis servum substerno.

Chelmae, 14 Octobris 1683.

Vestrarum Eminentiarum indignissimus et obligatissimus servus et exorator

Jacobus Susza, Episcopus Chelmen. et Belz. Unitus (mp).

151.

Roma, 14. XII. 1683.

Card. C. Barberini Protoarchimandritae OSBM de receptione litterarum.

BIBL. APOST. VAT., *Barb. lat.*, vol. 6650, fol. 146r.

Rev.de Admodum Pater.

Litteras Vestras 11 Septembbris ad me datas ex manu P. Georgii Malievski recepi,¹⁵⁹ eumque toto affectu complexus sum ob vestra merita, Vestrique omnium, quo flagro, amorem. Huic mentem Sacrae Congregationis de Propaganda Fide communicavi, hortatusque sum, ut negotiorum Vestrorum quantocius relationem faciat. Mihi in primis iucundissima accidit Vesta Urbani VIII Patruorumque meorum tam grata memoria, neque ipse Vobis deero cum sese occasio obtulerit commonstrandi quanto-pere sim.

Romae, 14 Decembris 1683.

Paternitatis Vestrae Studiosissimus.

¹⁵⁹ Georgius Malejevskyj, Consultor Ordinis Basiliani, Superior Zyroviciensis; missus Romam in defensionem Ordinis contra praetensiones Metropolitae Zochovskyj et Episcopi Pinscensis, Marciani Bialozor.



ЙОСИФ
ШУМЛАНСЬКИЙ
ЕП.ЛІВІВСЬКИЙ
1668-1708

JOSEPHUS SZUMLANSKYJ, EPISCOPUS LEOPOLIENSIS
(1676 - 1706)

152.

Cracovia, 29. XII. 1683.

Informatio indirecta Nuntii Varsaviensis de motibus cosacorum et turcarum.

BIBL. APOST. VAT., *Barb. lat.*, vol. 6655, fol. 328r (Talenti - Segr. del Re).

Le cose di questo Regno non possono andar meglio; mentre i Cosacchi hormai sono entrati nella Crimea, e col fuoco, e col ferro fanno una incredibile strage, havendo anche ripreso quei castelli che anni sono i Turchi per tenere con freno i Cosacchi fabricarono alle bocche del Mar Negro.

153.

Roma, 1. I. 1684.

Card. C. Barberini Ep.po Chelmensi Jacobo Susza de benevolâ acceptione litterarum et instantiarum.

BIBL. APOST. VAT., *Barb. lat.*, vol. 6650, fol. 149v-150r.

Ill.me et R.me Domine.

Patrem Basilianum, qui litteras Dominationis Vestrae Ill.mae 13 Octobris ad me datas mihi in manus tradidit,¹⁶⁰ libens complexus sum, causamque quam procuraturus hic venit apud S. Congregationem de Propaganda Fide, quantum feret iustitia et aequitas apud eandem tuebor. Neque committam omittamve quidpiam quod Vestram in rem conferre possit. Verum nulla efficacior causae Vestrae protectio esse potest, quam rectarum rationum copia, quas, uti spero, dictus Pater praefactae Congregationi expositurus est. Ea vero est EE.morum DD. Cardinalium iustitiae studium atque prudentia, ut sua cuique (f. 150r) iura conservaturi, Episcopi quoque Pinsensis rationes audire velint, priusquam de lite ipsa ferant sententiam. Cui acquiescendum esse, et Dominatio Vestra satis intelligit, nec ipse de Vestra hac in parte obsequendi voluntate ullo pacto dubito. Interea sum eroque.

Romae, 1-ma Januarii 1684.

Dominationis Vestrae...

¹⁶⁰ P. Georgius Malejevskyj, Consultor Ordinis Basilianorum, missus in Urbem, ut negotia Ordinis contra prætensiones Cypriani Zochovskyj defendereret.

154.

Roma, 20. III. 1684.

Instantia Jacobi Susza, Episcopi Chelmensis, de quadam iniuria cuidam ecclesiae facta et ut provideatur a Sede Apostolica.

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni generali*, vol. 490, fol. 195-196v.

EE.mi Signori.

Monsignore Giacomo Susza, vescovo unito di Chelma, humilmente espone all'EE.VV. come essendo stati lasciati ad un' certo Signore chiamato Niesuchowicz dalli suoi parenti fiorini 12 mila in circa, per ragion di legato, con obbligo di fabricar una Chiesa latina nella Terra del Signore Sapiha Vladislai in Polonia, per li PP. Zoccolanti, nulladimeno detti PP. o per maggior loro comodità, o per più avanco, o per altro fine s'impadronirono d'una Chiesa Rutena esistente nella medesima terra, cacciando via per forza il Prete greco, che la teneva, e pigliando quello, che ivi di bono trovarono, con intentione d'applicar ivi il suddetto denaro. E perchè questa violenta occupatione riesce di molto scandalo à quei Scismatici, et alli Uniti, e quella Chiesa spetta alla giurisdizione dell'Oratore per haver il suddetto Prete greco fatto la professione della Santa Fede nelle sue mani, et essersi sottoposto à lui. Però supplica l'EE.VV., già che l'Inibitione dell'Ill.mo Monsignore Nuncio non è stata sufficiente, si degnino ordinare a. R.P. Generale, o al P. Provinciale de suddetti PP. Francescani di Polonia, che proibisca alli suoi frati questa impresa, restituendo alla sua pristica libertà, et essere la Chiesa Rutena. E per la gratia etc. etc...

(f. 196v) Die 20 Martij 1684: Scribatur D.no Nuntio, ut verificatis expositis cogat Fratres minores de observantia ad liberam restitutionem ecclesiae occupatae, et D. Secret. cum P. Generali, ut sua auctoritate iubeat eisdem Religiosis, ut omnino pareant D. Nuntij mandatis. — D. Arch. Seleucien. Secretarius.

155.

Chelma, 4. V. 1684.

Jacobus Susza, Ep. Chelmensis, de perturbatione in Religione Basiliiana, deque modo procedendi Metropolitae et Episcopi Pinscensis, de convocatione Capituli, de electione Metropolitani in Protoarchimandritam, de oppressione Religiosorum et bonorum et statu quorundam monasteriorum.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. particolari*, vol. 29, fol. 109-110v.

Ill.me et Rev.me Domine et Patrone Observandissime.¹⁶¹

In variis Ecclesiae meae curis et distractionibus hyeme elapsa distensus, potissimum in quadragesima aegritudine gravi pressus, non potui ad valetudinem redire nisi duabus post Pascha septimanis. Quocirca nihil scripsi de tractationibus Rev.mi Metropolitani et Pinscensis Episcopi, cum Religionis nostrae Superioribus. Et quem sibi assumerent Dominum Episcopum Smolensensem,¹⁶² sed nescio unde illum titulo Archiepiscopatus insigniunt; is homo est simplicissimus, et promotus est ad istum statum impertinenter; et scio quod totaliter ipse istis turbationibus Religionis non adhaeret; quod intellexi ex illo ipso antea, et solum forte non tam libenter quam reverenter illorum ductum sequitur, de quo inferius. R.mus Metropolitanus cum suo Domino Episcopo Pinsensi ultima plane hyeme, imo ipsa in resolutione hyemis, literas ad nos direxerunt invitorias pro Congregatione, nempe pro 19 Martii, quo tempore fuit aequinoctium vernum. Ego non potui ulla ratione adesse, quod commissionem inter bona quaedam meae Ecclesiae, cum quodam Nobili, 22 Martii, solvi. Nec potuit adesse D. Vladimiriensis Episcopus propter sua gravissima negotia, potissimum conflagratae Cathedrae Vladimirien., cui reparandae incumbebat. Deinde Praemysliensis noster Episcopus, longe remotissime manens, credo facile nec scire potuit de Congregatione. Ad haec verna inundationes, post hyemen, apud nos sunt e nivibus maxima, in quibus longe periculosissimum fuit iter. Quomodo autem post 60,70, 100, leucas eundo Novogrodecum (ubi D. Metropolitanus et in civitatem et circa civitatem bona sua commodissima habet) et Novogrodeco redeundo contra, cathedras pro consecrandis oleis pervenire potuisse? Et licet expresse rogaverim, ut hoc tempore detineret a Congregatione et in aliud reiiceret, recusavit. Iterumque se ipsum per suos adhaerentes in Proto Archimandritam elegit, inter quos sunt etiam (f. 109v) Religiosi pessimi, alii autem ex tribus Monasteriis Domini Metropolitanus, quorum nemo latine novit, nec polonice se subscribere sciunt; notavique in autentico Congregationis Minscensis, a Domino Metropolitanu et Pinsensi mihi misso, ubi sex Religiosi una manu sunt subscripti et quae debetur fides talibus? Credo etiam quod in Novogrodensi pariter similia sunt acta. Alii ex comitatu R.mi Metropolitanu, alii vel metu, vel inescatione promotionis, tam in Minscensi, quam Novogrodensi Congregatione D. Metropolitanum elegerunt. Quod totum facile ruit, quia contra decretum SS. Congregationis de Propaganda Fide, a SS.mo olim Urbano VIII approbatum, quo indultum Religiosis,

¹⁶¹ Forsan Nuntio Varsaviensi Opitio Pallavicini (1680-1688).

¹⁶² Metrophanes Drucki Sokolinskyj (1680-1690).

ex simplici religioso eligere Proto Archimandritam, seu Generalem. Qualis vero facta est obedientia Brevi Apostolico, ut ante indictam Novogrodensem Congregationem omnia Religiosis iniuriatis restituerentur Monasteria, et superioratus, quod certe in contemptum Sedis Apostolicae manifeste redundat, siquidem nihil factum; imo per saeculares personas bona Monasteriorum, de brachio Metropolitani, iniuriatis Religiosis, sunt desolata.

Post istam autem proxime praeteritam Congregationem Dominus Metropolitanus, consilio Rev.mi Pinscensis, et illius Religiosi, Kaminski dicti (qui Praga Romam... abiit, Roma in Croatiam, ex Croatia in Ungariam per se Mukaczovien. ep.patum curans, Mukaczovia ex Ungaria aufugiens propter mirabilia scandala, Leopoliensi schismatico adhaesit, post Mr. Praemisliensi, ab eo invasor cuiusdam Monasterii, a Superioribus captivatus, ad Metropolitanum transfugit), ex consilio, inquam, istorum et aliorum. Nunc miseros Religiosos, qui paenes suos Superiores fideliter consistunt, terribiliter turbat, minis afflit, obedientias ad monasteria sibi adhaerentia transmittit. Ita, ut miseri Superiores, qui ad Sedem S. recurrerant pro auxilio, desperare debeant, et vel ad Latinos confugere, vel penitus dispergi omnes, quo possunt, intendunt. Et quae ex ista turbatione (f. 110) saecularibus Unitis secuta sunt, difficile enarrare, quae Schismaticis ludibria, opprobria de nostra Unione orta? Lachrymari solum opus est. Omnes denique sumus consternati. Et nisi S. Sedes Apostolica occurrerit, actum de nobis. Neque obtrudant Domini, quasi Regalia iura tueantur, dum tot beneficia monasteriorum tenent. Metropolitanus bona Torokonie insignia ad meum monasterium Zydicinense pertinentia antiquitus, et ex ipsa fundatione, quae per varias manus hucusque distrahebantur (de quo dabitur alia brevis informatio); tenet etiam tria monasteria in Volhinia Dermanense, Dubnensia duo, tenet bona Sudzilowicze magna, pro Religiosis Polocien., ad B. Iosaphat sepulchrum manentibus, a Republica donata. Et ista omnia sine dispensatione Sedis Apostolicae. Habet Archiepiscopatum sat bonum Polocensem cum dispensatione, ad quid monasteria tenet? in quibus sub peccato mortali tenetur residere. Ille autem nil curat, dummodo proventus habeat. Rev.mus Pinscensis, a nullo Episcopo unquam possessa, tenet monasteria (et Pinscensem bonum Episcopatum) Vilnense, et Novogrodense. In quibus mirabilia aguntur. In praediis vero monasteriorum Germanus eius et alii consanguinei, cum uxoribus et pueris aluntur, videlicet ad gloriam Dei. Et quomodo non debemus ingemiscere? Sed de his omnibus procurabo exactissimam SS. Congregationi dare informationem. D. Episcopus Smolencensis ipse me coram conquestus est, non adeo pridem, quod pro ipso privilegium obtentum sit pro Archimandria Grodnensi in Lituania et pro duobus aliis mo-

nasteriis Pustinensi, et Mscislaviensi in Alba Russia versus Moschoviam. Episcopatum enim Moschi tenent. Grodnense monasterium miser Episcopus non tenet. Nec Religiosi ulli, quia D. Metropolitanus tradidit cuidam saeculari Sokolinscio, nepoti D. Episcopi, eum sibi pro negotiis suis fau-torem comparans. Itaque bona illa sat egregia tenet, (f. 110v) monaste-rium autem et ecclesiam ut Mosci combusserunt, ita manent combusta. Episcopus Smolensensis nec obulum inde accipit, neque etiam Deo of-feruntur sacrificia, quia neque ullus ibi sacerdos, imo neque ullus habitat. Ecce abominatio in Domo Dei! Insuper D. Metropolitanus fundos penes monasterium Dominis magnis et Senatoribus pro aedificiis distribuit, nun-quam a Religione recuperandos. Quod videlicet Schismatici, me audiente, dixerunt, quomodo ad Unionem accedemus, siquidem taliter bona dilapi-dant ecclesiastica Uniti, et ecclesias ruinant, volunt etiam similia cum nostris facere? In monasteriis Mscislaviensi S. Onuphrii et Pustinensi Dominus Sokolinscius cum aliis fratribus suis bona tenent, et Episcopum, dicunt, esse inhabilem ad tenenda illa et tanquam senem delirum curatela indigere, sic volente Domino Metropolitano.¹⁶³ Quid ergo boni ex tali re-gimine sperandum? Sed supersedeo a lamentis, animitus commando Re-ligionem et Superiores Religionis. Alia indicetur Congregatio,¹⁶⁴ intimetur a Nuncio Apostolico, praesideat etiam Nuntius Apostolicus, proponantur omnia et demum fiat visitatio omnium, videbunt mirabilia, et adhibeat post medicina, alias omnia peribunt et Schismaticis cedent, praecipue quando nunc Cosaci inserviunt Regi et Reipublicae. Cum his me humillime, post tantam lectionis molem, Vestrae Ill.mae Dominationi tanquam Pa-trono et Patri commendo.

Chelmae, 4 Maij 1684.

Vestrae Rev.mae et Ill.mae Dominationis observandissimus Servus et Exorator

Jacobus Susza, Episcopus Chelmen. et Belzen.

156.

Roma, 28. VI. 1684.

Card. C. Barberini Thomae Talenti de rebus cosacorum et tartarorum.

BIBL. APOST. VAT., Barb. lat., vol. 6650, fol. 194r.

¹⁶³ Ut videtur nominatio sat infelix erat, ad nutum Metropolitae facta.

¹⁶⁴ Revera Capitulum locum habuit anno tantummodo, 1686, auctoritate Sedis Apostolicae convocatum ad sanandas discordias et dissidia, sub praesidentia Thomae Ujejski, S.J., Episcopi olim Kioviensis Latinorum; hoc Capitulum nomen habuit Novogrodecense, et diebus 1-10 augusti 1686 convocatum fuit. Cfr. M.M. WOJNAR, OSBM, *De Capitulis Basilianorum*, Romae 1954, pag. 17-18.

Con impazienza attenderò l'ordinario futuro per intendere quello habbino operato i tre mila Tartari, che V.S. colla Sua dei 24 di Maggio avvisa che havevano passato il Nieper in tempo che i Cosacchi havevano lasciato il posto per andar a ricevere il denaro. Io vorei che i medesimi Cosacchi li havessero attaccati nel ritorno e che si verificasse la nuova venuta da Ragusa, che 20 mila Tartari che andavano verso Caminietz fussero stati batuti dai Polacchi.

Roma, 28 di Giugno 1684.

157.

Roma, 8. VII. 1684.

Card. Barberini Metropolitae Zochovskij de receptione litterarum et de modo providendi variis rebus et negotiis.

BIBL. APOST. VAT., *Barb. lat.*, vol. 6650, fol. 207r.

Ill.me et R.me Domine.

Binas a D.V. Ill.ma litteras habeo: alteram 21 Aprilis, alteram 2-a Maii ad me scriptas, quibus utrisque non aliud est quod reponam, quam causam Vestram cum Monachis Basilianis versari tractarique in Sacra Congregatione de Propaganda fide, et ab EE.mis DD. meis Cardinalibus post discussas perspectasque utrimque rationes, expectanda esse ea responsa, quae eorundem prudentia, aequitas atque zelus dictaverint. Litteras Vestris annexas et Monacho apud SS. Sergium et Bacchum degenti directas reddendas curavi; epistolam vero Regiam ad SS.mum D. Nostrum Pontificem Maximum, cuius in utraque Vestra mentio fit, et ad me mittendam esse adseverat Ill.ma D.V., equidem recepi una cum ipsa epistola a D.V. Ill.ma ad me scripta, nullam tamen ego accepi ab eadem S. Regia Maiestate ad me ipsum super hoc negocio directam, ac proinde ipsius iussa quantum ad me attinet non pervenerunt. Caeterum D.V. Ill.ma persuasum habeat nihil a me missum iri quod ad Protectoris Poloniae munus et officium attinet, et fausta quaeque comprecans, remaneo.

Romae, 8 Julii 1684.

Ill.mae Dominationis Vestrae.

158.

Chelma, 15. VII. 1684.

Jacobus Susza, Episcopus Chelmensis, de dissidiis in Religione Basiliiana ex causa Metropolitani et Episcopi Pinscensis amplissima expositio, de iis quae locum habuerunt annis 1683-4, de Capitulis, Episcopis, de dependentia Religiosorum, brevis historia instauracionis Basiliyanorum, de bonis ecclesiasticis et monasteriorum, etc.

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Pol., Ruteni*, vol. 2, fol. 183-187v.

Ill.me et R.me Domine, Domine, Patrone Observandissime.

Quicquid Vestrae Ill.mae Domi.ni hisce meis in litteris scribo, Deum, conscientiam, aequitatem, notitiam rerum Ruthenae Unionis p[re] oculis habens, utpote annis 59 in religione S. Patris D. Basilii existens, scribo. Quinimo, quia juvenis saecularis ad latus Ill.mi Metropolitani Rutscii, et ad latus R.mi Korsak, destinati primum a Rutscio Coadiutoris, post Metropolitani, demum ad latus Metropolitani Sielava, moratus fui, ideo omnino veritati inhaerens, et tanquam oculatus rerum testis scribo. Atque imprimis originem modernae dissensionis Rev.morum Metropolitani, et Episcopi Pinscensis, cum Religiosis Superioribus expono.

Ill.mus Nuncius modernus, a quadam Soc. Jesu Theologo Unitae Religioni Basilianae affecto, quaesivit, ob quam causam Religio Basiliyanorum Unitorum non cresceret? Imo quae antea, esto non magna multitudine, numero tamen maiore quam nunc, viris egregiis floruit, defloresceret? Rationes ille eius rei exposuit, quod Religiosi a Praelatis in dies variis modis opprimerentur. Proinde Religionis Superiores aliquot Varsaviam ad se evocavit, de oppressionibus interrogavit, quas expositas ore tenus, in scripto etiam porrexerunt. Iussitque eos recurrere ad Sacram Congregationem Regularium. Quae congregatio Nuncio Apostolico, ut inaudivi, mandavit remedia facere istius oppressionis. Ill.mus Nuncius mittit puncta, a Religiosis sibi porrecta de oppressionibus, ad R.mum Metropolitanum, ad me ipsum, et alios nostros Episcopos. Quid ego responderim ad ea, Ill.mo Nuncio tradidi.¹⁶⁵ Metropolitanus continuo summe exarbit, et fanda atque nefanda contra Religiosos ad Ill.mum Nuncium scripsit, statimque bene ante suam Congregationem Minsensem deiicere Protoarchimandritam, se ipsum eligere statuit (Deus testis est, quod non mentior) et omnia in oppressionem Religionis (f. 183v) moliri caepit. Hinc etiam exorta est nobis cum Ill.mo Nuncio in Comitiis Regni, anno proximo

¹⁶⁵ Cfr. supra, sub nr. 145.

elapso, in quadragesima celebratis, conferentia de Synodo et Congregatione facienda. Ubi subsisto, et dico: Nonne manifestum est, Ill.mum Metropolitanum, et D. Episcopum Pinsensem, atque cooperatores eorum, Excommunicationem Bullae Caenae Domini incurrisse, quod recurrentes ad Sedem Apostolicam, tot tantisque presserint modis, et singulos in dies premant Religiosos? Ecce frigidum anguem in herba latitantem! Et esto quidem miseri Religiosi, potissimum Superiores, inter malleum et incudem a Metropolitanu et aliis semper fuerint, sed tamen post recursum ad Nuncium, et Sedem Apostolicam, cupientes vitare Charybdim, in Scyllam incederunt; volentesque se ab oppressionibus liberare, in longe maiores oppressiones, pro Sede Apostolica, devenerunt.

Quoad literas Ill.mi Metropolitanu, latine ad Eminentissimum Cardinalem Nerlium datas, vehementer miror a R.mo Metropolitanu taxari Breve, et Nuncium Apostolicum, fundamentis nixo, aliis nullis, aliis debilibus. Nam quo refutat Breve, quasi in Comitiis Varsaviae cum Ill.mo Nuncio Synodus statuta sit Novogrodeci celebranda, id penitus non subsistit; fuit quidem id statutum Varsaviae in Martio 1683, sed cum nos Episcopi (nam non erant tum Religiosi Superiores), cum inquam, Nos Episcopi, Vladimiriens. Chelmen., Praemyslien. diceremus, non posse nos primum in aestate, pro 25 Iulij, anni 1683, qua Regimen quadriennale Proto Archimandritae desinebat, Minscum descendere, quod ab aliquibus nostrum, ultra centum leucas distaret; tum inferremus tot negotia nostra in Tribunali Regni Poloniae Lublinensi, et alibi; postea tandem ire Novogrodecum, plusquam octoginta leucis ad Synodum anno 1684 celebrandam, R.mus Metropolitanus, collatis nobiscum capitibus, statuit, ut et Synodus nostra Provincialis, a 50 aliquot annis non celebrata, et Capitulum Religiosum Brestae celebraretur. Ideo quia Brestae, et ante Unionem, tempore Clementis VIII, quando Unio Romae anno 1595, 15 Decembris, facta est, et post quando Regiae potestatis Sigismundi III, assistente senatorio brachio, anno 1596 proclamata est, Synodus quoque celebrata. Deinde quia nobis Episcopis (f. 184) Bresta est commoda; Domino quidem Metropolitanu, 14 leucis, Torokaniis quae nunc possidet; Domino Vladimiriensi in meditullio, ubi ipsius collegiata ecclesia; Domino Praemysliensi ab Archimandria Leszczynensi circa sedecem, et mihi Chelma, circa totidem leucas; soli Smolencensi Episcopo paulo pluribus leucis distans. Unde me Episcopum Ill.mus D. Metropolitanus rogavit, ut Ill.mum Nuncium adirem, et exponerem, quod factus sit consensus nostrum omnium, ut Brestae et Synodus Provincialis, et Congregatio Religiosa fieret in Januario. Confirmo id propriae manus Ill.mi Metropolitanu, quibusdam in punctis polonice scriptis, Ill.mo Nuncio relatis; in quibus hoc ultimum: Synodus Brestae, et quando esse debet. Si ibidem posset etiam esse Con-

gregatio Religionis; hoc praecauto, ut praesentis anni reditus Beresvecenses (scilicet Monasterii) conservarentur pro futuro Protoarchimandrita. Quia in Iulio deberet esse electio, anno currente 1683. — Haec sunt verba manuscripta, apud me, Metropolitani; quae in latinum versa, cum testimonio Notarii Apostolici transmitto. Cum ergo hoc punctum Ill.mo Nuncio proposuissem, consensum Ill.mus D. praebuit. Atque ita, tam ab ipso, quam a nobis statutum est, ut uterque Congressus Brestae, in Januario, celebraretur. Discendentibus nobis aliquibus ex Comitiis, et ipso Metropolitanu, Religiosi Superiores in fine quadragesimae Varsaviam appulere, et id ipsum ex ore Nuncii Apostolici statutum esse percepere.

Quocirca Achilles Brevis Apostolici, stat ut Achielles, in fundamento veritatis. Nec debuit Ill.mus Metropolitanus taxare Breve, et Nuncium Apostolicum (quod certe non solum reprehensionem, sed et censuras meretur). Neque praevenire tempus, et locum celebrandi Congregationem Minsci, studio ut averteret fructus Beresvecenses pro se, eriperetque Protoarchimandritae, ne haberet impensas ad recurrendum et suppliandum Sedi Apostolicae. Et hic includitur censura Bullae caenae Domini. Qui miser Protoarchimandrita vivit nunc eleemosynis Monasterii Zyroviensis; sicut etiam alter Superior Minscensis expulsus, Symeon Cyprianowicz, Theologus Romanus, (f. 184v) vir ex concionibus tam in latinis, quam in Ruthenis ecclesiis longe meritissimus.

Ad 2dum punctum litterarum, de interventione Dominorum Episcoporum: Vladimiriensis et ego adfuimus Congregationi Zyroviensi, anno 1679, Iulii 25, celebratae. Adfuit piae mem. Glinski, Vladimiriens., et ego Vilnensi, anno 1667, in Septembri, quando ingressum suum Vilnam Metropolitanus Kolenda celebrabat, et Beati Josaphat corpus, post sopita cum hostibus variis bella, Supraslio, per Vilnam, Polociam deducebat. Adfuimus eodem itidem anno et cum eodem, quando R.mus Cardinalis modernus, antea Nuncius Apostolicus in Polonia, Pignatellus, adfuit Brestae. Poterat autem aliquis nostrum ab aliis Congressibus abesse, propter negotia Ecclesiae. Sicut etiam praeteritae Congregationi adesse non potuimus, cum Vladimiriensi, eisdem obstantibus in Tribunali et alibi negotiis. Verum tamen ego scripsi primo demirando, quod Ill.mus Metropolitanus tempus et locum mutaverit celebrandi Congressus Religiosi, et praevenerit ac mutaverit tempus et locum Brestensem. Quin etiam commemoravi manu scriptum eiusdem punctum supraposatum, ad quod mihi, non sine arte, neque iota rescriptsit. Postea scripsi, nullatenus me ob negotia ecclesiastica affuturum; optasse tamen ut adessem, pro conciliandis animis utriusque partis. Monstret meas litteras Dominus Metropolitanus, nec inveni et aliter scriptas. Quod vero R.mus scribit, quasi D. Vladimiriens. miserit suum delegatum Martianum Kulczyski,

nequaquam misit; petulanter ipse eo abivit, ut inquietum caput; et duos equos cum curru Religiosorum, quos recens Dominus Vladimiriensis ad Cathedram fundat, secum accepit, nec remisit. Sic ille, sine scitu Superiorum, meo quoque, abiit e monasterio Zyrovicensi Vladimiriensis, post revocatus a Protoarchimandrita Zyrovicius. Atque inde quoque, sine expressa voluntate eiusdem Protoarchimandritae, abiit Vladimiriensis, scholas caepit promovere duobus annis, pecuniisque pro scholastico fundatis, et acceptis, cum dolore D. Vladimiriensis, deseruit. Pro quo obsequio Martiano dicto R.mus Metropolitanus, in Congregatione Minscensi, Superioratum constituit Vilnensis Monasterii. Hac super re dat testimonium Publicus Notarius Apostolicus (f. 185) Vladimiriensis, quod hunc Martianum R.mus Episcopus Vladimiriensis non delegaverit ad Minsensem Congr. Daret etiam ipse, sed nunc manet remotus in Lituania.

Ad 3 Punctum. Certissimum est R.mum Metropolitanum, cum paucis eam Congregationem celebrasse, ut patere poterit ex subscriptionibus praesentium dictae Congregationi, idque eorum, qui vel ad latus ipsius, vel Domini Pinscensis existebant, vel ex monasteriis eorundem, quae possident, vel ex timore Metropolitani, vel certe gravissimis innodati excessibus, in quibus protegebantur a Metropolitano, et eiusdem partibus faverent. Quales sunt Josephus Babinski, Superior Polocensis; Stephanus Sieluzynski, deiectus ex monasterio Braslavieni, propter publica scandala, instantे senatorio viro, Capitaneo Braslavieni. Benedictus Michnievicz, expulsus ex monasterio Zyroviciensi, atque ad paenitentiam missus in Suprasliense monasterium a Protoarchimandrita. Ambo sunt a Domino Metropolitano honorati, ille monasterio proprio, quod antea habuit, iste pro Auditore assumptus, et tandem R.mi Protoarchimandritae monasterio a Metropolitano, post expulsum Protoarchimandritam, insignitus, idque pro mirabili scelere suo. Recens autem suscepit post Michnievicium in Auditorem suum Petrum Kaminscium, plane petram scandalorum. Multi etiam sunt eiusmodi, sub potentibus alis Metropolitani. Alii nulli impediabantur a Protoarchimandrita et aliis, ne accederent Congr. Minsensem.

Caeterum dependentiam monachorum a Metropolitano et Episcopis frustra videtur R.mus Metropolitanus sibi et Episcopis arrogare. Etiam in Graecia non fuerunt adeo subiecti Praelatis suis Religiosi, ut eorum substantiam et redditus sibi adscriberent, sed solum Pastoralem iurisdictionem, quoad Ritus, Consecrationes, et Sacramentorum Administrationem. Neque hoc negari potest nostro D. Metropolitano, et Episcopis. Sed ad regimen eorum internum, et dispositionem personarum, atque correctionem, et ad possessionem monasteriorum et Archimandriarum, non se ingerant. Ostendant vel unicum exemplum in Graecia tale fuisse, et vice-runt. Deinde ipsi Dioecesum suarum laboribus sunt intricatissimi, nec

satisfaciunt; quomodo ergo satisfacere possunt regimini Religiosorum! Ad hoc punctum Clementis olim VIII, a Nostris Antecessoribus ad Unionem accendentibus, per Thomam a Jesu, Carmelitam, citatum nihil importat: de Archimandritis et Jhumenis etc. etc., ut secundum morem... sub potestate et obedientia sint Episcoporum. Quia primum, nullum responsum super hoc datum sigillatim. Deinde intelligi potest, ut subsint in Ritibus et reliquis, ut supra. Verum ut sint sub iugo Dominorum (f. 185v) Praetatorum, et ut adimant sibi Archimandrias, monasteria, et bona sua, atque ut ipsi sint eorundem vectigales, subditi, et tanquam Rustici, esse nolunt. Ubi sciendum est, quando Unio S. in Russia conclusa, et a Sede Apostolica est confirmata, nulla penitus monasteria in Unione fuerunt. Monasterium centum villarum et amplius Peczerense, ad Schisma recessit, Suprasliense non adhaesit, Dermanense, Dorohobuscense, Dubnensis duo, monialium tertium in ditione Ducum Ostrogiensium, Schismaticorum, nequaquam. Sic etiam Zydicinense, et si quae fuerunt alia.

Porro vir sanctissimus, et omni memoria dignissimus Rutsius, post Metropolitanus noster,¹⁶⁶ ab Urbano VIII totius Russiae summo benefactori, Luminare Unionis, Ecclesiae Columna, Athanasius Russiae vocatus, cum Ill.mo olim Pociey, Metropolitano, expulso proditore et Schismatico, Vilnensi Archimandrita, dicto Siencylo, mirabili providentia Dei, plusquam sexaginta iuvenes in Religionem cum bonis, et magnis dotibus suscepit. Postea providendo Fidei Sanctae et Unioni colonias duxit, primum Novogrodeci erexit, ad Cathedram suam collegiatam, monasterium, et Lauriszw villam, quam Metropolitani, post abolitum a multis annis Laurisziense, tribus leucis Novogrodeco monasterium possidebant, applicuit. Minsci itidem de nova radice monasterium excitavit, et Religiosis tradidit. Zyroviis sacerdotes saeculares, Dominis Collatoribus faventibus, e loco sacro ablegavit, Religiosos introduxit. Bythenio moniales, sanguinis nobilissimorum Triznarum, Pinscum de voluntate collatorum transtulit, et Religiosis introductis, pro Novitiatu destinavit. Sic etiam alia Monasteria, faventibus ei Magnis viris, Unioni, ut Suprasliense, Pinscense in Leszcz, Grodnense, Polocense, Dorohobuzense, Dermanense et Dubnensis, et alia aggregavit; quaedam vero, motu eiusdem, Domini Episcopi pedetentim Unioni monasteria lucrati sunt. Sed Rutsius, excepta Archimandria Suprasliensi, et Zydicinensi, nullibi voluit esse Archimandritas. Postmodum vero nonnulli Religiosi, promoventibus Metropolitanis, Archimandrias nonnullas, ducti privatis commodis, excitarunt. Tandem Metropolitanus praecipue modernus, et Episcopus Pinscensis ad suum usum monasteria

¹⁶⁶ Metropolita Josephus Velamin Rutskyj (1613-1637).

converterunt, licet sufficientissimam de suis praelaturis habeant sustentationem. Quod totum probabitur visitatione et inquisitione. Idem Rutsius volens bonum Regimen in Religionem introducere, ex consilio Patrum Societatis Jesu, in principio Coloniae Religiosorum, eosdem Patres ad regendum Novicos Bythenium introduxit, et more eorumdem vivere nos instituit. Ac demum, a SS.mo olim Urbano VIII impetravit, ut sibi Generalem seu Protoarchimandritam (f. 186) quolibet quadriennio eligerent. Ipse autem semper, uti Pater, Pastor, Protector, et amabilis Dominus, omni meliore modo, Religionem promovit, fovit, augmentavit, quam Dominus modernus Metropolitanus, cum suo adhaerente Episcopo Pinsensi, (non cum aliis DD. Episcopis, Archimandrias, monasteria, et Regimen cum pane Religioni adimendo) evertere molitur. Ideoque opus est circumscribere Domini Metropolitanus et DD. Episcoporum super Religiosos Jurisdictionem.

Ad quartum, non de distantia agebatur R.mo Protoarchimandritae, et aliis Religiosis, ut Minsci comparerent, sed de voluntate Ill.mi Nuncii et concordi sancito Dominorum Episcoporum, ut Synodus, et Congregatio Religiosa non Minsci, sed Brestae, non in Iulio anni elapsi 1683, sed in Januario anni praesentis celebraretur; et ideo non adfuerunt.

Ad quintum, multum dicitur, nec probabitur. Actus autem concussioonis Patris Cyprianowicz, Consultoris Religionis, iuramento et testimoniis variis firmari indubitate potest, idque innocentissimi viri egregii oppressi. Poteruntque omnia referre Patres Dominicanii Minscenses requisiti, quantum illic fuit scandalum, variis Catholicis Latinis, et Unitis, quantum Schismaticis, qui monasterium suum Minscense antea R.mo Metropolitano subdere statuerunt. De quo ipse Metropolitanus ad quendam scripsit. Cum quo multus populus, et tota Nobilis Ruthenorum Civitas accessisset; sed isto turbulentio Congregationis actu, tam egregia messis dissipata. Quantus autem id temporis contemptus Patribus Dominicanis factus sit ex eo, quod ad eos Pater Simeon Cyprianowicz fugerit, notum est in tota Civitate, quando nocte ruente tumultus excitatus, et campanae in omnibus ecclesiis, latinis, unitis, schismaticis pulsatae sunt.

Ad sextum, certum est, quod Proventus cura Protoarchimandritae hoc 1683 comparati anno, in usum Metropolitanus cesserint, et pro famulis eiusdem, pariterque eques, non vero pro successore ullo sequestrati; quia ipse D. Metropolitanus et Protoarchimandritam, et eorum successorem se fecit, contra Breve Apostolicum, neque censuras in eodem Brevi positas, ut monasterium Protoarchimandritae cum fructibus restitueret, exhorruit.

Sane istud quoque est mirabile, quod dicitur, quasi se electum in Protoarchimandritam, eodem officio exuerit, quod nunquam fuit. Quippe

illo tempore, et post electionem ac Brevis intimationem, quod voluit, disposuit, et variis varia intentavit: (f. 186v) Consultores depositi, alios elegit, alios contra consuetudinem ad quadriennium restrinxit. Obiicitque illis compotationes, ô Deum bonum, quot ipse et quantos, propter captandam sibi hominum benevolentiam, facit compotationes! cum dispendio bonorum ecclesiasticorum permaximo!... id totum, si fuerit visitatio nostra.

Congregatione pro 19 Martii intimata Novogrodeci,¹⁶⁷ Deus ipse novit, et... quale tempus resolutionis fuit, ut a longe varii venire si vellent, non possent: potissimum Domini Episcopi. Quod autem nunquam fuit practicabile, ab antiquioribus DD. Metropolitanis, qui semper Episcopos reverebantur, et quod publice acturi essent, de tempore et loco consulabant, ut commode rebus suis dispositis, et nulla re impeditis, adire consilia possent. Modernus R.mus Metropolitanus utitur illo: sic volo, sic iubeo, stet pro ratione voluntas. Et tamen nos Episcopi non sumus R.mo Metropolitanu serviliter subiecti. Opus est nos consulere, ubi, quando, et quomodo, aliquid fieri debeat. Hinc dum R.mus proprio arbitrio, et commodo aliquid statuit (ut nunc Minsci Congreg. post Novogrodeci eadem et Synodus, utrobique autem bona eius sunt, et omnes commoditates) nobis fit iniuria. Quippe nobis ista loca, aliis multis leucis, aliis pluribus, aliis ultra centum distabant; quocirca magnos in itu, et redditu sumptus effunderamus; et in loco ipso nemo gratis nobis quidquam offeret. Sic etiam de aliis, quae facit, Congressibus sentiendum. Quod tamen Rev.mus Metropolitanus non respicit. Deinde non considerat, quae negotia nostra incurunt, quibus omissis, Ecclesiae bona nostrae ruinam paterentur. Ipse etiam R.mus Metropolitanus sicut in aliis rebus, ita in Synodo destinata, fuit inconsans; etenim clamorose illam per typum, ut Novogrodeci esset, divulgavit, post revocavit, risumque Dominis latinis, et Schismaticis fecit.

Nulliter ergo D. Metropolitanus sacro et apostolico Brevi Vestro nullitatem adscribit, et Nuncium toties incusat. Quod si audet talia contra S. Ecclesiam, et Nuncium Apostolicum, quid contra nos, et Religiosos nostros? Et quaecunque in suam laudem effundit, nimia sunt; inquirantur aliorum opera, minor apparebit: nec refutatione egent. Quia plura fortia et agimus et patimur, nec buccinamus, memorando illud: Laudet te alienus, et non os tuum, extraneus et non labia tua.

Bona opima R.mus olim Kolenda Metropolitanus, et Polocensis Archiepiscopus, autoritate, et sanguine apud Nobilitatem pollens, pro

¹⁶⁷ Agitur de alio Capitulo generali convocato a Metropolita in praeiudicium Ordinis et mandatorum Sedis Apostolicae, diebus 11-22 martii 1684, quod etiam nullum declaratum fuit, et novum indictum; cfr. M.M. WOJNAR, OSBM, *De Capitulis Basilinorum*, pag. 17.

Beati Josaphat loco, ut Religiosi gloriam Dei, et honorem Martyris promoverent, a Republica et Serenissimo Rege impetravit (f. 187) et constitutione Regni firmavit. Sit sane, quod etiam modernus D. Metropolitanus lateri eiusdem adhaerens aliquid in eo laboraverit. Religiosi quoque ipsi, cum Nobilitate ad locum sacrum B.mae Virginis Zyroviensis, miraculis celeberrimum, affecta, nonnihil allaborante moderno Metropolitanano, adhuc simplici Religioso, excellentia bona a Republica obtinuerunt, similiterque Constitutione Regni firmaverunt; neque id decantant.

Det ipse R.mus Metropolitanus rationem summarum, primo summae 50000 florenorum polonicorum bonae monetae, ab Ill.mo olim Rutscio Metropolitanu relictæ; qui venditis bonis nonnullis Metropolitanis in loco incommodo sitis, commodiora voluit emere, sed subsecuta Regni Constitutione, ne Clerus bona terrestria Nobilium coëmeret in censem villas super Magnatum Lituaniae posuit. Deinde summae Ill.mi Metropolitanæ Sielava, qui de parsimonia sua, moderate vivens, centum quinquaginta millia florenorum monetae bonae polonicae collegit; quae super bonis Magnatum variis in censu locavit, ac pro noviciatu, pro studiis mittendis ex Religione in exteris Nationes, et recipiendis, pro monasteriis variis, proque eo monasterio, ubi exuviae eius deponi debebant, legavit. Denique summae eiusdem Metropolitanani in bonis Domini quondam Hlebovicii, viri senatorii, locatae; cuius est magna diminutio facta, ut passim circumfertur; cui pro conciliando quodam Domino, in causa decollati sacerdotis, et magni juristæ, Patris Weliczko, multum donatum. Inquiratur super hoc R. Pater Maleiewski, Romæ alegatus noster.

Erectiones monasteriorum aliqui benefactores Religiosorum curarunt, et curare volunt alias, nempe Ill.mus Dux exercituum Poloniae supremus Jablonowski; Magnificus Capitaneus Chelmensis Rzewuski, ambo de nova radice. Succamerarius Smolensensis Bona sua donare vult quaedam egregia Zyroviis, sed sub iugo Metropolitanani habere ea monasteria et bona nolunt. Recentissime Vir magnus et a maioribus, de senatu Lituaniae procedens, fundat bonam villam pro monasterio Brestensi, cum ea conditione, ne Metropolitanus aut Episcopi in eam fundationem sese ingerant. Cathedra Vilnen., nunquam usque in haec tempora, in ruderibus fuit, nisi desuper tectum aliquando arsit, nunc autem asserculis ligneis coniectum, et vetustate aliquantum destructum reparatione eguit. Ipsa autem ecclesia, quasi de plumbō fusa esset, semper consistebat, et consistit. Utique, quando translatio fuit B. Iosaphat Vilna Polociam, tempore Metropolitanani Kolenda anno 1667, in Septembri, integre coniecta fuit; et corpus B. Iosaphat ibi aliquot hebdomadis subsistit. Patebit tempore visitationis (quam ex toto corde desideramus), quis etiam nunc eam reparat? Forsan praecipue Parrochorum lachrymae Ruthenorum.

Synodus est optabilis, quia dudum non celebrata, ut omnia vulnera, et publica et privata sanaremus, et disordines Rituum, ac si qui sunt excessus in nobis, et Clero nostro corrigeremus. Sed opus est, ut ex consilio Praelatorum et tempus, et locus, et modus designarentur. (f. 187v) Nullatenus tamen nostra Synodus quieta erit, nisi graves personae de brachio Sedis Apostolicae adfuerint. Non sunt in malacia omnia, ut dicit D. Metropolitanus, in nostris partibus, Rubrae et Nigrae ut aiunt Russiae; exceptis enim internis malis; continua apud nos cum Schismaticis bella, cum tot periculis substantiae, et vitae nostrae geruntur.

Haec ad epistolam latinam R.mi Metropolitani, fusius quidem, verum tamen sine ullo admixto falsitatis fuco, humiliter Vestrae Domini. ni Ill.mae et S. de Propaganda Fide Congregationi expono, meque ipsum, ea qua par est et debedo submissione, commendo.

Chelmae, Iulii 15, 1684.

Vestrae Ill.mae et R.mae Domi.nis Servus humillimus

Jacobus Susza, Episcopus Chelm. et Belz. (mp).

159.

Chelma, 16. VII. 1684.

Explanationes Jacobi Susza, Episcopi Chelmensis, ad epistolam Metropolitanam ad Em.mum Nerli, de historia Religionis et modo agendi Metropolitarum, de Archimandriis, de bonis Metropoliae et monasteriorum, brevis historia singularium eparchiarum relate ad Religiosos et Archimandrias, de validitate Capitulorum, de Protoarchimandrita, brevis historia, respondet ad diversas obiectiones etc. petitque nomine Religionis protectionem Sedi Apostolicae. Datae Secretario Congregationis de Propaganda Fide.

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Pol., Ruteni*, vol. 2, fol. 188-192v.

Ill.me et R.me Domine, Domine, et Patrone Observandissime.¹⁶⁸

Quoad epistolam R.mi Metropolitanam Italice scriptam Eminentissimo Cardinali Nerlio.

Ad primum punctum, de inconvenientia intimandi Congregationem, et invitandi ad eam Metropolitanum et Episcopos, ex eo quod teneant Abbatias pro suo sustentamento; Imprimis praemitto quaedam ad statum nostrorum Episcoporum cognoscendum. Nemo Metropolitanorum, aut Episcoporum, ab ipso ultimo factae Unionis initio tenuit Abbatias. Jo-

¹⁶⁸ Ut videtur ex ipso textu, littera haec explicationum data fuit Nuntio Varsaviensi, Opitio Pallavicini, qui negotio huic et liti invigilabat in loco. Romae vero agebat Consultor Georgius Malejevskyj.

sephus Rutscius, Metropolitanus post Hypatium Pociey Metropolitanum et Episcopum Vladimiriensem, nullam tenuit. Secutus eum Raphaël Korsak ab initio non tenuit ullam Abbatiam, sed ablatis ipsi cum Cathedra Metropoliae bonis Kioviensibus, addita est Zydicinensis Abbatia seu Archimandria, cum Torokaniis, ad eandem pertinentibus.

Korsacio Metropolita dececente, Antonius Sielava, ex Archiepiscopo Polocensi in Metropoliam successit; et iste ab initio Archimandriam Zydicinensem tenuit, cum Torokaniis. Sed quia, praeter Metropoliam, tenuit Polocensem Archiepiscopatum, reclamante Nobilitate Volhiniensi, quod esset incompatibile ipsi tenere Archimandriam Zydicinensem, cessit R.mo Nicephoro Losowski, Episcopo titulari Vitepscensi, Coadiutori suo Polocensi, retentis Torokaniis. Verum tamen et Torokanie cessit Religiosis nostris, quae multo tempore possederunt Religiosi; extorsit et recepit nulliter modernus Metropolitanus. Conferebatur autem ideo praecipue haec Metropolitanis aut Episcopis Archimandria, ne in Volhinia, sublato Unitis episcopatu Luceoriensi, et per pacta Vladislai IV, in eius electione, Schismaticis tradito, tota periret Unitorum Dioecesis. Et sic Parochi uniti, in ditionibus Principum, Magnatum, et Nobilium Catholicorum, in Volhinia, Pastorem suum habuerunt Zydicini unitum. Succedente rebellione Cosatica, sub annum 1648, mortuo Nicephoro, tradita Archimandria Zydicien. schismatico monacho, defuncto etiam isto, unitus monachus obtinuit. Et ne omnes uniti Parochi et monasteria unitorum ad Schisma defluerent, tradita est administratio in spiritualibus, quoad Unidos Dioecesis Luceoriensis, Coadiutori Praemyslien., R.mo Procopio Chmielowski. Post obitum eius, ego Episcopus Chelmensis, post mortem quoque uniti monachi, et Archimandritae Zydicinen., accepi a Rege Serenissimo hanc Archimandriam, et administrationem in spiritualibus super Unidos in Dioecesi dicta Luceoriensi. Quae Archimandria, donec Episcopatus Luceoriensis ab Unitis eliberetur de schismate, et de iure et de necessitate debet habere Episcopum vel titularem, vel aliquem realem.

Sielawae Metropolitanu successit D. Gabriel Kolenda, primo in Coadiutorem Archiepiscopatus Polocensis, tandem in Metropoliam, ex dispensatione SS.mi D. Nostri Alexandri VII, me ipso Romae impetrante, ratione ademptorum bonorum Metropoliae Kioviensium. Et quia Coadiutor adhuc existens, nullum habuit (f. 188v) beneficium, nisi simplex monasterium Berezvecense, obtinuit a Collatore Archimandriam Suprasliensem, quam etiam Metropolita, et Polocen. Archiepiscopus existens non dimisit, usque ad mortem, quia ita ipsi placuit. Nec fuit necesse, nisi ut melius se haberet, idque sine dispensatione.

Tandem successit D. Metropolitanus modernus, Cyprianus Zochowski,

ІНОКЕНТІЙ
ВИННИЦЬКИЙ
ЕП. ПЕРЕМ.
1680-1700



INNOCENTIUS WYNNYCKYJ, EPISCOPUS PEREMYSLIENSIS
(1680 - 1700)

qui acquisitis in Volhinia tribus monasteriis Dermanensi, Dubnensibus duobus, sine dispensatione, et simplex monachus, et Coadiutor Polocensis, et Metropolitanus, in istis monasteriis non residit. Quando autem, decessante Kolenda, factus est Polocensis, et Metropolitanus Archiepiscopus, monasteria nequaquam dimisit, census percipit, non residet. Nisi saltem aliquanto tempore bis fuit in illis per decennium. Et tamen sub peccato mortali residere tenetur. Nec potest, propter loci distantiam, et negotia sua. Alias omnibus modis etiam Suprasliensem in Unione optimam voluit obtinere Archimandriam. Sic etiam monasterium Bytheniense, sed collatoribus recusantibus non potuit. Quinimo inhiabat, et inhiat monasterio Zyroviciensi, quia excellentes ad Virginem Thaumaturgam ibi sunt thesauri. Hinc etiam est quod Dominus Metropolitanus, contra decretum S. Congregationis de Propaganda Fide, et Breve SS.mi Domini Nostri Urbani VIII, maximi Unionis et Religionis benefactoris, fecit se Protoarchimandritam, et advitalitum facere se intendit, esto aliter scribat, ut omnia monasteria sub se habeat vectigalia. Uti de facto iam nonnulli petulci, gratia eius promoti, sunt vectigales.

Et tamen eam sustentationem habet, qualem nullus ante eum habuit Metropolitanus. Amplum Archiepiscopatum Polocensem; Metropoliae ipsius nonnulla bona egregia; Josephi Rutschii, viri sanctissimi Patrimonialia quinque vel plurium villarum non contemnenda; Torokanensis septem villarum, nulliter avulsa bona ab Archimandria Zydinensi, et recens Religiosis erepta; bona pro seminario Minsensi fundata; a Republica collata bona excellentia Religiosis Beato Martyri Josaphat servientibus, dicta Czerstwiat, et Sudzilowicze, de quibus vix decimam Religiosis expendit partem; tria monasteria Volhiniensis; demum prope mille Parochos Ruthenos, in Polocensi et Metropolitanu Archiepiscopatu, ex quibus tanta exsugit, quanta Antecessorum nemo. Nec vero dicit sufficit, sed affer, affer, quia mirabiliter magnos effundit in abusus. Et licet tanto plus haberet, non sufficeret, quia plus effunderet. Esto nihil in Religionem intulerit, nisi solum velle. Sit inquisitus, et verificabitur.

Episcopi autem a Domino Pociey Vladimiriensi, Joachimus (f. 189) Morochowski, Josephus Bakowiecki, Joannes Pociey, nullam habuerunt Archimandriam. Quia vero Benedictus Glinski, ante Episcopatum Vladimiriensem habuit Archimandriam Kobrinensem, etiam factus Episcopus non dimisit. Successor itidem eius, modernus Leo Zalenski, habet et Kobrinensem pauperem Archimandriam, et Episcopatum Vladimiriensem.

Post receptum a Moscis Smolenscum, primus Episcopus Smolensis Leo Kreusa unitus, nullum possedit monasterium. Successor eiusdem Andreas Zloty, existens privatus Religiosus, habuit monasterium Czereiense, factusque Episcopus Smolencensis, illud non dimisit. Eo superstite,

Mosci Smolenscum occuparunt, Sede occupata consecratus est unus et alter et tertius in titulum eius Episcopatus, idque post mortem Andreae Zloty. Et tenuerunt monasteria quaedam. Modernus Theophanes Sokolinski simplex et amusus, quia notabilis Nobilitatis, in eum titulum consecratus, promovente Metropolitano praesente, et data sunt ei monasteria tria, Grodnense in Lituania, Pustinense, Onuphriense in Alba Russia, quae sunt in possessione eius Consanguineorum saecularium, sic volente Metropolitano; omnia vero desolatissima, praecipue Grodnense; solius ecclesiae muratae stant parietes, cum vano titulo Archimandriae, a Moscis plusquam a viginti annis combustae; in qua nullum sacrificium. Noctuae cum passeribus choros alternatim canunt. Villam seu pagum cum rusticis multis et agris omnibusque fructibus tenet Dominus Sokolinski, Nepos Episcopi dicti, sed inviti. Nec potest etsi velit illum adimere, adversante Metropolitano. Agros monasterii in civitate Grodnensi, et areas monasterii D. Metropolitanus magnatibus, quibus vult, distribuit, et sibi aulam exstruit, ut commoditatem habeat in Comitiis Grodnensibus, cum summo ecclesiae et monasterii damno, atque cum mirabili omnium Catholicorum, et Schismaticorum scando. Videat S. Rom. Ecclesia, qualem zelum, iste noster Dominus et haeres, in promovenda Religione et Sancta Unione habeat!

In Episcopatu Pinsensi ab initio Unionis primus Episcopus fuit Pelczycki, secundus Hohol, tertius Michalovicz, 4tus Korsak, post Metropolitanus, et nullum habuerunt monasterium; 5tus Oranski Pachomius, qui ante Episcopatum tenuit monasterium Kobrinense, et in Episcopatu non dimisit; sextus Andreas Zloty, exulans Smolensco, retinuitque monasterium Czereiense; septimus modernus Marcianus Bialozor, qui monasterium obtinuit, nunquam privilegio Regali subiectum Novogrodense, tandem Vilnense, tandem Pinsensem Episcopatum. Quo possesso, ab ipso D. Kolenda Metropolitanu, avunculo suo, abiudicatus est Vilnensi Archimandria, sed post mortem eius iterum occupavit. Tot autem recalcatrations Nunciis Apostolicis, Martello, Pallavicino fecit, non restituendo illud, similiter Novogrodense Religioni, etiam censuris irretitus. Et hic est Episcopus, caput omnium turbarum in Unione. Cum (f. 189v) Domino Metropolitanu primum continuas et scandalosas tricas egit, tandem eidem conciliatus, iuncta manu cum eodem in Religionem consurrexit.

Episcopatus Luceorien., ab Unione primum habuit Episcopum Cyrrillum Terlecki, qui cum Pociey Romae obedientiam a Russia Clementi VIII praestitit;¹⁶⁹ secundus Malinski, tertius Poczapowski, Theologus Ro-

¹⁶⁹ Anno 1595, 23 decembris; cfr. *Documenta Unionis Berestensis eiusque Auctorum*, Romae 1970.

manus, non sine suspicione subditi veneni a Schismaticis decessit. Post quem illi Episcopatum hunc per legem Reipublicae occuparunt. Dicti autem Domini Episcopi nullum habuerunt monasterium pro sustentamento, sicut enim neque Schismatici.

Episcopi Chelmenses ab Unione, Dionysius Zbiruyski, Arsenius Andzeiowski, Athanasius Pakosta, Methodius Terlecki nullum habuerunt monasterium, esto sit omnium pauperrimus iste Episcopatus. Ego Zydicinense possideo, propter administrationem in spiritualibus quoad Unidos in Luceorieni Dioecesi Schismatica. Et tamen etiam huic monasterio D. Metropolitanus modernus et inhiabat, et inhiat.

Episcopatus Praemysliensis semper in bello cum Schismaticis. Primus Athanasius Krupecki quadraginta aliquot annis eum possedit, cum duobus monasteriis isti Episcopatu*i* antiquitus incorporatis, toties a Schismaticis expulsus, spoliatus, convulneratus, iure tamen victor et possessor semper evasit. Post eum Schismatici p^raevaluuerunt. Tamen Procopius Chmelowski partem eius tenuit, Cathedram Schismatici cum bonis aliis. Et Procopius tenuit monasterium unum Dubnense pro subsidio Episcopatus. Antonio tandem Terlecki, Episcopo Praemysliensi, violentissime expulso, monasterium Dermanense tenente, et decedente, totum eundem Schismatici occuparunt. Quem neque modernus noster Episcopus Joannes Malachowski possidet, qui Leszczynensem, sub Pinsco Civitate, tenet Archimandriam. Sed quia non residet, vix aliquid fructificat.

Episcopatus Leopoliensis ab initio Unionis destinatus fuerat Unioni, quia et Episcopus eius Balaban subscrispsit se in litteris ad Clementem VIII, sed recessit,¹⁷⁰ stimulante Basilio Konstantinovicz, Duce Ostrogien. Schismatico, et hucusque in Schismate manet. Nec tamen ullum tenet monasterium.

Hisce expositis, patet ab initio nostrae Unionis Dominos Episcopos non tenuisse monasteria. Sed, succedente licentia Domini Metropolitani Sielawa, primum privati monachi, stimulante amore habendi advitalitia sibi Privilegia, a Regibus procurare caeperunt, et simplicia monasteria in Archimandrias converterunt. Tandem etiam quando ascendebat Episcopatus, vel Metropolias, eadem monasteria, gaudentes privilegiis, ut melius haberent, Religionem autem damnificant, retinuerunt. Quocirca occurrendum his, ut dedi informationem ante annum vel plus,¹⁷¹ Apostolico Nuntio moderno (f. 190) apud S.R.M., ut ubi non fuerunt antea Archimandriae, nec privilegiata monasteria, etiam nunc non sint. Et qui habent

¹⁷⁰ Cfr. documentum accessionis ad Unionem Hierarchiae sub dat. 22.VI.1595; cfr. *Documenta Unionis Berestensis eiusque Auctorum*, Romae 1970, pag. 79-81, nr. 45.

¹⁷¹ Cfr. supra, nr. 145.

monasteria, aut Archimandrias, ascendendo ad Episcopatus, cogantur cedere monasteriis. Quia etiam sine monasteriis possunt habere sustentamenta, dummodo nimium non effundant. Atque ita neque Regiae Maiestatis iuribus, ut nostri Domini Praelati frivole ampullantur, praeiudicabitur, neque Religio damnificabitur: sitque suo quisque contentus Episcopatu.

Hinc etiam sequitur, licere Protoarchimandritae, Abbatibus sive Archimandritis, siquidem illorum est Primus Abbas, intimare Congregacionem eosque pro bono communi, in omnibus rebus dirigere, et suo modo iudicare, permissa appellatione, ubi de iure necesse fuerit. R. mos vero Episcopos possunt reverenter, tanquam maiores suos fratres, et Pastores invitare, qui si noluerint, pro bono communi, et consiliis ad promovendam Religionem et Unionem, in Congregatione Religiosa agitandis, eandem accedere, liberum est, summe tamen nostrae communitati necessarium. Siquidem primo et principaliter bonum et Unionis et Religionis in Religiosis consistit, non in Clero saeculari uxorato, in Ritu nostro. Et Domini nostri Episcopi, non ex Clero saeculari, sed ex monachis fiunt Episcopi. Cur ergo non deberent, ex charitate mutua, sese invicem consiliis iuvare? Pariterque Dominus ipse Metropolitanus potest humiliter invitari ad Congregationem, pro eodem bono communi, licet nullum tam Episcopi, quam Metropolitanus haberet monasterium.

Ad 2dum. Si intimarunt Congregationem Domini Metropolitani tribus vicibus, de quo constare deberet, nihil praeiudicat. Quia quod non iure fit, iniuste fit. Nam ista Intimatio, negante lege religiosa, non pertinuit ad Metropolitanum.

Ad 3tium. Si quando Metropolitanum Religiosi elegerunt in Proto Archimandritam, hoc ipso probatur: Religiosis esse liberum, quemcunque elegerint. Et siquidem nunc eligere noluerunt Metropolitanum, nec electioni factae a nonnullis consenserunt, iure fecerunt.

Ad quartum. Dominus Metropolitanus modernus, de Rutscio quae dicit, nescio quomodo dicit. Quia necdum natus est, quando Rutscius, anno 1636, Febr. 20, mortuus est. Et ego recordor: quando initio sui Regni Vladislaus IV, Rex Poloniae, Vilnae translationem S. Casimiri ad novam cappellam, sumptu suo Regio exaedificatam, anno 1635 solemnissimam fecit, tum, invitante Korsacio Proto Archimandrita, et Metropolitanus et egregii nostri Episcopi, et pro Congregatione, et pro solennitate translationis S. Casimiri, excellenti et numerosa Religiosorum cum assistentia, nec non Archimanditarum, summa cum contentatione Regia adfuerunt.

(f. 190v) Idem Korsak, factus Coadiutor Metropolitanus, et Episcopus Pinsensis, sua sponte deponebat Protoarchimandriam, atque ut praeficeretur ei simplex Religiosus postulabat. Iterum quando factus post mortem Rutscii Metropolitanus, deponebat eandem Protoarchimandriam. Sed Re-

ligiosi iterum iterumque eum in Protoarchimandria confirmarunt, ex eo, quod addictissimus esset Religioni.

Eo Romae mortuo,¹⁷² quando R.mus Sielawa Metropoliam, et a S.R. Maiestate, et a SS.mo D. Nostro obtinuit, ingressum fecit Vilnam anno 1642. Id temporis etiam intimata est Congregatio a Primo Consultore, Patre Simeone Jackiewicz, viro sanctissimo. Et cum Religiosi omnino vellent eligere simplicem Religiosum in Protoarchimandritam, R.mus Sielawa, Metropolitanus, multum apprehendere caepit, atque in aegritudinem ex eo incidit. Proinde Religiosos instanter rogavit, ut se eligerent. Hoc autem maxime promovebant Religiosi nonnulli, per R.mum Sielawa promoti, et advitales Superiores, vel Archimandritae. Tum Patres, Ordinem religiosum zelantes, consulere Patres Societatis, difficultates nonnullas proponere, et tandem suasu Patrum, et de consilio suo, consenserunt eligere se Ill.mum Metropolitanum in Protoarchimandritam, tanquam de Religione et Unione bene meritum. Ne tamen in posterum praeiudicarent Religioni, scripto caverunt, ut in posterum libere eligerent sibi simplicem Religiosum. Cui scripto, et Metropolitanus manum subscrispsit, et variis Praelati, Religiosi, et ego a R.mo Methodio Terlecki, Episcopo Chelmensi, Chelma Vilnam missus. Est hoc scriptum in Archivo Religionis.

Quando etiam anno 1659 Hadiacensia pacta cum Cosacis transacta sunt, et Unio totaliter per Rempublicam pressam tollebatur, simplex Religiosus Provincialis, Benedictus Terlecki,¹⁷³ Theologus Romanus, et Congregationis de Propaganda Fide alumnus, intimavit Congregationem, cui adfuit R.mus Polocen. Archiepiscopus Gabriel Kolenda, et Dominus Andreas Zloty, Episcopus Pinscensis. In quo Capitulo Primus Consultor, Petrus Mimonski omnibus uti director Congregationis praesedit et electus Benedictus Terlecki ad regendam Religionem.

Eodem mortuo, intimavit idem Primus Consultor, idque de lege, et constitutione Religionis antiqua, anno 1661, et ego, Episcopus Chelmen. electus sum in Protoarchimandritam. Cum vero discessisset Romam, D. Kolenda Suprasliis sese elegit in Protoarchimandritam. Sed ab Em.mo Card. Pignatello, id temporis Nuncio Poloniae, abrogatus. Licet postea, factus Metropolitanus, tempore eiusdem Nuncii, Brestae electus sit in Protoarchimandritam.

¹⁷² Anno 1640, sub finem augusti; cfr. A.G. WELYKYJ, OSBM, *Annus et dies mortis Metropolitae Raphaelis Korsak*, in «Analecta OSBM», vol. I, fasc. 1, Romae 1949, pag. 145-160.

¹⁷³ P. Benedictus Terleckyj, Provincialis Basilianorum an. 1656-1658, 1658-1661; obiit anno 1661, post tertiam electionem in Capitulo Torokanensi (6-9.II). Cfr. M.M. WOJNAR, OSBM, *De Protoarchimandrita Basilianorum*, Romae 1958, pag. 259-260.

Cum vero modernus Metropolitanus anno 1675, in Religioso Capitulo Zyroviceis praesens esset, et seipsum eligere vellet, iamque inclinatos aliquos in partes suas (f. 191) haberet, adiit idem Capitulum R.mus Glinski, Episcopus Vladimiriensis, qui suo, et nostrum duorum, mei scilicet, qui haec scribo, et Domini Episcopi Pinscensis nomine, habens a nobis ad actum Electionis, et ad omnes actus, mandatum Procurae, cum retulisset, se nulla ratione velle eligere ullum Episcopum vel Metropolitanum, seque ipsum excluderet, et quod etiam nos duo Episcopi nosmet ipsos excluderemus a competitione Protoarchimandriae, proposuissetque, ut simplex Religiosus, iuxta Breve SS. D.N. Urbani VIII, eligeretur; quod si aliter fieret, de nullitate protestatus esset, nulla ratione a proposito desistens; R.mus etiam Metropolitanus, post multas tergiversationes, ambire id officii desit, et simplex Religiosus, Pachomius Ohilewicz in Protoarchimandritam electus.

Anno 1667, quando Metropolitanus Kolenda, et Protoarchimandrita Ordinis, introductionem exuviarum sacrarum B.M. Josaphat Vilnam, et pro ea solennitate, et pro Congregatione Religiosa Episcopos et Prelatos, et Religiosos, propter bonum commune Unionis collegit, non per mandata sua, sed per charitativam invitationem collegit; alias enim nos Episcopi mandatis Metropolitani non tenemur absolute et serviliter subesse. Sic etiam poterit invitare reverenter et humiliter simplex Religiosus Dominum Metropolitanum et DD. Episcopos ad Congregationem Religiosam pro bono communi Unionis.

Ad haec quae dicit D. Metropolitanus de Dataria sua, nimium dicit. Siquidem diploma Regale Vladislai IV, 1635, Martij 14 datum, haec verba habet, e Polono versi: — Cavemus id, quod Episcopatus supradictos, Archimandrias, Igumenatus, nulli alii conferri aut tribui debebunt, nisi Religiosis benemeritis in Unione ac Religione S. Basilii existentibus. Quos modernus Metropolitanus unitus, et successores eius uniti, nobis et successoribus nostris, proponent. — Ubi ergo hic de Dataria? Metropolitanus iubetur in Unione et Religione benemeritos Religiosos, non discolors, non suos assentatores, non Religionis eversores proponere; Rex autem per Datariam suam promittit conferre. Quod autem consecratio fiat Episcoporum a Metropolitanis sine recursu Romam, hoc ipsi Episcopi, ad Unionem accedentes, a S. Sede petierunt, ne molestum et sumptuosum illis fieret. Sed hoc non pertinet ad datariam D. Metropolitanus, supposita Regia Dataria.

Quoad Visitationem Episcoporum, nec potest, nec debet, nec vult eos visitare Protoarchimandrita. Abbates, ut Primus Abbas, quare et visitare, et suo modo castigare, non potest? Ut etiam antea fuerat, et recenter fuit. Praecipue si adasset Metropolitanus concors favor, cum Pro-

toarchimandrita; quia de bono communi agitur, et in ea Religione, ex qua omnes Praelati, et Metropolitanus. Ipsi autem Metropolitanano istis incumbere, propter alia negotia non expedit.

(f. 191v) Et si aliqui Ritus mutant, vel mutare vellent Religiosi, potest optime Metropolitanus, et Episcopi, tanquam Ritus nostri Pastores, inhibere.

Ad extremum dicit se D. Metropolitanus zelare bonum ordinem et gubernium; nequaquam ita est, et ideo visitationem summcopere optamus, ut pateat zelus R.mi et gubernium. Si aliquid Religiosi delinquunt, facile corrigentur, nec Ill.mus Nuncius in quoipam peccavit contra Metropolitanum, sed ipse Dominus Metropolitanus contra Nuncium, varia enormia loquendo, et contradicendo. Totum id patebit ex visitatione. Pessime aut dicit de eo, quodsi Metropolitanu, aut Pinsensi Episcopo tollentur monasteria, tolletur panis, et honor, et rite. Ad quae iam aliquid supra insinuavi, et hic dico, ista sunt veritati contraria: Abusive quippe tenent monasteria, pro suis effusis conviviis, et consanguineorum necessitatibus, quibus panem Christi, et Ecclesiae et Religionis, cum perditione animae suae, subministrant. Et sine Archimandris aut monasteriis possunt omnes Ecclesiae necessitates, et iura tueri, sicut praedecessores nostri tuiti sunt.

Addo hic pro colophone, estne hoc pulchrum, pro eversione Brevis Apostolici, contra Minsensem Congregationem editi,¹⁷⁴ Dominum Metropolitanum scripsisse ad Episcopum Leopoliensem Szumlanscium, qui adhuc manifestus est Schismaticus,¹⁷⁵ quatenus apud Serenissimum Regem privilegium pro Archimandria Minsensi impetraret Nepoti suo, in Unione existenti, quem D. Metropolitanus monasterio Minsensi ex Congregatione sua prae posuit. Szumlanscius autem Episcopus recusavit, rescripsitque nepotem suum esse iuvenem, necdum ad praelaturas aptum; sciverat enim eum esse petulcum, et studiis vacare nolentem; quem etiam ex Seminario Vilnensi Patres Societatis Jesu expulerunt, iussu Nuncii Apostolici. Hoc autem petitum Metropolitanu, et responsum Leopolensis, optime mihi constat, ex ipsius Metropolitanu quodam Religioso, nostris rebus condolente. Quis ergo hic melior: an Metropolitanus Unitus? An Leopoliensis Episcopus Schismaticus?

Aliud est recens Domini Metropolitanu famosum factum, et valde

¹⁷⁴ Capitulum Minsense an. 1683 (diebus 25.VII) celebratum, nullatum fuit Brevi Innocentii PP. XI, sub dat. 30.X.1683; cfr. *Documenta Pontificum Romanorum*, vol. I, pag. 651-652, nr. 612.

¹⁷⁵ Josephus Szumlanskyj tum iam secunda vice clam professus est fidem catholicam (1677, 1681), sed tantummodo anno 1700 palam eam professus est cum tota eparchia.

scandalosum. Religiosi Monasterii Zyrovicien. Miraculosissimae Imaginis Virgineae, expediverunt quendam Zyroviciensem Civem honestum, cum vase, in quo solebant servare Sacrum Chrisma, sat bene involuto. Dominus Metropolitanus in vas istud consecratum sordidam Cleopissam, sive materiam ad unctionem axium in curribus, ex arboribus parari nostris in partibus solitam, infudit, et iterum involuit, suo sigillo obsignavit, et remisit. Miseri Religiosi post resignatum vas, tanto ludibrio sacrorum adverso, obstupuerunt! Divulgatumque est tantum factum Sacrorum illusivum coram pluribus! Excusaret se ille variis, absque scitu suo id factum esse. Et tamen testantur eius in vase sigilla, testatur eius epistola, manu Auditoris eius Kaminski scripta, et a Domino Metropolitanano subscripta.

(f. 192) Quae autem in dies D. Metropolitanus Religiosis sibi non velificantibus faciat, nimium longum esset ea enumerare. Quippe coram variis saecularibus, famam innocentium Patrum plane dilaniat; obedientiis varios timidos perturbat; Religiosos in negotiis monasteriorum missos intercipit; Parochialia consueta munia, ubi nunquam fuere ex antiquo Parochi, sed soli Religiosi, ista exercentes ab immemorabili tempore, exercere inhibet; esto et antecessores eius, et ipse antea ista exercere iusserint; monasteria ipsa cum summa iniuria et multis damnis adimit; victus et census excogitatis mediis et modis iisdem subtrahit; evertre demum plane Religionem intendit, nisi ipsi totaliter subsint.

Et sane nisi prospiciatur integritati Religionis, dato casu quod Metropolitanus subiugabit Religionem, ita ut hiscere sub pondere non valeat, et in eo statu Religionis moriatur, atque illi succedat modernus Leopoliensis Episcopus, certior Schismaticus, quam Unitus, qui administrationem etiam nunc habet in Ucraina bonorum Metropolitanorum Kiovienium, inhiatque ipsi Metropoliae, Regem sibi faventem habet, timendum ne subiugata Religione sub Metropolitanam, accipiat in manum suam, et Religionem Unitam, et ipsam Unionem; Religiosos permisceat, et turbet, bona cum monasteriis adimat, et Unionem opprimat. Praecipue cum adhuc Cosaci sese Leopoliensi moderno, et aliis Schismaticis adiungent. Quod iam nonnulli praevidentes, et considerantes nostri Praelati, nominatim Dominus Vladimiriensis, bene re ex variis Magnatibus intellecta, Religiosos nostros praemonuit.

Quocirca flebiliter RR. Patres Religiosi, in quibus principaliter consistit Unio, Sacrae Congregationi de Propaganda Fide, et per illam SS.mo Domino Nostro supplicant, ut tandem aliquando, a tot tantisque oppressionibus, Religionis eversionibus, et gravissimo disordine, nec non ab innumeris scandalis, per Metropolitanum, et Dominum Episcopum Pinsensem fieri consuetis, liberentur, ac sub suo Religioso Superiore, et Protoar-

chimandrita, in eodem sacro Ritu, pacifice vivant, a tam gravi iugo exempti, quod neque in Graecia practicatur.

Et si omnes in Ritu Romano Ordines gaudent eo S. Sedis beneficio; si pleraque Schismaticorum in Graecia monasteria, et in nostra Russia Pczarense, Vilnense, insuper confraternitates multae sunt a loci Ordinariis Ruthenis exemptae, solique Patriarchae Constantinopolitano subiectae, Staurospigia vocatae, cur etiam nostri Uniti sanguinem pro fide catholica et Primatu Sedis Apostolicae fundentes, eodem sinu exemptionis et Protectionis complecti non debeant? Exemplo eiusdem Ordinis Basiliatorum Italograecorum, in Italia, et Hispania, et alibi. Quodsi forte id favoris obtinere non valeant, saltem recurrentes omnes et (f. 182v) singuli cum monasteriis Zyrovincensi, Bytheniensi, et aliis quae non habebant antea Archimandrias et foundationis nunquam regiae fuerunt, sed Nobilium, eximentur ab ista oppressione, tam Metropolitani quam Episcoporum, ob hanc causam praeceps inchoata, quod recursus fecerint ad Sedem Apostolicam contra Metropolitanum, et in protectione Apostolica semper conserventur. Haec etiam responsa et petita nostrae Religionis, a me conscripta omni cum submissione et contentione Vestrae Ill.mae Domi.ni, ut Sacrae Congregationi de Propaganda Fide commendare animitus dignetur, meque ipsius favore prosequi, enixe exopto.

Chelmae, 16 Iulii 1684.

Vestrae Ill.mae et R.mae Dominationis Servus humillimus
Jacobus Susza, Episcopus Chelmen. Unitus (mp).

160.

Roma, 5. VIII. 1684.

Card. Barberini P. Stephano Martyskiewicz-Businski, Protoarchimandritae OSBM; certiorat de iis quae facta sunt et adhuc facienda pro componenda causa cum Metropolitanano in materia iurisdictionis.

BIBL. APOST. VAT., Barb. lat., vol. 6650, fol. 212v.

Admodum Rev.de Pater.¹⁷⁶

Quid factum sit in negotio Vestro cum Metropolitanano, quod Paternitas Vestra per literas 3-a Aprilis ad me datas tam enixe commendat, noverit ex Patre, quem huc eadem de causa ablegastis. Scripsit quoque ad D. Nuntium Apostolicum Sacra Congregatio de Propaganda Fide, et

¹⁷⁶ Stephano Martiszkiewicz-Businskyj, Protoarchimandritae Ordinis Basiliani (1679-1686); cfr. de eius difficulti regimine in M.M. WOJNAR, OSBM, *De Protoarchimandrita Basiliatorum*, Romae 1958, pag. 266-267.

eidem iniunxit quod faciendum interea iudicavit; et ex eodem Nuntio eiusdem Sacrae Congregationis mentem ediscet pariter Paternitas Vestra; et quoniam, ut res haec matura deliberatione decernatur finemque pacificum accipiat, idem D. Nuntius noticias quasdam hic expetas S. Congregationis mandato mittere debet, remanet ut Paternitas Vestra reliquie, quorum interest, Ordinis Vestri Religiosi sobrie se modesteque, ut decet, erga R.mum Metropolitanum continenter gerant, quod vero ad causam ipsam attinet, certi sint eam solidis iustificatisque rationibus confirmari comprobarique debere. Haec vero a Vestro zelo prudentiaque praestolans, orationibus Vestris me commendo, sumque.

Romae, 5 Augusti 1684.

Paternitatis Vestrae.

161.

Chelma, 8. IX. 1684.

Jacobus Susza, Episcopus Chelmensis, contestat quoddam memoriale P. De Camillis in causa Religionis cum Metropolitanano datque quamdam explicationem historicam et canonicam in materia controversa.

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Pol., Ruteni*, vol. 2, fol. 220rv.

Ego infra nominatus, et subscriptus, hac mea vera et minime suspecta relatione, coram Deo, et sub conscientia, attestor. Memoriale, a R. Patre Josepho Camilli, Ordinis S. Patris Nostri Basilij M. ad ecclesiam SS. Sergii, et Bacchi, Martyrum, residente Russiae,¹⁷⁷ Sacrae Congregationi de Propaganda Fide pro Dominis Episcopis Ruthenis porrectum, esse contrarium scientiae DD. Episcoporum, et penitus ignotum. Primum enim de me ipso assero, ne iota quidem ullum in ea materia me ad R. Patrem Camillum scripsisse, neque eum, vel quempiam alium a me rogatum esse, ut eiusmodi Memoriale Sacrae Congregationi porrigeret. Idem bona fide, et conscientia assero de Domino Vladimiriensi, Praemysliensi, et Smolensensi, Episcopis, ultimo a Moscis exule, viro quidem nobilissimo, sed amuso, verumtamen recto. Qui sicut et alii, Congregationibus Minscensi et Novogrodensi non adfuit, neque unquam ulli rei in istis divisionibus Ill.mo Domino Metropolitanano, et R.mo Pinscensi sese adiunxit, aut cooperatus est. Quod memoriale desumptum est ex Concilio VIII Generali, tertio Constantinopolitano, Sessione IV, can. 26: de ordine appellationis.

¹⁷⁷ Josephus de Camillis, Procurator in Urbe (1675-1689), dein vero Episcopus Mukachoviensis (1689-1706), cum tit. Sebasteni et missione Vicarii Apostolici Mukachoviensis.

In quo canone nulla mentio est Ruthenorum Ecclesiasticorum in Russia, ut ad Patriarcham appellant; neque ista mentio id temporis esse potuit; quia Concilium istud celebratum est sub annum 869, et sequentem, iuxta Baronium, eodem anno, sub Adriano Secundo, Pontifice Romano, sub Imperatoribus Basilio, Constantino, et Leone, Constantinopolitanis, centum triginta annis ante baptisatam Russiam; quomodo ergo de appellationibus Ruthenorum hic canon Russiae potuit, ante baptismum eius, servire? Neque etiam potest probari, ut postmodum appellationes e Russia vaderent ad Patriarcham; esto Sacras Metropolitae a Patriarcha Constantinopolitano acciperent. Nunc autem aliter se res habet, quando Rutheni S.R. Ecclesiae subdiderunt; quia omnes consuetudines et privilegia S. Rom. Ecclesiae per Unionem suscepérunt. Atque ita regi debent, sicut et Latini. Quod etiam Bulla Unionis sub Clemente VIII extradita videtur obloqui. Cum dicit: — Ad incrementum, et exaltationem fidei Christianae, intra gremium Ecclesiae Catholicae, et Unitatem S.R. Ecclesiae uti membra nostra in Christo recipimus, unimus, adiungimus, (f. 200v) anneximus, et incorporamus, etc. — Romae 1595 anno. Proinde Rutheni, ut membra S. Catholicae Romanae Ecclesiae, de iure debent ita disponi, ordinari, dirigi et regi, sicuti alia membra, sive Regularia, sive non Regularia, Ecclesiastica Ritus Latini. In quorum fidem haec omnia manu mea scripta, et subscripta, et sigillo meo munita, S. Congregationi de Propaganda Fide trutinae humiliter porrigo.

Datum Chelmae, Septembbris VIII, Anno MDCLXXXIV.

Jacobus Susza, Episcopus Chelmen. Ruthenus Unitus (mp.).

162.

Vladimiria, 2. X. 1684.

Leo Zalenskyj, Episcopus Volodimiriensis, Consultori Basiliano Romae degenti de Capitulis Basiliyanorum aliisque rebus scribit.

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Pol., Ruteni*, vol. 2, fol. 198-199.

Venerabilis et Admodum R.de Pater Consultor, Ord. Divi Basili Magni,
Pater et Frater Perobservande.¹⁷⁸

Vladimiriae, Anno 1684, die Octobr. 2da.

Tenacissimus eorum, quae de communi consensu omnium Dominorum Episcoporum Ruthenorum Unitorum Varsaviae, in praesentia Ill.mi

¹⁷⁸ Georgio Malejevskyj, qui tunc Romae commorabatur in negotiis Ordinis Basiliani. Erat etiam Superior Zyroviciensis; ab anno 1690 Archiepiscopus Smolenscensis.

et Rd.mi Domini Nuntij Apostolici stabilita et declarata sunt, ut nimirum Synodus hyeme, Brestae Lithuaniae, celebraretur, ubi et Religiosorum Capitulo locus praefixus fuerat, ad contrarium Ill.mi Domini Metropolitani, primo Minscum deinde Novogrodecum Intimationem, nequaquam comparere potui;¹⁷⁹ imo ad utramque Congregationem, quae, inconsulto Ill.mo Domino Nuntio, per Dominum Metropolitanum convocata fuerat, nullum penitus Delegatum meum substitui, qualem se Minscij Pater Kolczycki finxerat. Synodo quidem quod interesse non valuerim, obices habui: Conflagrationem stupendam Cathedrae meae Vladimiriensis et Palatij; Militares exactiones, Tribunalis Regni gravissima negotia, et aliorum subselliorum, judiciorumque in Causis Capituli, et Ecclesiae meae personalis diligentia requirebatur; quae rationes excusatum me reddiderunt apud Ill.mum Metropolitanum, et forte Actis Capituli Minscensis easdem Dominus Metropolitanus inseruit.

(f. 198v) Novogrodecum vero, nec me scripsisse aliquid recordor, idque eo, quod annullatum, per rescriptum Sacrae Congregationis, Minscense inaudierim Capitulum; multo magis aliquem delegasse. Si quid ergo in oppositum coram Sacra Congregatione monstrabitur, hanc meam fidelem producat Paternitas Vestra confessionem, me ullo pacto consilijs, aut aliquibus Actis Ill.mi Domini Metropolitani interfuisse; neque alicui Memoriali nomen meum inscripsisse, cum paenitus suo sensu Dominus Metropolitanus abundet, nomineque nostro, Confratrum suorum Episcoporum, similia frequenter conficiat Memorialia, aut per distantiam loci, aut certe per contemptum, propriam inde quae siturus laudem et auctoritatem. Delatus Sacrae Congregationi sum, per Acta Capituli Novogrodecensis, Kobrini non alere Religiosos, sed non subjuncta ratione; quod beneficium hoc sit ... in totum trecentos florenos non fructificat, adeo militaribus hybernis, stativis, et ad castra, tum ex castris tractibus devastatum.

Deinde quod et mens Fundatricis est, ut Archimandrita et Presbyter saecularis alatur, quem in hanc usque diem (f. 199) animabus inservientem, providere non cesso, continuusque Dei ibidem viget cultus; placeat hanc iniquam delationem hac veritate, suaque dexteritate apud Eminentesissimos eliminare. Caeterum, R.dam Paternitatem incolumem ac reducem salutare, Religionem oppressam tryumphare, quam citissime cupiens, eiusdem maneo.

Addictissimus, et observantissimus in Christo Frater et Servitor

¹⁷⁹ Agitur de duobus Capitulis annullatis: Minsensi (in julio 1683) et Novogrodecensi (in martio 1684), a Metropolita Zochovskyj convocatis, in quibus ipse electus fuit ab una factione Protoarchimandrita Ordinis.

Leo Zalenski, Protothronius Russiae, Vladimirien. et Bresten.

Unitus Episcopus (mp).

Admodum R.do Patri de Camillis mea defero obsequia et significo:
Schysmatis Coriphaeum Dominum Episcopum Luceorien. collectis argenteis, aureisque per totam Dioecesim suam, populorum votis, et pretiosissimis supellectilibus, Kioviam aufugisse; secutura inde ignorantur.

163.

Chelma, 11. X. 1684.

Jacobus Susza, Episcopus Chelmensis, de actis Capituli Novogrodecensis, de Episcopo Pinsensi, de Archimandris, de modo procedendi Metropolitani, de Superiore simplici Religioso, de instantiis et supplicationibus Religiosorum, de electione Metropolitae in Superiore religiosum et Electoribus.

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Pol., Ruteni*, vol. 2, fol. 197rv-201rv.

Ill.me et R.me Domine, Domine, et Patrone Colendissime.¹⁸⁰

Uti antea contra literas Domini Metropolitani, ad Eminentissimum Nerli datas, scripsi ad Vestram Ill.mam D. ea quae mihi notitia in rebus nostris, et conscientia dictabat, hoc etiam in istis meis, de Novogrodensi Congregatione R.mi Metropolitani scribo literis.

Atque in primis, in ea, Martii 19, anno 1684, inchoata, Sess. 1^a D. Episcopus Pinscen. memoratur. Sciendum fuisse eum primo per Privilium Archimandritam Vilnen. factum, et Novogroden. seu Laurissoviem, postea Episcopum Pinsensem. Quo facto, Avunculus eiusdem D. Gabriel Kolenda, Metropolitanus, sine respectu, quod fuerit ex eius germana sorore nepos, Archimandria Vilnensi eum abiudicavit. Et rexerunt simplices Superiores religiosi Vilnen. monasterium, plus minusve decennio. Post mortem D. Avunculi monasterium ille occupavit. Et licet Patres Superiores Religionis ad Metropolitanum, ad Nuncium eum Apostolicum Martellum adicitarint, decretis amborum monasterio privarint, non obediuit. In Congregatione etiam Religiosa, anni 1679, omnes nos Episcopi, et Religiosi deprecati sumus, ut cederet. Nihilominus verbis non recessit, ac pertinaciter monasterium retinuit, et tot scandala et turbationes fecit, quae toti patent Lituaniae.

De Laurissoviensi autem Archimandria, iam ante in Iulio anni praesentis, Vestrae R.mae D. perscripsi, et hic addo: Laurissoviae ab immemorabili tempore non fuit ullum monasterium, potuit ante ducentos, vel plu-

¹⁸⁰ Ut videtur Nuntio Varsaviensi, Opitio Pallavicini.

res annos fuisse, sed non Archimandria. Nunc autem est solum villa, ad Novogrodense pertinens Monasterium ex qua vivebant Religiosi. Quam D. Pinscensis tenet. Atque, ut audivi, Religiosorum querelas, vix illis aliquid, aut nihil ad victimum tribuit, eleemosinis vivunt. Dominus frater eius, et uxor fratris eius ibi resident. Ecce Archimandriam Laurissovensem! Propter quam multae factae turbationes in Religione. Quia videlicet iura Regia, seu potius sua commoda, D. Pinscen. tuetur. Insuper siquidem D. Metropolitanus, post longas cum eo discordias, illi conciliatus sit, longe fortius ista tenet monasteria. Scitum tamen est, etiam latinos in Regno Poloniae Abbates, postquam fiunt Episcopi, relinquere Abbatias, quia incompatibilis; cur non apud nos! praecipue, cum ab exordio Christianitatis in Lituania nunquam ullus haec tenuit Episcopus monasteria. Alias enim omnia monasteria, nostri Religiosi, Archimandritae privilegiati, ad Episcopatus provecti, iura Regia tuentes, retinebunt: et sic denu-dabitur Religio. Quis enim liber sub Dominos vadet?

(f. 197v) Quaecumque porro in 2da dicuntur sessione, multum in illis vocis est, parum lanae. Non potuit enim Ill.mus D. Metropolitanus Novogrodecum nos convocare, sed Brestam, ut consensimus omnes cum Ill.mo Nuncio Varsaviae. Neque erat hyeme 19 Martii, sed ver. Imo, esto voluissemus adire Novogrodecum, non potuissemus. Ego remotus Novogrodeco 50 aliquot leucis, Vladimiriensis in Volhinia id temporis praesens 60 aliquot, Praemyslien., 80 aliquot. Martii 4a ad me litterae Congregationis intimatoriae venerunt, ergo ad minimum tribus diebus ad iter præparationem facerem; in via autem, resolutionis tempore apud nos, impossibile erat sex leucas quotidie conficere, propter aquas, lutum, inundationem fluviorum, et transfretationem. Quippe in leucis nostris dicam, plusquam 50 Italica milliaria. Et vix aliquando tres conficerem leucas, aut nullam. Ergo nec intra duas, ab acceptis Intimatoriis, venire septimanas potuissem. Quomodo autem Domini, Vladimiriens., et Praemyslien. venirent remotiores? Propterea neque scripsi ad istam Congregationem neque ullum misi. Sic etiam D. Vladimiriens., de quo litteras dedit R. Patre Ablegato nostro. Habebo notitiam etiam a Praemysliensi.

Deinde quomodo nos, imminens Pascha debuimus relinquere non consecratis oleis? Forsan etiam studio D. Metropolitanus in tam stricto et incommodo tempore istam Congregationem celebrare destinavit, ne veniremus. Quia enim Brevi Apostolico Minscensis reprehensa Congregatio et Electio, timuit forsitan ne et Novogrodensem illegalem faceremus. Nec Ill.mus Nuncius eam intimavit Congregationem, et litterae eiusdem exhortatoriae fuerunt, post emanatam a Domino Metropolitanano intimationem, ut eam sine præiudicio Religionis faceret, quomodo Congregatio

subsistet? De fundationibus D. Metropolitani, quia nullae, et novationibus rerum a Religiosis, quia nec novant, nec possunt, nihil respondeo.

Jam vero antea informavi, quomodo Rutscius Metropolitanus fundavit Religionem, non alii Metropolitanus. Nec habet unde modernus gloriari, quia in eius Dioecesi monasteria nonnulla, et in Polocensi. Et sequaciter non deberet Rutscium vellicare, et constitutiones eius evertre, tanquam viri Sancti et miraculosi, cuius corpus ante bella cosatica ego et multi alii vidimus, a morte circa viginti annos incorruptum, a Moschis postea Vilnae raptum. Qui collato cum gravissimis Soc. J. Patribus, Regulas S. Patris Nostri Basilii breviter collegit, Regimen Religiosum et Proto Archimandriam instituit, Noviciatum per Patres eosdem excitavit, ac a Sede Apostolica tot pro nostris Religiosis, ad studia loca impetravit. Quia imo deberet memoriam eius intactam relinquere, et tanquam maximum benefactorem, et Religionis et Metropoliae fundatorem, memori grataque mente recolere. Posthabito enim sanguine proximo, haereditaria bona sat ampla Metropoliae in perpetuum applicuit, dicta (f. 201) Ruta cum sex vel 7 villis. Quoad monasteria sub Episcopis, sub Administratione mea in spiritualibus, in dioecesi schismatica Luceoriensi, Zydicinense, Dorohobusense, et in eadem administratione, Dermanense, Dubniensia duo, quae ultima tria tenet indebita Metropolitanus, et vix intra sexennium residet, semel aliquantum, et percipit redditus; in Dioecesi Vladimirien. Kobrynense, Brestense, Lyskovense, in Chelmensi, Chelmense, Kanense. Et licet D. Metropolitanus ait, exceptis tribus vel 4 monachis rebellibus, totam Religionem sibi favere, incertum. Quia in Supraslien. monasterio circa 30 Monachi, in Zyroviciensi, Bythenensi itidem; in Czereensi circa 10; Rosanense, Brestense, Lyskowiense alit per 6 et Zydicinense; Chelmense 16, Kobrynense, Kanense, Dorohobuscense, per duos, pauperrima. Atque in his monasteriis plures sunt monachi, quam in Electorum et nemo ex istis Congregationi adfuit. Ulterius, multa sane dicit in Stephanum Protoarchimandritam et alios, quae probari nequeunt, et relinquo. Ad haec D. Metropolitanus legi curavit epistolas, quas non misimus, nisi forte eas, quas nos, Vladimirien. et ego, contra Synodum ne celebraret scripsimus, et supersedit. Scripsimus autem initio Novembris 1683 anno.

In 3a Sess. dicit de supplicationibus Religiosorum. Respondeant Religiosi utrum verum, quia scio quod cum protestatione venerunt nonnulli, quod non satisfactum sit Brevi Apostolico. Quae autem hic dicit de electione, o quot et quantae sunt fictiones, et simulatae ab honore Protoarchimandriae suscipiendo tergiversationes! Quem multo ante ambas Congregationes statuit in se suspicere: ut Religiosos ad Sedem Apostolicam recurrentes ulciseretur. Ridiculum porro est, quod accipient verba su-

percilio erecto, in bonam partem, quod significat superbe. Scilicet D.ni isti Electores, seu commediae Actores latine ignorant; et dum evitant falsitatem, incurunt.

Quoad Minscensem Congregationem condigne abolitam, saeculorum Domino sit aeterna gloria, et Sacrae Congregationi de Propaganda Fide aeterna memoria; quia miserta est pauperis Religionis, et oppressorum Religiosorum.

Visitationem, et inquisitionem Religiosorum, Praelatorum necnon Episcoporum, omnes boni desiderant, sed non per Metropolitanum, aut eius fautores, sed per Latinos bonos, et aliquot Ruthenos probatos. Violentias Kaminscii convertit D. Metropolitanus in Patrem Mor, quas fecit Kaminscius ipse Patri dicto. Probavit autem Kaminscius, tantus Metropolitanus Auditor, virtutem suam (exceptis tot et tantis aliis excessibus), quando arrepto equo, inscio D. Metropolitano, fugerat, captusque Pinsci, et Vilnam missus, iterum fugit.

In 4a Sess., omissis variis scommaticis puncturis, dignetur perpendere Sacra Congregatio, qui sunt Electores? Primus, D. Episcopus Pinscen. totus Metropolitanus, ob superius dicta; 2dus, Archimandrita Trocensis, ubi nullum Monasterium, nullus (f. 201v) Monachus; et quidem ipse sponte eum antea depositus titulum; a quo ergo ut Elector missus? 3tius, Braslavien. Archimandrita, ubi vix unus est monachus, per ipsum Metropolitanum ex illa, pro suis excessibus depositus. Est super hoc manuscriptum D. Metropolitanus apud me, et iterum in gratiam receptus et Archimandriae restitutus; 4tus, Kamienski egregius, ut supra; 5tus, Korzewienski, Metropolitanus officialis, factis suis pessime notatus Vilnae, sub Pinscensi Episcopo, et rebellis Nuncio Apostolico Martello; 6tus, nec ad forum nec ad Chorum, simplex et amusus, sub Pinscensi Episcopo Novogrodeci vivens; 7mus, suos naevos pariter habens, sub Pinscensi Episcopo Vilnae vivens; 8vus, Marcianus Kulczycki, Vilnae sub Pinscen. ab Episcopo Vladimiriensi. cum equis et curru sine licentia abiit; 9nus, Josephus Babinski, sub Metropolitanus vivens Polociae. O quanta eum ipse Metropolitanus de inquirenda ipsius vita ad me scripsit! 10mus, Bartholomaeus Miniewski, vir bonus, sed tamen Metropolitanus trium Monasteriorum Vicarius; 11mus, Gedeon Szumlanski, plane in Unione neophitus, apud Schismaticos Professus, ex convictu Vilnensi SS.mi D.N. electus, ut iuvenis insolens, ad Metropolitanus latus, et Pinscensis aulicus, in Minscensi Congregatione Superior Minscen. factus. Sicut et octavus ibidem factus Superior Vilnen.; 12mus, Anselmus, homo rudis, pro aliquibus in regimine defectibus recte de Superioratu Brestensi depositus; 13, 14, 15, vix sub se unum vel alterum habent monachum, omnes simplissimi, et prae timore Metropolitanus adhaerentes; 16, 17, 19, 20, ex mo-

nasteriis Volhiniensibus tribus, quae D. Metropolitanus tenet, nec hiscere contra eum potuerunt. Sicuti et 10mus, illorum Vicarius. In quibus Monasteriis, vix 14m cum Vicario monachi, et quomodo quinque Legati? 18us, Polocensis item, alter autem supra, eiusdem monasterii Superior, ubi vix sex monachi et duo Legati; 21mus, Concionator Metropolitanus, et Monasterii Vitepscensis, a Novogrodeco centum fere leucas dissiti, legatus; quomodo simul ad latus Concionator, et tam dissitus legatus? 22us, sub Pinsco, de Leszcz, ergo manus Pinscensis; 23, Archidiaconus metropolitanus, manusque eiusdem; 24, Homo iuvenis et Religiosus vix ab 8 annis, Religionis ignarus, quomodo Secretarius? et quidem iam per Breve depositus Apostolicum, sicut et consultores noviter creati. Nuncio autem Apostolico Martello, cum Pinsensi Episcopo, Archimandrita Vilnensi, rebellis fuit.

Videre igitur dignetur Sac. Congregatio, quomodo isti omnes Dominorum Metropolitani et Pinscen. albicantes, non debebant idem in electione sentire, quod eorum DD. Praelati? Et quidem sciendum, Constitutionibus Religiosis statutum, in quo monasterio essent 10 monachi, duo debent mitti ad Congregationem Legati. In quo pauciores, unus. Haec pro veritate et conscientia perscripsi V. Ill.mae Dominationi et rogo, ut de Propaganda Fide Congregatio Religiosos ab oppressione Metropolitani velit eximere, in Constitutionibus suis firmare, Congregationem Novogroden. abolere. Et Religiosi, in quibus tota nititur Unio, in perpetuum S.R. Ecclesiae erunt obligatissimi. Cum quibus ego quoque S. Congregationi, et V. Ill.mae D.ni, humillima praesentans obsequia, maneo.

Chelmae, 11 Octobris 1684.

V. Ill.mae D.nis, et R.mae observantissimus Cliens

Jacobus Susza, Episcopus Chelm. et B. unitus (mp).

164.

8. I. 1685.

Episcopus Smolensensis de variis rebus.

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Pol., Ruteni*, vol. 2, fol. 212.

Admodum R.nde in Christo Pater, Domine et Frater Observ.me.

Ill.mus D. Metropolita idem resonat celeusma: scripsit literas ad Palatinatus et Districtus certa puncta Instructioni Dominorum Ablegatorum pro Comitiis Generalibus inserenda, ut Archimandritae seu Abbates et totus in genere Spiritualis Status ad supremam Ill.mi pertineat Jurisdictionem; quod in Comitiolis quibusdam non receptum, sed responsum: jure experiantur. Ill.mus D. Cancellarius Lithuaniae ad Episcopatum

Mohiloviensem instanter promovet Schismaticum P. Trysna; et hoc punctum insertum ad Instructionem, addita speciosa ratione: devincendi animos Cosacorum hac benevolentia etc., cui occurtere necessum est; non sunt facienda mala, ut eveniant bona. Interea maneo.

Datum, 8 Januarij, 1685.

Admodum R.ndae Paternitatis Vestrae Servitor

Nominatus Episcopus Smolenscen. (mp).

165.

Leopolis, 21. 22. I. 1685.

Promissio publica in electione A. Szumlanskyj in Episcopum Luceoriensem.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. gen.*, vol. 492, fol. 353-354v.

PROMISSIO REV.MI EPISCOPI LEOPOLIEN. RIT. GRAECI.¹⁸¹

In nomine S. et Individuae Trinitatis, Patris et Filij et Spiritus Sancti.
Amen.

Licet ego infrascriptus alias fidei Catholicae professionem fecerim, nihilominus eam publice non sum professus. Et quia mihi per efficaces, et claras rationes ostensum fuit, me ad hanc publicam professionem teneri de necessitate salutis, idcirco eidem me accingens, et solum paululum differens, ne mea (f. 353v) Electio, quam spero, in Episcopum Luceoriensem a non Unitis impedianter;¹⁸² promitto ac voveo, quod proviso illo Episcopatu me publice declarabo, et praestabo, quae debet facere verus Episcopus, unitus S. Romanae Ecclesiae; iuxta determinationem faciendam per Excellentissimum et Rev.mum D. Nuntium Apostolicum, confidens nihil mihi iniungendum fore, unde nasci et oriri valeat publicus tumultus in Populo; et retentis praeterea omnibus Sacris Ritibus, et Caeremonijs, quibus, iuxta SS. Patrum Graecorum instituta, in Di-

¹⁸¹ Haec adpromissio Episcopi Leopoliensis clam professi catholici (1677, 1681) facta fuit occasione speratae electionis in Episcopum Luceoriensem non unitum, post promotionem Episcopi huius eparchiae Gedeonis Svatopolk Czetwertynskyj in metropolitam Kiovensem non unitum (1685-1690). Electio tamen non evenit, et adpromissio haec usque ad annum 1700 perduravit, quo anno Josephus Szumlanskyj palam professus est fidem catholicam cum tota eparchia Leopoliensi.

¹⁸² Episcopus Luceoriensis non unitus Gedeon Czetwertynskyj fuit candidatus in Metropolitam Kiovensem, eiusque electio tamen locum habuit solummodo initio mensis iulii 1685; cfr. I. VLASOVSKYJ, *Narys istoriji ukrainoskoji pravoslavnoji Cerkvy*, vol. II, pag. 330-333 New York 1956. Proinde Szumlanskyj spem habuit succedendi in eparchia Luceoriensi, etsi clam fidem catholicam iam a septem annis professus fuit.

vinis, ac Sacrosancto Missae Sacrificio et Sacramentorum administratione, alijsque Sacris functionibus utimur dummodo veritati et fidei catholicae non adversentur, ac Communionem cum Romana Ecclesia non excludant. Promitto ulterius, quod subditis quoque meis utriusque Status, Saecularis et Regularis, eandem Sanctam Unionem pro posse meo suadebo. De adimplemento autem horum omnium docebo, volens, in casu, quo id concludenter non ostendam, quandocumque, et ubicumque requisitus fuero, haberi ac si ab Unione Sancta omni modo defecisset atque hoc constaret iuridice per manifestas, et (f. 354) evidentes probationes. In quorum fidem etc. Leopoli, die 21 Januarij, Anno Domini 1685.

Josephus de Magna Szumlani Szumlanski, Episcopus Leopolien., Halicien. et Camen. Podoliae, Administr. Metropoliae Kioviae et Episcopatus Luceoriae Ritus Graeci, Archiman. Peczarovien. Kioviae promitto et affirmo, ut supra.

Ego infrascriptus supradictae declarationi, promissioni etc., et subscriptioni praesentis cedulae, quam vidi fieri manu propria Ill.mi et Rev.mi D. Episcopi Leopolien. Rit. Graeci, qui supra, fui praesens; etc. Ita testo.
— Fr. Jacobus Ravennas, Theologus Capucinus (mppria).

Ego infrascriptus supradictae declarationi, promissioni etc. et subscriptioni praesentis cedulae, quam vidi fieri manu propria Ill.mi et Rev.mi Domini Episcopi Leopolien., Ritus Graeci, qui supra, fui praesens et ita testor. — Fr. Daniel Szumlanski, Ordinis Praedicatorum (mpp). Pr. Generalis.

Professio fidei facta fuit per admodum Rev.dum D. Athanasium Szumlanski in manibus Ill.mi ac Rev.mi D. Nuntij Apostolici die 22 Ianuarij 1685, iuxta formulam a S. Sede Apostolica pro Orientalibus praescriptam, cui subscriberunt Revd.mi Domini Josephus Szumlanski, Episcopus Leopolien. et Innocentius Vinnicki, Episcopus Praemyslien., addendo post (f. 354v) testimonium de Professione fidei emissum a praefato Domino Athanasio haec verba: *Et pariter ego profiteor ut supra.*

PROMISSIO ADMODUM R.D. ATHANASIJ SZUMLANSKI, RITUS GRAECI.¹⁸³

Cum ego infrascriptus Professionem Fidei Catholicae fecerim, et sciam me teneri de necessitate salutis, publice me declarare Unitum S. Rom. Ecclesiae, atque solum differam ne ob eam aliquid apponatur meae

¹⁸³ Praeter Josephum Szumlanskyj, candidatus ad sedem Luceoriensem fuit etiam eius frater Athanasius, qui etiam fidem catholicam cum fratre Josepho professus fuit; sedem hanc Luceoriensem tandem obtinuit anno circiter 1687, etsi ut non unitus considerabatur in foro externo. In sede hac remansit usque ad annum 1694.

electioni, quam spero, in Episcopum Leopoliensem,¹⁸⁴ promitto ac voveo, quod si electus fuero, consecrationem non accipiam nisi de manu Revd.morum Episcoporum Unitorum et qui publice profitentur se esse Unidos S. Rom. Ecclesiae; et alterius, quod, proviso illo Episcopatu, me publice declarabo, et praestabo, quae facere tenetur Unitus eidem Ecclesiae Sanctae, iuxta determinationem faciendam per Excellentissimum et Rev.mum D. Nuntium Apostolicum, confidens nihil mihi iniungendum fore, unde nasci, et oriri valeat publicus tumultus in populo; et retentis praeterea omnibus Sacris Ritibus et Ceremonijs, quibus iuxta SS. Patrum Graecorum instituta in Divinis, ac Sacramento Missae Sacrificio, et Sacramentorum Administratione alijsque Sacris functionibus utimur, dummodo veritati et fidei catholicae non aduersentur, ac communionem cum Rom. Ecclesia non excludant. Promitto insuper, quod subditis meis eandem S. Unionem pro posse meo suadebo. De adimplemento autem horum omnium docebo; volens, in casu, quo id concludenter non ostendam, quandocumque et ubicumque requisitus fuero, haberi, ac si ab Unione S. defecisset, atque hoc constaret iuridice per manifestas et evidentes probationes. In quorum fidem etc.

Leopoli, die 22 Januarij 1685.

PARTICULA CONSTITUTIONIS REGNI CONTRA APOSTATAS.

Neque Ariani, sicut lege publica proscripti, neque Apostatae a fide Catholica Romana ab Unitorum debent gaudere titulo Confoederationis; imo omnes Constitutiones contra Arianos praefatos reassumimus et confirmamus perpetuis temporibus. Et ut in quovis subsellio etiam nunc, tempore huius Interregni, cum quolibet Neophita utriusque sexus et fautoribus illorum sive hic in Regno sive in M. Ducatu Lithuaniae reperirentur, executioni hanc legem mandari volumus. Apostatae vero praedicti, abhinc convicti in foro fori, exilio debent puniri.

166.

Chelma, 21. II. 1685.

Jacobus Susza, Episcopus Chelmensis, instat pro admissione alumnorum Chelmensium in Collegiis Pontificiis romanis.

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Collegio Urbano*, vol. 2, fol. 96r.

¹⁸⁴ Ratio huius admissionis erat, ut videtur, successio in Eparchia Leopoliensi vel eiusdem coadiutoria. Hic ponitur speranda «electio in Episcopum Leopoliensem». Agebatur, ut videtur, de quibusdam programmatibus et projectis familiae Szumlanscium.

III.me et R.me Domine, Domine et Patrone Observandissime.¹⁸⁵

Sciens pro certo de meis unum Religiosis Sacrae Theologiae in Collegio de Propaganda Fide ultimam hoc anno appositurum manum, ideo supplicavi Eminentissimis Dominis, ut eiusdem Theologiae brabio ornatum, et viatico ex gratia Sua donatum, pro laboribus in Patria subeundis dimittere dignarentur. Atque ut alium Religiosum meum, in locum dimittendi, pro favore suo, quo in nostram Unionem, ac in me ipsum sibi devinctissimum feruntur, suscipere velint. Quocirca etiam Vestrae Ill.mae D.ni, ea qua par est contentione, et submissione supplico, interponere suam velit apud Eminentias Suas authoritatem, qui meis supplicationibus PP. Eminentissimi moti precibus, eam mihi praestare velint gratiam; qua per Vestram Ill.mam D.nem obtenta, perpetuo cum meis Religiosis, potissimum coram S. Icone Chelmensi miraculis celeberrima, Vestrae Ill.mae D.ni divincti manebimus. Cui nunc omnia faustissima apprecoando, meipsum submisso commendo et sum.

Chelmae, 21 Febr. 1685.

Vestrae Ill.mae D.nis obsequentissimus servus et exorator,
Jacobus Susza, Episcopus Chelmensis cum S.R.E. Unitus (m. pr.).

167.

Chelma, 21. II. 1685.

*Eph. Jacobus Susza Praefecto Congreg. de Prop. Fide de causa admissionis
alumnorum Chelmensium ad Collegia Pontificia romana.*

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Collegio Urbano*, vol. 2, fol. 98r.

Eminentissime et R.me Princeps, Domine, D.ne
et Patrone Observandissime.¹⁸⁶

Uti toti Sacrae Congregationi, sic Vestrae Eminentiae, supplicem me cum meis praesento petitis: quatenus ex illis Religiosis, quos de gratia sua in Sacro Urbano de Propaganda Fide Collegio duos, pane S. Matris Ecclesiae fovistis et doctrina pasci Catholica voluistis, unum Theologiae Alumnū, iam Deo favente bene instructum, laurea Theologiae ornare, atque in Patriam, cum adiutorio viatici (pauper enim sum Episcopus) remittere dignemini. Ut reversus ille meis meorumque in S. Unione cooperetur laboribus. Quod ea qua possum et debeo, a Vesta Eminentia expecto

¹⁸⁵ Instantia haec facta fuit verosimiliter ad Nuntium Varsaviensem, Opitium Pallavicini (1680-1688).

¹⁸⁶ Forsan Praefecto S.C. de Prop. Fide, Palutio Altieri (1671-1698).

submissione. Paratus cum eodem reddituro in Patriam Religioso, pro omni favore et beneficentia Vestrae Eminentiae, coram Deo Matrisque eius Sanctissimae Chelmensi Imagine, miraculis clarissimae, deservire. Insuper humillime oro, ut in eiusdem egredientis e Collegio locum alium Religiosum Sacra Congregatio, Vestra Eminentia promovente, suscipere velit. Quippe in ea est posita mea Dioecesis occasione, ut multa quidem messis sit, paucissimi operarii. Quidquid autem hoc in passu, tam Vestra Eminentia, quam Sacra Congregatio, mihi praestitura est, id totum ad salutem multarum Ruthenorum cedet animarum. Qua super re iteratis supplicans Vestrae Eminentiae vicibus, et omnia prospera animitus eidem vovens, humillima mea Vestrae Eminentiae totique Sacrae Congregationi obligo obsequia, et Sacram eiusdem indigno meo veneror osculo purpuram.

Chelmae, Febr. 21, 1685.

Vestrae Eminentiae humillimus servus et obligatissimus exorator,
Jacobus Susza, Episcopus cum S.R.E. Unitus Chelmensis (m. pr.).

168.

Chelma, 21. II. 1685.

*Ep. Jacobus Susza S.C. de Prop. Fide pro admissione alumnorum Chelmen-
sium exponit historiam, utilitatem et necessitatem.*

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Collegio Urbano*, vol. 2, fol. 99rv.

Eminentissimi et Reverendissimi Patres.

De singulari Vestrarum Eminentiarum gratia, obtento in Vestro Fidei Propagandae Collegio pro duobus meis Chelmensibus Religiosis loco, qui hactenus in eo studia tractaverunt sua, quandoquidem unus ex illis, R. Polycarpus laura Coronidem Theologiae hoc anno impositurus est, enixe rogo Vestras Eminentias, ut illum laura donatum SS. Theologiae remeare in Patriam demandant. Nam etiam testimonio Praesidum Sacri Collegii, ad labores in Vinea Domini suscipiendos, sufficiens futurus est. Porro hisce Russiae in partibus, ubi fames Verbi Divini invaluit, in dies operarii sunt pernecessarii. Locus Chelmensis et Episcopatus meus, omnium pauperior, sed a Virginis Beatissimae Imagine, quae Constantiopolis quondam primo in Russia Christiano Principi Vladimiro est donata, celeberrimus. Concursusque fiunt tam Ruthenorum, quam Latinorum. Proinde indigit illis, qui eum laboribus suis fulciant et exornent. Ipsa vero Dioecesis mea ad 50 in longum et latum extensa leucas, tanto magis indigit operariis, quanto antiquitus in ea Schisma Unioni permixtum, necdum eradicatum est. Dei tamen operante manu, saepe saepius Schisma supprimitur, Unio succrescit. Ut etiam hoc labente anno, non in Chel-

mensi dumtaxat Dioecesi, verum etiam Luceoriensi, ubi sum Administrator Unitorum in spiritualibus, parochiae cum populo plane quadraginta, ad Unionem accesserunt. Et biennio ante Nobile Monasterium Mielecense, Unioni aggregatum: de quo iam ante perscripseram. Proinde iterum atque iterum Vestris Eminentibus supplices tendo preces, ut memoratum Religiosum ad me in Patriam remittere, et ex gratia Sua viaticum ei praestare dignentur. Quod memori mente, et ego et ipse recolemus, ac pro virili nostro, gratos nos fore S. Matri Ecclesiae iuxta atque Vestris Eminentibus enitemur. Et quia habeo alium iuvenem egregium, eo quo possum nisu, et submissione Vestris Eminentibus supplico, ut is in locum dimittendi, ex eodem Vestrarum Eminentiarum favore, ad idem Collegium, sequentibus renovationibus recepi valeat. Figent Vestrarum Eminentiarum gratiarum suarum etiam Chelmae mnemosinon, quo excitati Religiosi mei ardenter saluti animarum allaborent. Quod dum saepius ac millies, a Vestris Eminentibus cernuus (f. 99v) expeto, mea obsequia Vestris Eminentibus devinctissima defero.

Chelmae, Febr. 21, 1685.

Maneoque Vestrarum Eminentiarum humillimus servus et exorator,
Jacobus Susza, Episcopus Chelmensis cum S.R.E. Unitus (m. pr.).

169.

Varsavia, 6. IV. 1685.

Jacobus Susza, Episcopus Chelmensis, de variis rebus Unionis et Religionis.

APF, *Scritt. rit. n. Congreg. particolari*, vol. 29, fol. 272.

Eminentissimi et R.dissimi Principes ac Domini, Domini, et Patroni
Colendissimi.

Visis Juribus Sanctae Romanae Ecclesiae, benigne a S. Sede Metropolitanu Russiae collatis, potissimum vero viso Sacrae Congregationis Vestrarum, Anno 1643, lato Decreto, quod licet Generalem seu Protoarchimandritam Religionis nostrae eligere, cui clausulam addidit: conservandi Ius Metropolitani super Monachorum monasteria in Dioecesibus eius et Episcoporum existentia, ego quoque eorum litteris manum subscrispi meam. Atque hisce meis Vestris Eminentibus supplico, ut tandem aliquando concordiam aliquorum Patrum Religionis cum Rev.mo Metropolitanu et alijs Praelatis, Vesta Eminentia providere dignetur. Et eum in modum res nostras moderari velint, ut et istorum aliquorum Patrum Religionis res, et Primatum nostrorum, Domini Metropolitanu, et Episcoporum salvae et incolumes serventur. Quod vero iidem aliquot nostrum in Curia Romana procurant, ut Ritum in monasteria latinum introducant, hoc

summe Unioni Sanctae periculosum. Habemus a Vestra Sancta Congregatione et a SS.mo Domino Nostro Decreta, de non transeundo de Rito nostro ad Ritum latinum. Ut quod isti talia moliuntur? Praecipue quod Schismatici a Vladislao IV, Rege Poloniae, obtinuerint Diploma, Rei-publicae Constitutione approbatum, quod si casu quopiam Uniti transirent ad Ritum Latinum, bona Ruthenae Ecclesiae Schismaticis cedere debent. Ergo hoc ipso perderent Sanctam Unionem. Proinde qua possum submissione et contentione, Vestris Eminentij supplices tendo preces, ut in nostra Religione haec novitates non permittantur. Quod dum a Vestris Eminentij certo nobis praestandum omnes pollicemur, mea servitia humillima eijsdem defero.

Varsaviae, 6 Aprilis 1685.

Eminentiarum Vestrarum humillimus Servus

Jacobus Susza, Episcopus Chelmen. unitus (mpr).

170.

Roma, 14. IV. 1685.

Card. C. Barberini Thomae Talenti de gestis cosacorum.

BIBL. APOST. VAT., *Barb. lat.*, vol. 6650, fol. 262v-263.

Veramente si haveva qui desiderio di sapere quello operassero in questo anno i Cosacchi, de quali non si sentiva alcuna nuova. Onde molto mi sono rallegrato della notizia datami da lei, che habbiano battuti i Tartari e preso loro 190 carra di provisione che marciava verso Caminietz. La di essi penuria ci può far aspettare qualche cosa di buono nell'imminente campagna (f. 163r) se costì continuano i freddi...

Roma, 14 Aprile 1685.

171.

Farfa, 12. VI. 1685.

Card. Barberini Metropolitae Zochovskij de acceptis litteris et de concordia procuranda.

BIBL. APOST. VAT., *Barb. lat.*, vol. 6650, fol. 279rv.

Ill.me et R.me Domine.

Litteris tuis 24 Aprilis ad me datis idcirco respondere hactenus non potui, quod tum in manus meas pervenere, cum maxime detinerer negotiis Abbatiae meae Farfensis et Synodo Dioecesana, in eadem convocata, expediendam. Cum vero nunc (f. 279v) hisce occupationibus felicem,

ut spero, finem imposuerim, et propediem ad Urbem regressurus sim, animum ad Vestra negotia libenter applicabo et quidquid Ill.ma D.V. ad me scribit cum Cardinalibus Sacrae Congregationis de Propaganda Fide D.D. meis ut rediero communicabo. Id vero sibi Ill.ma D.V. persuadet firmissime nec mihi, nec praefatis Dominis quidquam altius inhaerere animo, quam ut unio Vestra cum Sancta Sede Apostolica sarta tecta conservetur, imo in dies magis magisque augeatur perfectionemque optatam adipiscatur; quam ob rem tum ipse, tum iidem Em.mi P.P. id totis viribus conabamur, ut quae iusta et aequitati consentanea fuerint, illico decernantur, auditis utrinque partibus et in primis R.P. Josepho de Camillis Generali Ordinis Vestri Basiliani Procuratore, maxime vero omnium excedentur Regiae Maiestatis literae Vestrum in favorem conscriptae. Factis porro deliberationibus, captisque, quae expedire videbuntur, resolutionibus, de omnibus certior fiet Ill.ma D.V. quam interea enixe rogo, ut pro certo credat me eum esse qui sim.

Farfae, 12 Junii 1685.

Ill.mae Dominationis Vestræ Servitor — S.E.

172.

Roma, 20. VI. 1685.

Card. Barberini Ioanni, Regi Poloniae de iuribus Metropolitani in Religiosos.

BIBL. APOST. VAT., *Barb. lat.*, vol. 6650, fol. 279r.

Sacra Regia Maiestas.

Iubet Maiestas Vestræ per literas 20 Aprilis ad me datas, ut iura Metropolitæ Russiae, contra Monachos quosdam Ruthenos ea convellere nitentes, patrociner. Obsequor libentissime Vestræ Maiestatis mandatis, et in Congregatione de Propaganda Fide causæ merita, tum Maiestatis V. iustissima et prudentissima sensa luculenter exponam, atque Eminetissimorum DD. Cardinalium S. Congregationi Praefectorum resolutionem totis viribus urgere non desinam; neque dubito, quin iidem, perpensis hinc inde partis utriusque rationibus et præsertim M.V. sapientissima mente considerata, ea sint decreturi quae et Ruthenorum quieti et Unionis eorumdem augumento et M.V. satisfactioni convenire posse iudicaverint. Ipse equidem nihil optatus, nihilque antiquius unquam habebo, quam ut M.V. intelligat, meam operam Regio suo obsequio nunquam nusquam que deesse aut defore. Et profunde inclinatus M.V. demisse revereor.

Romæ, 20 Junii 1685.

Maiestatis Vestræ.

173.

Vilna, 13 Octobris 1685.

Constantinus Brzostowski, Ep. pus Smolensensis, Cardinali Barberini commendat quemdam Canonicum in suum Coadiutorem.

BIBL. APOST. VAT., *Barb. lat.*, vol. 6647, fol. 33r.

Em.me Princeps, Domine Patrone Colendissime.

Meruit emerita virtus venerabilis D.ni Adalberti Izdebski, Canonici Vilnensis, Archidiaconi Smolensensis, in S. Theologia et Iure utroque Doctoris promoti, viri nobilis, Sacrae Regiae Maiestatis Secretarii, proxime septuagenarii, inculpata vita, antea iam ab antecessore meo ad suffraganeatum Smolencensem et nondum voti sui compotis, ut etiam meum eidem adderem calculum. Hinc Vestram Eminentiam proposui humillime rogandam, quatenus Promotionis suae authoritate efficaci, eidem praesentato suffraganeo de aliquo vacantis episcopatus titulo obtinendo, apud Sanctissimum Dominum nostrum instare velit. Rem summopere Ecclesiae meae et animabus fidelium Christi, ne labe Schismatiorum Ruthenorum inficiantur, perutilem futuram, cum mihi, ob publica Regni et Reipublicae consilia, illa remotissima loca adire impossibile sit, animabus autem catholicis, inter schismate infectos Ruthenos in confinio Moschorum degentes, ne inficiantur, cura provida suffraganei mei invigilabit. Spero vestram Eminentiam id apud Sanctissimum Dominum Nostrum facile obtenturam, quod iteratis precibus exposcendo, Sacram fimbriam venerabundus oscular et maneo.

Vilna, 13 Octobris 1685.

Eminentiae Vestrae devotissimus oblig. et humillimus Servus
Constantinus Brzostowski, Ep. Smolensensis.

174.

Cracovia, 5. XII. 1685.

Nuntius Varsaviensis de dissidiis inter Metropolitam et Basilianos nec non de Capitulis celebratis.

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Pol., Ruteni*, vol. 2, fol. 230rv.

Ill.me ac Rev.me Domine, Patrone Obs.me.

Binas accipio D.V. Ill.mae, datas 20 Octobris, et 6 Novembris, et quantum deprehendere valeo, si distinguantur ea, quae proponuntur, ad duo capita redigi possunt: Negotium nempe discrepantiarum in Ordoine Basiliano, et aliud Capituli Generalis. Quantum ad primum, laboramus

in supposito: non ipse, non Domini Episcopi iudicandi sunt a me, sed res haec tractanda est a S. Congregatione, et ut moris Romani est, audiendi sunt ipsi, et ideo a me moniti. Optime fecit D.V. Ill.ma, et R.mi Domini Episcopi, si miserint, ut puto, Romam sua fundamenta. Cum hoc ita sit, ut scripsi, locus non est deputationi Dominorum Episcoporum Chelmen. et Vladimiriens., nec opus est, ut videam Patris Thomae librum; non enim meum, sed S. Congregationis erit Judicium.

Quantum ad negotium Capituli, Sanctissimus mandavit de novo celebrari, ut eam accepisse puto, et fusius audiet ab Executore subdelegato. Convocatio debet esse legitima et cum termino congruo. Haec respondenda habeo (f. 230v) praefatis literis Ill.mae D.V., cui felicissima omnia appre- cians, maneo.

Cracoviae, 5, Xmbbris 1685.

Ill.mae ac Rev.mae D.V. adict.mus et observ.mus Servitor
P. Archiepiscopus Ephes.

175.

Praemislia, 1685.

Ex Relatione Ep.pi Praemisliensis Joannis Stanislai Zbqski: excerptum de ecclesiis et Episcopo Ruthenis.

ASV, Arch. S. Congr. Concilii: Relationes, Praemislien. (s.n.).

Status Ecclesiae et Dioecesis Praemisliensis A. MDCLXXXV.

(pag. 10) Ecclesiae Ritus Graeci excedunt numerum trium millium, a duobus episcopis administrantur. Primus episcopus Sanctae Romanae Ecclesiae Unitus Joannes Małachowski promovet S. Unionem in parva parte, quae regimini ipsius contingit, iuxta certam complanationem sive exdivisionem inter ipsum et alterum Episcopum Schismaticum, Innocentium Winnicki, initam. Praejudicosa complanatio, discordiarum fomes et schismatica labis evidens periculum. Episcopus Unitus sola Magnatum (pag. 11) gratia cum rubore et quaestu ecclesiastico vivit, Schismaticus bona Episcopalia possidet, a S. Unione quam plurimos Presbyteros profugos recipit et protegit.

Magna in animabus iactura provenit ex Presbyteris, nam homines rudissimi, solutionis gravis respectu sine certis titulis consecrantur. Reliqui iure haereditario Parochias possident, eorumque agros in filios et nipotes dividunt; ignorant Articulos Fidei, erroribus gravissimis plebem inficiunt, Sanctissimo Eucharistiae Sacramento nullum cultum exhibent, compotationes publicas, rixas, scandala exercent, et crimina publica, aliquando latrocinia committunt, eorum correctio, depactatio enormis:

alterutrum invadunt cum suis uxoribus et numerosa prole eiiciunt. Unde quam plurimi vagi et uxores eorum magias exercent saepissime. Anمارا (prout et ipsarum ecclesiarum incertus status) unde in communi Schismatatorum quam Unitorum ascendit numerus circiter decem centena millia.

176.

Zolkievia, 1. I. 1686.

Episcopus Luceoriensis Nuntio Varsaviensi de rebus Ruthenorum et de pacificanda Unione.

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Pol., Ruteni*, vol. 2, fol. 245v.

Illustrissime, Excellentissime ac R.indme Domine, Domine, Patronne
Colendissime.¹⁸⁷

Hisce diebus scripserat ad Regiam Maiestatem et ad amicos suos Ill.mus Metropolita Zuchowski, querulus de eo, quod Excellentia Vestra intendat coadunare monachos Basilianos Brestiae, in ordine ad deponendum dictum Dominum Metropolitam ex Officio Protoarchimanditae, ad quod ille dicit se praesentatum a Rege, bis electum a Capitulo, quatuor solum refragis monachis. Concludit proinde vim inferri Regalibus Iuribus, alteram Iuri suo. Hinc necessitari se ad defensionem utriusque. Quod sine motu magno fieri nequit; inde Maiestatem Suam rogare velit, Regia prudentia et providentia efficere apud Excellentiam Vestram, ut superseedatur huic negotio, alioquin plurimos daturos motus maxime vero dum cum Moschis non adeo firma foedera, imo intercedere luctas, quas movet Episcopus Rutenus¹⁸⁸ (f. 245v) Dux Czetwertinski. Respondi quidem ego ad haec, non esse Intentionem Excellentiae Vestrae Regalia aggredi Iura, sed tantum Ecclesiasticam tueri disciplinam. Tandem recepi in me scribere ad Excellentiam Vestram pro informatione; quod dum facio felix et fortunatum novi anni exordium animitus appreco.

Zolkieviae, die 1ma Januarij, 1686.

Excellentiae Vestrae R.mae devotissimus, humillimus Servus
Episcopus Luceoriensis et Bresten.

¹⁸⁷ Nuntio Varsaviensi, Opitio Pallavicini (1680-1688).

¹⁸⁸ Ut videtur Luceoriensis non unitus, i.e. Gedeon Czetwertynskyj, tum iam electus in Metropolitam Kiovensem non unitum, in iurisdictione Patriarchae Moscoviensis; certe, ut olim Episcopus Luceoriensis, non potuit non curare negotia Luceoriensia, praesertim cum familia Szumlanscium, clam fidem catholicam professa et in foro externo ut non-unita reputata, sedem hanc sibi procurabat. Cfr. supra ad promissionem sub nr. 165.

P.S. — Considerationes Excellentiae Vestrae heri Maiestas Sua trutinavit in Senatu, praesente Magistro Campiduce, hodie debet easdem concludere, quod quantocius significabo.

177.

Lelesz, 27. III. 1686.

Praepositus de Lelesz de modo iuvandi Vicarium Mukačoviensem.

ARCHIV. PRIMAT. HUNGARIAE, *Strigoniae*, num. 2116/4 (orig.).
HODINKA A., *Okmanytara...*, nr. 216, pag. 263.

A.R.D. in X.to, D. mihi Obser.sime,...

Statum Gr. R. repreaesento p. A.R. ex accluis literis. Dignabitur solito zelo juvare miseras animas. Recordor sub Comitiis prox. praet. Soproniensibus Suam Exc. p. Kolonicz curam habuisse illorum. Si unquam jam apponeret manum, ut ex tot tantisque erroribus et defectibus eluctarentur, in praesens sufficeret aliquot calices illis porrígere, ipsum autem Vicarium ep.palem Joannem Lipniczki,¹⁸⁹ qui munus supportat in absentia Ep.pi, vel aliquo sumptu juvare vel 200 illos fl.nos, qui olim ex cassa Scepus. quotannis pendebantur Ep.po Rutheno, resuscitare et sic his mediis saltem in parte et illo officio paterne invigilare et Eccl.iis illorum in necessariis succurreretur... His me etc.

Lelesz, 27 Martii 1686... Fr. August. Benkovith.

178.

Posonia, 29. VII. 1686.

Archiepiscopus Strigoniensis confirmat ex parte Ecclesiae quaedam privilegia Ruthenorum.

ARCHIV. EP. UŽHORODEN., *Litterae privatae*, nr. 11.
HODINKA A., *Okmanytara...*, nr. 220, pag. 265.

Nos Georgius Széchény, mis. div. Eccl.ae metrop. Strigoniensis Archiep.pus etc.¹⁹⁰ damus pro memoria, quod siquidem altetit. Sua M.tas SS... fideles suos Gr. R. partium dicti Regni Hung. superiorum et prae-

¹⁸⁹ Joannes Lipnickýj erat Vicarius eparchiae Mukačoviensis tempore administrationis Theophanis Maurocordati (1676-1686). Cfr. supra.

¹⁹⁰ Archiepiscopus Strigoniensis Georgius Szechenyj, post obitum Georgii Szélepcsenyj translatus de Archiep. Colocensi et Bacchiensi 2 septembbris 1686; obiit an. 1695 (18 februarii); est quasi primum privilegium post suam promotionem in Archiepiscopum Primatem Hungariae.

sertim in cot.tibus Zathmar., Ugocsensi, de Ungh et Beregh et Zabolcsensi degentes presbyteros, incolas et populos, fidelitatem non solum Suae M.ati tamquam legitimo praefati Regni Hung. Regi, verum Unionem S. quoque Rom. Sedi Apl. voentes in Suam C. atque R. recepisset gratiam et protectionem eosdemque praerogativis pacifcae et liberae inibi commorationis, fidei suae professionis, templorum erectionis et campanarum usus aliisve immunitatibus adinstar Rascianorum Comaromiensium clem. donaverit adeoque (ut) ipsi dictae S. Rom. Sedi Ap.tolicae uniti existentes non amplius pro Schismaticis, verum pro Catholicis haberentur, nec pro quarta quapiam religione ritus eorum reputari deberet, eapropter nos quoque piam hanc memoratae Suae M.tis SS. intentionem eatenusque emanatas ben. privilegiales et protectionales literas, in quantum nostram metropolitanam et primatalem tangerent autoritatem et jurisdictionem, hum. ratihabentes, universos et singulos, praesertim vero in praetactis cot.tibus cuiusvis status et conditionis existentes harum serie officiose duximus requirendos, quatenus mentionato ben. Suae M.tis SS. privilegiali atque protectionali mandato semet accommodare noverint neque praefatos Gr. R. illarum partium homines in exercitio religionis suae immunitatibusque suis praevio modo ipsis clem. elargitis turbare aut molestare velint quovis modo, ben. in eo Suae M.tis SS. voluntatem in augmentum christifidelium et oivilis ejusdem vergentem executuri. Eisdem in reliquo etc. Praesent. perl. etc.

Datum in curia nostra archiep.pali Posoniensi, die 29 m. Julii, A.D. 1686.

Georg. Szelepcheni, Archiep.pus Strigon. — Gabriel Szörény.

179.

Novogrodek, 12. VIII. 1686.

Thomas Ujejski, Episcopus olim Kiovensis, de sua actione ad pacificandos Metropolitanum et Basilianos in variis praetensionibus et actis, et praesertim de electione simplicis monachi in Protoarchimandritam.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. particolari*, vol. 29, fol. 294-295.

Illustrissime ac Rev.dissime Domine, Domine, et Patrone Colendissime.¹⁹¹

Ex mandato Illustrissimae et R.indissimae Suae Celsitudinis, vigore Rescripti Subdelegatorij, de data Leopoli, 21 Decembris 1685, et 4 Iulij

¹⁹¹ Nuntio Varsaviensi, Opitio Pallavicini (1680-1688), qui negotia haec curavit ex commissione speciali Sedis Apostolicae, post Breve de dat. 30.10.1683; cfr. *Documenta Pontificum Romanorum*, vol. I, pag. 651-654, nr. 612.

1686, Javoroviae vero 21 Maij eodem anno, in causa Illustrissimi et R.ndissimi Domini Metropolitae totius Russiae ex una, et Religionem, seu Religiosos Ordinis Divi Basilij Magni per totam Russiam ex altera, occasione nonnullarum in Religione difficultatum, praesertim vero electionis Protoarchimandritae vertente, ea qua par erat veneratione, submissione ac reverentia, accommodando me per totum, qua tenori Rescripti, qua privatis in seorsivis ad me 3 Aprilis, et 4 Iulij 1686 datis Illustrissimae et Reverendissimae suae Celsitudinis informationibus, praemissis prius Innotescentialibus de tempore, et loco Capituli Generalis proxime praeteriti, convocandi, et electionis Protoarchimandritae instituenda, ad locum loci seu Novogrodecum¹⁹² descendi, ibidemque fundata Iurisdictione... Augusti, Capitulum Generale Monachorum Ordinis S. Basilij Magni per totam Russiam electivum Protoarchimandritae, sive Generalis eiusdem Ordinis, convocare curavi. In quo quidem Capitulo et electione, munerae mei partes exequendo, ut magis necessaria quaedam Illustrissimae ac Reverendissimae Suae Celsitudini praesentibus transcriberem, et ipsa meae Personae Subdelegatio et submissio, tum materiae gravitas, tum demum insperatus, sed felix operis negotijke ardui exitus et corona, iubent atque expostulant.

Proinde contenta omnia et singula in authentico per Notarium Ordinis S. Basilij Magni Religiosum, capitulariter electum, conscripto actu Capituli huiusmodi Generalis, et electionis Protoarchimandritae extracto, ac Sigillis tum Illustrissimi ac Reverendissimi Domini Metropolitae totius Russiae, tum Religionis munito, Illustrissimae Suae Celsitudini (f. 294v) praesento. Jam vero cum duo mihi a sua Illustrissima Celsitudine demandata in commissis acceperim, alterum, ut praesiderem Generalis totius Ordinis electioni, quae caderet in personam monachi alicuius probatae virtutis, et non Illustrissimi Metropolitani, aut alterius Episcopi, cum sic et Religio ipsa, et Dioeceses melius regi possent, gratiae Deo reddendae, quod in materia tam ardua, et casu vix non desperato duo insperata felicissime Divina bonitas evenire permiserit, plane ad mentem Illustrissimae et R.endissimae Suae Celsitudinis, imprimis autem Sanctae Sedis Apostolicae; quod videlicet simplex Monachus sit electus Protoarchimandrita, magna consensione partium, utpote utriusque parti gratiosus, et gestis Magistratibus cum laude in sacro ordine plurimum commendatus; tum demum quod publicae paci atque quieti totius Religionis et singulorum Religiosorum, ipsorumque profectui spirituali instaurando ac promovendo

¹⁹² Capitulum Novogrodecense die 1-10.VIII.1686 celebratum ex convocatione Nuntii Apostolici; cfr. M.M. WOJNAR, *De Capitulis Basiliyanorum*, pag. 17-18, Romae 1954.

efficaciter consultum ac provisum sit; illi equidem per sinceram animorum coniunctionem cum Illustrissimo Metropolitano mediante Nexu,¹⁹³ ab eodem promptissima facilitate concluso, et consequenter per candidam amnestiam omnium inveteratarum iniuriarum, utrinque olim per tot annorum decursum intentatarum, huic vero, per erectionem Novitiatus in Bonis Berezwecz dictis, atque eo fine ac intentione quandam a Fundatore certo Religioni inscriptis, tum denique per incorporationem exemptorum ab hac Congregatione monasteriorum, ita ut unicum iam restet monasterium Supraslense exemptum, quod ut ad reliquorum omnium membrorum corpori Religionis adunatorum accedat compagm, pro zelo suo, et in Religionem Matrem filiali amore affectuque adpromisit Illustrissimus Metropolita curaturum et evicturum apud Collatorem.

Postremo, per Instrumentum Subdelegationis alterum commissum erat negotium recognoscendarum combinandarumque et subscribendarum Constitutionum, ac Regularum Divi Basili Magni.¹⁹⁴ Istud pariter effectu optato potitum est. (f. 295) Proinde illud quoque cum Literis Monachorum, apud Sanctam Sedem Apostolicam supplicantium pro confirmatione et conservatione, hisce adiungo.

Demum quod haec omnia secundum Informationem praemissam, una cum Actu Capitulari et electione Protoarchimandritae, ac conscriptione Constitutionum et Regularum Ordinis Divi Basili Magni, sequentibus et acclisis, praesidente me infrascripto ex mandato Subdelegatorio Illustrissimae et Reverendissimae Suae Celsitudinis Novogrodeci vere et realiter gesta, atque fideliter connotata sint manus meae subscriptione attestor, et fidem facio.

Novogrodeci, die 12 Augusti, Anno Domini Millesimo supra sexcentesimum octogesimo sexto.

Illustrissimae et Reverendissimae Suae Celsitudinis humillimus Servus et indignus Exorator

Thomas Uieyski, Soc. Iesu, Praesidens Subdeleg.

¹⁹³ Cf. de hoc «Nexu» opus M.M. WOJNAR, OSBM, *De regimine Basilianorum Ruthenorum a Metropolita Josepho Velamin Rutskij instauratorum*, Romae 1949, pag. 170-171.

¹⁹⁴ Constitutiones hae tunc temporis suam definitivam approbationem non obtinuerunt.

180.

Roma, 9. XI. 1686.

Card. Barberini Metropolitae Zochovskij de ultimo Capitulo Basiliatorum et de pace instaurata.

BIBL. APOST. VAT., *Barb. lat.*, vol. 6650, fol. 393v.

Ill.me ac R.me Domine.

Quandocunque huc pervenerint documenta Actorum Capituli,¹⁹⁵ quibus palam fiet ac legitime constet Decreta huius S. Congregationis de Propaganda Fide debitae executioni ab Ill.ma D.V. demandata fuisse unaque cum ipsis testimonium Em.mi D. Nuntii Apostolici, summo perfundor gaudio et in quantum mihi licebit non deero cum iustitiae, tum muneri meo expendendo petitionem confirmationis non solum ob officium quo teneo, ut ipsius Regni Protector, verum etiam ut maiorum meorum vestigiis insistam. Quandoquidem semper mihi in votis erit cooperari in melius paci ac concordiae totius Basilianaे Religionis, ut in posterum tranquille degere omnibus valent, ac pro certo tenent me omne id libentissime optaturum quod in solamen Patris Josephi de Camillis praestare potero, ob opinionem, quam de ipsius virtute concepi. Interim permaneo semper.

Romae, 9 Novembris 1686.

Ill.mae D.V. Servitor.

181.

Vindobona, 10. VII. 1687.

Cardinalis de Kolonitz de provisione Episcopi eparchiae Makačoviensis: de variis candidatis et modo sustentationis.

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Greci di Croazia, Dalmazia, Schiavonia, Transilvania, Ungheria*, vol. 1, fol. 115-116v.

Eminentissimo et Rev.mo Signor, Signor mio Col.mo.¹⁹⁶

Havendo l'Eminenza Vostra Reverendissima, ricercata...

(f. 115) In quanto poi di mandarne uno dà Roma, qui in Vienna molto ben cognosciuto, è cosa impossibile, stante, che necessariamente deve

¹⁹⁵ Capitulum Novogrodecense an. 1686, diebus 1-10 augusti. Cfr. opus *Capitula Basiliatorum*, vol. I, appaatum a P.B. Pidrutchnyj, OSBM.

¹⁹⁶ Ut videtur, Praefecto S.C. de Prop. Fide, Palutio Altieri (1671-1698); quia negotia hic pertractata tangunt res in Congregatione de Prop. Fide pertractanda.

esser per cotal dignità uno della propria di loro lingua nato, che quello di Roma non è ne di nascita, ne meno versato in quella; qual anche pretendeva d'esser Vescovo di Mongaz,¹⁹⁷ che parimente per diffetto della lingua non ha potuto havere il bramato intento, come in presenza mia fu essaminato, et trovato inhabile, per esser ignaro della lingua dà loro chiamata glagolitica, qual ha gran convenienza con la schiavona; ma pure molto differente.

Secondo, doverebbe esser et di lingua, et bene merito, simile à questo Monsignore Sorsiz,¹⁹⁸ qual in questa occasione non si puol, ne si deve trasgredirlo con l'anteposizione d'altri, specialmente per la gran meritata memoria, che si conserva per il di lui defonto fratello. Questo ancora potrebbe molto bene resistere alle contrarietà, di che potrebbono essorger tergiversanti circa la religione, essendo anche quel popolo inimicissimo dell'iusteri.

Terzo, la paga che sole dare S.M. Cesarea, è di già conferita al medesimo, senza la quale non haverrebbe mezzo di poter viver quello di Roma.

Quarto, quel vecchio, che vostra Eminenza Reverendissima fà mentione si chiama, ni fallor, Maurocordato,¹⁹⁹ qual sarebbe inutilissimo per quelle parti, come esso lui potrà dire, che mentre (f. 115v) fu qui in Vienna suspirava la morte di fame, doppo haver impegnate tutte le sue sostanze; et io ultimataamente lo dovevo servare nell'osteria, che per altro doverebbe dovuto haver il suo albergo nelle carceri, per li diversi fatti debiti.

Quinto è il principalissimo punto, et difficoltà molto bene dà considerare, stante, che evidentissimo sarebbe il pericolo d'esporre milliaia et milliaia d'anime in pericolo, et in eterna perdizione.

Il Vescovato è miserabile d'entrate; ma, all'incontro, ricchissimo

¹⁹⁷ Forsan iam tunc agebatur de episcopo Raphaële Gabrielovič (1687-1688), monacho Basiliano ex Russia Alba, qui fuit metropolita Galatensis in Asia Minore; profugus ex Grecia, venit Romam, fidem catholicam professus est, et mandatus Vindobonam, ubi ab Imperatore nominatus fuit administrator Mukačoviensis post ep. Theophanem, sed octobri an. 1688 officio huic cedere debuit, rediit in Bielorussjam, ubi fuit incarceratus, dein liberatus, venit Romam, ubi sat longo tempore vixit, et anno 1707 iterum de eparchia Mukačoviensi contendebat. Cfr. A. PEKAR, *Narysy istoriji tserkvy na Zakarpatti*, Romae 1967, pag. 197-8.

¹⁹⁸ Forsan agitur de Marco Sorchić, qui anno 1688 nominatus fuit episcopus Plataearum in Graecia secunda; fuit presbyter ritus graeci; nominatus a Congreg. de Prop. Fide, die 3 februarii 1688, et die 13 confirmatus ut Vicarius Apost. Valachorum; alias Sorchić, Paulus, monachus Basilianus, promotus fuit ad eandem sedem an. 1671 (12 novembris); cfr. R. RITZLER, *Hierarchia catholica*, Patavii 1952, pag. 317.

¹⁹⁹ Theophanes Maurocordatus, Administrator Mukačoviensis (1676-1686); regimen eius sat difficile fuit ob insurrectionem Tekelyanam; dein abrenuntiavit officio, rediit Romam, ubi forsitan et obiit. Cfr. A. PEKAR, *op. cit.*, pag. 197.

d'anime, che ne sono sotto la cura di quello più di 50.000, frà le quali sono convertite mediante questo fatichevole moderno, et il di cui quondam fratello, oltra 25000, per il che consideratis considerandis non mi posso variar d'oppinione di muttar gente bene merita, et cognosciuta, con non cognosciuta.

Sesto, S.M.C. haverrebbe indubitatamente risguardo d'appoggiare nelli confini del suo Regno forestieri, perche potrebbono essorger grandi disgusti, specialmente essendo questo di già installato, et rebus sic stantibus non sarebbe ne utile, ne necessità.

Prego dunque Vostra Eminenza et per servizio divino, et per sua Maestà Cesarea, haver sotto l'ombra dell'innata di lei protezione questo Monsignore Vescovo Sorsiz, mentre si porta costì personalmente à ricever la consegrazione secondo l'uso, et Rito Greco unito con la Chiesa Romana, et potendolo far godere qualche charitevole aiuto et favore (f. 116) il che per grato mi sarà, stante, che il di lui Diocesano è impotente di porgerli qualche necessario itinerario, che medesimo non ha il suo necessario quasi per così dire vito. Et io ho il mio che fare, et meco, et con li miei; doppo la gran percossa, et rovina havuta in questi perseveranti disturbij, senza ulteriore descritione à tutto l'universo è molto ben nota, niente di meno à quanto si potranno estender le mie deboli forze fò, et farò acciò possi andare et ritornare felicemente da Roma.

Farà grazia ancora l'Eminenza Vostra di raccomandarlo, acciò possi facilmente haverle la desiderata necessaria dispensa dell'età, che li manchano pochi mesi; è mentre li di lui antecessori hanno, et sono stati honorati del titulo Vescovale Suitense²⁰⁰ dà S. Santità, unitamente col titulo Platense, quali ultimamente possedeva il di lui antecessore pie defonto fratello con gl'altri tituli et Vescovati d'Ongheria, che di presente non si puol sapere in che parte dell'Ungheria si trovano esser; per il che quasi per mezzo termine s'ha datt'al Vescovo per suffraganeo, come di già d'Agria fu memorato, così ancora sia fatto questa fiata. Trovandosi il Reverendissimo Arcivescovo Collocense, cioè Vescovo d'Agria aggravato in sommo grado d'età, di settanta, et oltra anni, et di debolissima vista, impotente di mani, et piedi, con gl'altri membri tutto languido, mediante li quali diffetti l'urgente necessità lo constringe à valersene d'un Coadiutore Suffraganeo specialmente in (f. 116v) quelle parti di Schlavonia, essendosi detto Vescovo totalmente ridotto impotente di fare le solite ordinazioni Greche, così questo suffraganeo, o sia Vescovo Suitense, o Platense, sarà per servizio di Dio, et farà tutto quello, che si richiede. È per amor di Dio

²⁰⁰ M. Sorchić obtinuit dispensationem 15 mensium aetatis, et designatus fuit pro Valachis cum titulo, ut videtur, Ep. Svidnicensis.

non faciamo novità alcuna! ma lasciamo le cose nel pristino esser, et come di presente sono, per non fomentare novi et novi imbrogli, come indubbiamente succederebbe, se colla dà Roma venisse un'altro mandato. Gl'istessi Calloeri in quelle parti causarebbono discordie. L'unica et sola volontà di S.M.C. è, che si promovi, et dillati sempre di bene in meglio il culto della religione Cattolica, et noi come principali membri di quella siamo obbligati di cooperare et assecondare, mentre habbiamo esperimentato il buon effetto dell'antecessore di questo Monsignor Sorsiz, qual pari passu seguirà le laudabili vestigie del quondam Reverendissimo fratello. Prego dunque devotamente per il singolarissimo zelo di Vostra Eminenza, che porta, à volersi degnare d'accettare quest'informatione benche non è in quel stillo, ch'esser doverebbe, nientedimeno con ogni sincera ansietà dà me esposta et resto.

Vienna, li 10 Luglio 1687.

Di Vostra Eminenza Rev.ma himilissimo Servitore

Leopoldo Cardinale di Kollonicz, Vescovo di Giavan.²⁰¹

182.

Roma, 1. IX. 1687.

Archiepiscopus Seleuciensis (Secret. de Prop. Fide) de studio actorum Capituli Novogrodecensis.

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni generali*, vol. 499, fol. 106v.

Rutheni.

Havendo il Signor Cardinal Pallavicino trasmesso gl'Atti seguiti del Capitolo de Monaci Rutheni Uniti²⁰² assieme colle Constitutioni c'hanno formate per vivere sotto una certa regola, e disciplina regolare, conforme al Decreto dell'EE.VV. se ne dà questa notitia, perche se così paresse alla loro somma prudenza, possano deputare alcuni de Signori Cardinali per considerarle per poi riferire nella Congregatione particolare, se potranno o in tutto, o in parte confermarsi da questa Sede Apostolica per loro perpetuo vigore, e stabilimento.

Die Prima Septembris 1687. Transmittantur per manus Emin.morum Cardinalium Congregationis deputatae

O. Archiep. Seleuciae Secretarius.

²⁰¹ Leopoldus Kollonitz (Kollonitsch, Kolloniz, Collonicz), Ep. Neostadiensis, nominatus Cardinalis 2.IX.1686; obiit 20.I.1707, Vindobonae.

²⁰² Capitulum generale Novogrodecense, diebus 1-10 augusti 1686 celebratum; cfr. M.M. Wojnar, OSBM, *De Capitulis Basilianorum*, pag. 17-18.

183.

Chelma, 24. IX. 1687.

Ep. A. Lodziata Cardinali Barberini pro Alumnatibus in favorem eparchiae Chelmensis.

BIBL. APOST. VAT., *Barb. lat.*, vol. 6643, fol. 26r.

Em.me et R.me Princeps, D.ne P.ne Col.me.

Quam magnam Eminentia Vestra R.ma D.no Antecessori meo benevoli animi declaraverit testificationem, quando efficaci Patrocinio suo, et multum sollicita cura Eminentia Vestra hoc effecit, ut pro Dioecesi ipsius in Collegio Urbano de Propaganda Fide duobus Religiosis a Sacra Congregatione concederetur locus. Quam a Vestra Eminentia ipsi monstrata beneficentia, dum nunc ad me devolvitur,²⁰³ non modo gratam in me tanti beneficii excitat memoriam, verum etiam auget animum ad Eminentiam Vestram rogandam, quatenus hos duos Religiosos Sacrae Congregationi dignetur commendare. Quorum unus a latere meo missus, P. Leontius Kiszka,²⁰⁴ nepos R.mi D.ni Antecessoris mei, philosophico, alter ab Ill.mo Metropolitano, Antonius Zolkiewski,²⁰⁵ Sacrae Regiae Maiestatis consanguineus theologico dabit operam studio. Uterque non dubito quod dignum se praestabit in Vinea Christi operarium, et tanti beneficii memor uterque pro felici diuturnitate Eminentiae Vestrae perennes fundet preces. Quod dum ab Eminentia Vestra imploro, humillimo osculo Sacram Eminentiae V. exoscular Purpuram.

Chelmae, 24 septembbris 1687.

Eminentiae Vestrae humillimus et devotissimus Servus

Alexander Aug. Lodziata, Ep.pus Chelmen.²⁰⁶

²⁰³ Iam novus Episcopus Chelmensis, post obitum famosi Jacobi Susza. Hic fuit Episcopus ann. 1687-1691.

²⁰⁴ Lucas Leo Kiszka, nat. 1668 in Volhinia, missus ad studia in Coll. de Prop. Fide, et admissus 6.XII.1687, iam sacerdos annorum 24; e Collegio discessit an. 1691; dein Secretarius Ordinis Basiliani, Protoarchimandrita (1703-1713), Episcopus Volodimiriensis ab. an. 1711, et demum Metropolita Kiovensis (1715-1728). Cfr. M.M. WOJNAR, *De Protoarchimandrita Basilianorum*, pag. 273-275. Nec non alia manualia historiae ecclesiasticae ucrainae.

²⁰⁵ Antonius Žolkevskyj, aliquo modo consanguineus Regis Poloniae Joannis Sobieski; hic fuit postea Episcopus Pinscensis (1697-1702).

²⁰⁶ Alexander Augustinus Lodziata, Episcopus Chelmensis (1687-1691).

184.

Roma, 22. I. 1688.

Archiep. Seleuciensis transmitit Summarium actorum Capituli Basilianorum pro studio et expeditione.

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni particolari*, vol. 29, fol. 282.

Em.mo e Rev.mo Signore e Padrone Col.mo.

Dovendosi convocare Lunedi prossimo la Congregazione Particolare de Rutheni per essaminare l'istanza, che fanno li Monaci Basiliani, che venghino confirmati gl'Atti del Capitolo da loro celebrato in Novogrodeco, e le Costituzioni, e Regole,²⁰⁷ che intendono di osservare in avvenire per il buon governo dell'Ordine di S. Basilio in quelle parti, mi dò l'onore di trasmettere à V. Eminenza il Sommario delle Scritture già mandate per manus, acciochè possa nuovamente considerare la materia, et à V. Eminenza faccio profondissimo inchino.

Dalla Propaganda, 22 Gennaro 1688.

Di V. Eminenza humil.mo e devot.mo Servitore obb.mo
O. Arcivescovo di Seleucia.²⁰⁸

All'E.mo Signor Cardinale Casanate.²⁰⁹

185.

Roma, 19. II. 1688.

Relatio Cardinalis Columna de quibusdam punctis actorum Capituli Basiliatorum.

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni particolari*, vol. 29, fol. 284-285v.

La prima doglianaza de Monaci consiste nel Capitolo 9º delle Costitutioni.

In questo il Metropolita cede al Protoarchimandrita la collatione di molti benefitij che il Metropolita conferiva.

²⁰⁷ Agitur de *Actis et Regulis* Capituli s.d. Novogrodecensi an. 1686, diebus 1-10 augusti celebrati, quod in historia Ordinis Basiliani magni est momenti; Regulae hae definitivam approbationem Sedis Apostolicae non obtinuerunt.

²⁰⁸ Nuntius Varsaviensis, Opitius Pallavicini (1680-1688), tunc iam Romae degens.

²⁰⁹ Hieronymus Casanate (Casanata), creatus Cardinalis die 12.VI.1673; primum erat Secretarius Congr. Episcoporum et Religiosorum; hoc anno tit. SS. Nerli et Achillei; obiit die 3.III.1700; erat expertus in rebus Religiosorum et proinde etiam Constitutiones Basilianorum ad manus eius pervenerunt.

Si duole il Protoarchimandrita, che il Metropolita si sia riservata la Collatione di migliori benefitij, che chiamano Archimandrie, Hegumenati vitalitij, pretendendo che la collatione di questi dovesse spettare à lui.

Per potere sopra questo punto dare un'adequata risolutione, è necessario havere informatione.

Prima: Se secondo i Canoni, che osservano i Greci, spetti à Vescovi o à Superiori regolari il conferire detti benefitij.

2º: Se avanti l'Unione il Metropolita conferiva simili benefitij poichè se li conferiva non puol in cos'alcuna alterarsi, mentre nell'Unione Clemente 8º gli lascia (f. 284v) intatte tutte quelle cose, che praticavano prima, con rimovere solo tutto ciò che sapeva di Scismatico, o d'Eretico.

3º: Se doppo l'Unione sempre s'habbia conferito.

Quanto alla 2a querela, fondata nel Capitolo 17.

Il P. Camilli²¹⁰ interrogato del numero di quest'Assistenti dice di non haverne il Metropolita più di due o tre, ma dato, e non concesso, che oltre il Confessore e Teologo ne tenesse egli tre o 4 per Assistenti, par grande indiscretezza il pretendere, che al capo della Religione, e dell'Unione s'habbia a difficultare per servitio suo, e della Religione quei soggetti ch'egli richiede.

Sopra questo punto però richiederei l'informatione di quanti soggetti ha appreso di se il Metropolita, e pregarei il Signor Cardinal Nuntio ad informarsi dall'istesso Metropolita di quanti soggetti, oltre il Confessore, e Teologo, ha di bisogno per potergli descrivere il numero.

Quanto alla 3a del P. Camilli, non credo si debba ne meno discorrere.

(f. 285) La sua deputatione presente è fatta dal Generale e Capitolo Generale, deve durare fino a nuovo Capitolo Generale, che vuol dire per lo spatio di 4 anni, onde per nessun conto deve ammettersi l'istanza per la rimotione.

Quanto poi al supposto Decreto per la carica ottenuta dal Camilli nella Vaticana, questo nihil habet commune con l'istanze de Monaci.

4. - Fanno istanza che si determini, che ne il Metropolita ne altro Vescovo possino essere eletti per Protoarchimandrita.

Nel Capitolo generale del 1617 fecero i Monaci un simil Decreto, ma la Sede Apostolica non volse confermarlo, onde molto meno deve farsi hora un simil Decreto, ma lasciare a Monaci la libertà.

²¹⁰ Josephus de Camillis, Procurator Basilianorum in Urbe (1675-1689), dein Ep. Mukačoviensis (1689-1706), cum tit. Sebasteni.

5. - Ultimo, che si dichiari se [l'unione e dipendenza dal Metropolita sia uniforme a sacri Canoni.

Per potere sopra di ciò prendere risolutione è necessario che individuino qualche cosa di particolare, già che à un quesito così universale non si puole, ne si deve rispondere. Così concludo (f. 285v): Quoad primum, habeatur informatio ab Emin.mo Protectore, et ab Emin.mo Nuntio de ijs quae adnotata fuere in responsione ad primum Capitulum.

Quoad 2dum, pariter ab eisdem Emin.mis habeatur informatio de ijs quae adnotata fuere in responsione ad Cap. 2dum.

Quoad 3tium, nihil rescribendum cum P. Camillis fuerit electus Procurator Generalis in Capitulo Generali ad 4num, et non constat de violentijs illatis vocalibus pro illis inducendis ad talem electionem faciendam.

Ad 4um, nihil respondendum, ut alias censuit Sacra Congregatio.

Ad ultimum, exprimat casus particulares et providebitur.

Quo vero ad confirmationem electionis Protoarchimandritae proponatur Emin.mis PP. in prima Congregatione et in hoc ego nullam difficultatem habeo assentiendi.

Quo vero ad confirmationem Constitutionum vel nihil faciendum, quod optimum mihi videtur, vel pro examine et approbatione remittendum arbitrio Emin.mi Protectoris.

Die 19 Februarij 1688: Relatis supradictis omnibus resolutionibus secundum votum Emin.mi Columnae, Em. PP. annuerunt.

186.

15. VI. 1688.

Episcopus Galatensis aliique de quodam sac. Demetrio et eius modo agendi pronuntiat iudicium consistoriale.

ARCHIV. UNIVERS. BUDAPESTINAE, *Manuscripta Hevenesiana*, vol. 10, fol. 299-307.
HODINKA A., *Okmanyara...*, nr. 225, pag. 273.

Actum est in judiciis ep.palibus Sakmarinensibus, praesidente ibidem Perilustri et Rev.mo D. Raphaele,²¹¹ Archiep.po Galatensi R. Gr., administratore pro tunc ep.patus Munkaczynensis nec non venerabili et A.R.D. D. Porphyrio Kulczycky, officiali et vicario g.rali Munkaczynensi, O.S. Bas. M., cum S.R.E. unito atque assistente eximio ac A.R.P. Paulo Hradzay, S.J., theologo, tum etiam praesentibus 30 sacerdotibus ejusdem

²¹¹ Raphaël Gabrielovič; cfr. de eo notam 197; erat per breve tempus Administrator Eparchiae Mukačoviensis (1687-88).

R. Gr. pro judiciis spiritualibus convocatis et congregatis, die 15 Junii, juxta vetus, A.D. 1688.

Agitata, ventilata et trutinata est causa in eodem consistorio una ex parte A.R.D. Demetrii Monasteli, Archidiaconi Sakmarinensis R. Gr., ex altera vero citatorum sacerdotum, ratione violenter extortae et inique congregatae pecuniae ab eodem R.D. Demetrio, tum in visitationibus constituto, tum etiam judicia supra clerum exercendo. Nos vero praemissae sollempni, singulari et rigoroso scrutinio in ratione praedictarum objectorum et omni possibili adhibita indagatione nusquam poteramus investigare authores objectorum criminum tum scripto tum dicto antea formatorum, quin imo omnes praedicti sacerdotes pro tunc ad nos congregati ex cot.tu Sakmarinensi, Ugociensi, Somoczensi, cum suis protopresbyteris publice examinati et adjurati uni labio confessionis negarunt se unquam tales objections contra R.P. Demetrium scripsisse et ordinasse tam ad Ill.mos Agriensem, quam etiam Varadinensem Antistites, neque ullus poterat probare concessa ab eodem sive permissa divortia contra canones et eccl.ticam praxim juxta praeteritas objections, quia omnia erant falsissima, calumniosissima et merissima figura ex odio personae conflata et fabricata eo, quod abstulerit abominationes impietatis eorum. Quam irrefragabilem veritatem iidem sacerdotes de nomine et cognomine subscriptione propria consignarunt atque probarunt. Insuper producta erant in publico nostro consistorio certa instrumenta seu vasa mortifero veneno intrinsece illita et imbuta cum signis superstitionis ad id dispositis, quatenus A.R.P. Demetrius intoxicaretur ex odio S. Unionis et nisi ab uno conscientioso praemonitus fuisse, procul dubio subiisset salutis suaee irreparabilem jacturam. Quae omnia maximis testimoniis et scriptotenus et oretenus probata et deducta sunt. Qui summa pericula, notabilia discrimina, diffamanationem honoris, dolos, insidias, fraudes intrepido pro S. Unione sustinuit animo, vincendo constantiae magnitudine molem immensam difficultatum et asperitatum. Quod vero idem A.R.P. Demetrius sacerdotes discolos, excessivos et plane sceleratos, jurisdictioni suaee rebelles, schisma sacrilegum fomentantes, ritum proprium ignorantes, rudes, socordes, ignaros, in cura animarum et sacramentorum administratione negligentissimos, ex vi muneric sui poenis debitibus affecerit et juxta apostolum arguerit, increpauerit ac obsecraverit, id justitiae et aequitati tribuimus, ne daretur tantis sceleribus sua impunitas, siquidem hucusque miserabilis ac deformata Ecclesiae Graecae in illis partibus apparet facies propter famem verbi Dei, ut merito illud propheticum ingemiscere possimus: parvuli petierunt panem et non est, qui frangat eis. Ideo judicium praesens considerando nimirum documentum invictae pietatis A.R.P.. Demetrii Monastelli, Archidiaconi Sakmarinensis, qui in sacrorum sustinenda ma-

jestate et dignitate nunquam titubaverit, autoritate sua decernit, quoniam pars adversa canonico processu in sollempni forma ternis vicibus citata cum suis objectionibus, deductionibus, probationibus absolute pro praefixo termino nec per se nec per plenipotentiarios delegatos nusquam comparuerit objectaque crimina nequaquam urgendo comprobaverit, ideo ut contumax, falsa ac iniqua praesenti decreto promulgatur ac declaratur, ille vero Georgius Veliczko, presbyter Szarkos Vaylocensis, principalis et antesignanus istius enormitatis machinator, qui ausu temerario cleri pacem perturbavit, dissolvendo mutuum charitatis nexum, seminando discordias inter populum, sublimiori homini supra statum suum insultando, eundem A.R.P. Demetrium, Archidiaconum suum, scriptis gravissime diffamando, contumeliis maximis et opprobriis afficiendo, jurisdictionem ejus respuendo, alios etiam ad eandem reficiendam inducendo, falsas litteras cum falsis sigillis efformando, clerum a congregatione sollempni confectis nomine judicii administratorii litteris arcendo, divortia contra leges Ecclesiae et s. canones nulla habita autoritate permittendo, contra ipsum judicium vero, malitiae et audaciae exemplo, calumniosas litteras scribendo, maxima et horrenda scandala contra statum et vocationem suam, cum magno fidelium dolore et sensu patrando, ideo praememoratum P. Georgium Veliczko, tot argumentis et rationibus convictum, judicium consistoriale ep.pale, juxta praxim antiquam orientalem, ab omni officio sacerdotali sacramentorumque administratione cum reliquis ejusdem asseclis suspendit, beneficio privat, liberam incaptivationem, in casu resistentiae deputato brachio, permittit et tamdiu eundem in poenis et censuris tenendum et habendum pronuntiat, quamdiu illatam calumniam A.R.P. Demetrio Monastelli publica pallinodia seu revocatione abunde non detergat, sumptus juridicos, sive litis expensas non restituat, consistoriali et capitulari praetensioni plenarie non satisfaciat, quod praesentium authoritate mandamus et districte praecipimus, in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen.

Raphael, Archiep.pus Galatensis, Administrator Munkaczymensis (mp).

Paulus Hradiszay, S.J. (mp).

Porphyrius Kulczycki, Officialis et Vicarius generalis, O.S.B.M., (mp). Reliqui sacerdotes ex altera parte subscriperunt.

187.

Roma, 24. VII. 1688.

Card. C. Barberini Ioanni III regi Poloniae promittit provisiones de quibusdam expositionibus Alumnorum Unitorum.

BIBL. APOST. VAT., Barb. lat., vol. 6651, fol. 6v.

Sacra Real Maestà.

Essendo preciso debito della mia incombenza il procurare che non si tentino i pregiuditii da chi che sia alla Regia Natione di V.M. sarò pronto ad impiegarmi in tutto ciò che mi suggeriranno li Religiosi Greci Uniti Antonino Zolkievski e Melchior Doroszkoski,²¹² studenti in questo Collegio di Propaganda fide, a favore di cotoesto Archimandrita della medesima Regola di S. Basilio,²¹³ onde aggiungendosi stimolo dalli benignissimi commandamenti che la M.V. si degna darmi con lettera dei 23 del passato, mi esibirò ai predetti di esser pronto ad incontrare il loro desiderio sin d'ora mi sarà permesso. Et facendomi in tanto lecito di portare a V.M. i più ossequiosi rendimenti di gratie per l'onore che ricevo, resto con farli humile riverenza.

Roma, 24 Luglio 1688.

Di V.M.

188.

Eperjes, 20. IX. 1688.

Episcopus Varadinensis exprimit suam opinionem de creando Episcopo Mukac̄oviensi.

ARCHIV. PRIMAT. HUNGARIAE, *Strigonia*, nr. 2116/6 (orig.).

HODINKA A., *Okmanytara...*, nr. 227, pag. 277.

Em.me Princeps etc.

Sub data 19 Augusti ad Ill.mum D. Agriensem exaratis et mihi E.V. demandat, ut de successore amoti Ep.pi ex Munkacz dem opinionem. Fateor res summi periculi est, quia Methodius,²¹⁴ qui sub Tököllo tenebat cathedram, vir quidem in externa actione simplex et acceptus populo apparet, sed, si vera sunt, quae in acclusis de ipso scribuntur, aedificationem ex ipso haud sperare possemus. Et quo charior esset illi rudi populo, eo magis seducere posset. Accedit, quod non ab unitis Ep.pis, sed

²¹² Alumni Collegii de Prop.Fide; hi saepe saepius referebant de variis rebus Unionis et Religionis; de quonam Archimandrita hic agitur, difficile dictu.

²¹³ De quonam negotio agebatur, ex *Actis et Litteris S.C. de Prop. Fide* nobis non constat; inquirant studiosi de hac re particulari.

²¹⁴ Methodius Rakoveckyj, viduus, consecratus Galiciae a metropolita Suciavensi; dein professus fidem catholicam, sed nemo eum pro episcopo agnoscere intendebat; anno 1690 Episcopus Josephus De Camillis nominavit eum Hegumenum Mukac̄oviensem, sed prohibuit eum munia episcopalia exercere. Ep. de Camillis habuit continuas cum ipso differentias, ob eius inclinationem ad non unitos in Transcarpatia. Cfr. A. PEKAR, OSBM, *Narysy istoriji Tserkvy na Zakarpatti*, pag. 197.

a Schismatico eoque extra dioecesim et sine confirmatione S. Sedis sit consecratus. Hyeronimus Lipniczky poterit Vicarium agere, imponendum tamen ipsi erit, ut nunquam sine assistentia gravis et in canonibus periti sacerdotis Ritus Latini congregations celebret, qui attendat, ne impositiones in privata commoda fiant multaque minus discretae ex sacerdotibus desumantur, sed et ecclesias cum illo visitabit. His me ulterioribus gratiis commendo et maneo E.V.

Eperjes, 20 Sept. 1688.

Hum.mus capellanus

fr. Augustinus Benkovich, Ep.pus Varad.²¹⁵

P.S. Si Posonium vel Viennam Petrus Kaminszky,²¹⁶ de quo in suis D. Porphyrius scribit, venerit, demisse supplico, incaptivetur. Est homo summi scandali, seducta innocentis viri conjugi, longo tempore in exteris partibus vagabatur cum ipsa.

189.

Roma, 14. III. 1689.

Card. C. Barberini Ioanni III regi Poloniae de eparchia et Episcopo Peremysliensi Wynnyckyj.

BIBL. APOST. VAT., *Barb. lat.*, vol. 6651, fol. 28.

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Pol., Ruteni*, vol. 2, fol. 306rv.

Sacra Regia Maiestas.

Cum Dominus Winnicki non stet promissis D.no Malachowski Ep.po Praemisliensi unito factis,²¹⁷ neque eidem subministret quatuor florenorum annuorum millia, ut pollicitus fuerat nonnullis ab hinc annis, cum scilicet S. Congregatio de Propaganda Fide Maiestatis Vestrae mentem et petitiones secundando consensit ut media Dioeceseos pars eidem attribueretur, quinimmo cum usurpet alteram Dioeceseos partem, atque una

²¹⁵ Primum Prior conventus Lelesensis, et dein Episcopus Varadinensis; natus in Archiep. Strigoniensi in haeresi lutherana; redactus ad fidem catholicam, Alumnus Collegii Germanici de Urbe; dein Generalis suaे Religionis S. Pauli; nominatus Episcopus Varadensis die 28.XII.1681; obiit anno 1702, die 27 octobris.

²¹⁶ Petrus Kaminsky famosus in Transcarpatia et Galicia, praesertim in Russia Alba temporibus metropolitae Cypriani Zochovskyj. Spiritus inquietus, de ipso plurima dantur documenta hoc tempore; cfr. Indicem nominum et rerum praesentis voluminis et aliorum contemporaneorum nostrae Collectionis.

²¹⁷ Joannes Malachovskyj, Episcopus Peremysliensis unitus (1669-1692); dein Chelmensis (1692-1693). De hoc episcopo eiusque difficile vita enarrant plurima documenta huius voluminis; cfr. Indicem nominum et rerum.

ipsius proventus, cumque hanc ob causam Episcopus unitus non levibus angustiis oppressus careat commodis iis, quae ad conditionem suam, statumque sustentandum necessaria sunt, Domini Cardinales S. Congregationis de Propaganda Fide collegae mei a me desiderarunt, ut hoc inconveniens reverenter Maiestati Vestrae exponam, ut suprema authoritate sua Dominum Winicki pacta observare dignanter adigat, atque unionem sincere amplectens professionem quoque fidei emittat iuxta formulam ab Apostolica Sede praescriptam, et denique, ne benignissima Maiestatis Suae Protectione abutens, aut alienos redditus sibi usurpare, neque illum Dioeceseos partem, quae ad D.num Malachowski pertinet, sibi arrogare attentet. Denique hos S. Congregationis sensus, quos pariter Dominus Nuntius ex eiusdem S. Congregationis commissione expositurus est Maiestati Vestrae, debito cum obsequio conscribo, meas quoque eorundem Dominorum supplicationibus adnectere liceat, cum et ipse ex iis sim qui dictam Congregationem componunt, mihiique per Maiestatis Vestrae benignitatem permittatur non solum eorundem Dominorum obligationes, verum et meas ipsas agnoscere et profiteri ob iustum hanc gratiam a Maiestatis Vestrae bonitate et zelo obtainendam. Expectabo ad has meas responsionem Maiestatis Vestrae, quam S. Congregationi communicaturus sum, et eandem humillime interea revereor.

Romae, 14 Martii 1689.

Maiestatis Vestrae.

190.

Roma, 14. III. 1689.

Card. C. Barberini Secretario regio Thomae de manutentione Joannis Mala-chovskij in eparchia Peremysliensi.

BIBL. APOST. VAT., *Barb. lat.*, vol. 6651, fol. 28rv.

Molto Ill.mo Signore.²¹⁸

Per commisione di questa S. Congregazione di Propaganda Fide rappresento coll'annessa lettera alla Maestà del Re il commune desiderio

